Col. Rom. Soc. Iesu

BVLLARIVM
SIVE COLLECTIO
CONSTITVTIONVM HVCVSQ. EDITARVM
A S.^{MO} D. N. SIXTO QVINTO
PONT. OPT. MAX.

CVM

Rubricis, Summarijs, Lucubrationibus, & triplici Indice

D. Laertij Cherubini de Nurſia Iureconſulti.

Editum

Opera & induſtria Hæredum Antonij Bladij Impreſſorum Cameralium.

CVM PRIVILEGIO.



SOC. IESV. BIBL. COLL. ROM.

ROMÆ

Apud eoſdem Hæredes Typographarios Camerales.

M. D. LXXXVIII.

SIXTO QVINTO
PONT. OPT. MAX.
Laertius Cherubinus.

ANNVS iam ſecundus agitur (Pater Beatiſsime) cum Bullarium variarum Conſtitutionum, a Gregorio Papa vij. vſq; ad Sanctitatis Veſtræ Pontificatum, à me collectum, & quibuſdam meis notis illuſtratum, operaq; & diligentia Hæredum Antonij Bladij Impreſſorum Cameralium editum, ſub fœlicibus tui nominis auſpicijs, in lucem dedi. Quem ſane laborem meum, qualiſcumq; fuit, & Sanctitati Veſtræ probatum fuiſſe cognoui, & publicè omnibus gratum: ijſq; maximè, qui aut ſacris ordinibus initiati ſunt, aut in huius Sanctæ Sedis & Cameræ Apoſtolicæ negotijs tractandis, quoquo modo verſantur: Ad hos enim præcipuè, eorum, quæ Pontificijs Conſtitutionibus definiuntur, ſcientia & vtilitas pertinet. Poſt eam ergo editionem, operæpretium duxi, de nouo Bullario cogitare, in quo ſeorſum omnes Sanctitatis Veſtræ Conſtitutiones, quas plurimas Chriſtiano orbi maximè ſalutares tuliſti, colligerem: in quibus edendis, prædicti Bladij Typographi Camerales, apprimè tuo Beatiſsimo nomini deuincti, egregiam operam & induſtriam nauarunt. Erit igitur alterum hoc Bullarium, velut ſpeculum quoddam SIXTI QVINTI Pontificis Opt. Max. & immortalitate digniſsimi illuſtrium actionum, in quo, & qui nunc viuunt, & poſteri, tanquàm in Imagine, omnis a te geſti Pontificatus gloriam contemplentur. Hinc etenim apparebit, inito quamprimum Petri ſolio, Præpotentis Dei opem & auxilium, ad bene regendam Rempub. Chriſtianam, Sanctitatem Veſtram imploraſſe, eiuſq; aura aſpirante, tot deinde, tamq; præclara opera geſſiſſe, quibus iam omnem ſuperiorum temporum memoriam ſuperatam, omnes facilè cognoſcent. Legentur etenim pijſsimæ ſanctiones, pro Populis, quos ſubleuaſti; de Annona quam retuliſti; de Captiuis quos infidelium iugo liberaſti, quorumq; in poſterum redemptioni, annuos redditus aſsignaſti; de Egenis, quibus vitæ producendæ hoſpitium dediſti; de Virginibus, quarum cœnobium erexiſti; de Fontibus, de Vijs publicis, de Obeliſcis, de Ædificijs, de Artibus, de Officinis, de Moribus, quibus Vrbem exornaſti. Extabit etiam in earundem conſtitutionum

lectione,

lectione, memoria Iuſtitiæ, aduerſus Sicarios, quos ſupplicio affeciſti; Seueritatis, in omnem improbitatem, quam iuſtè coercuiſti; Clementiæ, in calamitoſos, quos recreaſti; Beneficentiæ, in litteras & ingenia, quæ erexiſti. Quis non ſummam tuam Religionem confitebitur, cum te Cælitibus, dies anniuerſarios ſanxiſſe; B. Virginis ædem Lauretanam decoraſſe; Templa Romæ, foriſq;, egregiè illuſtraſſe; Religioſos ordines, præcipuèq; Seraphici Franciſci, cuius alumnus es, priuilegijs & gratijs auxiſſe. veterem ſacrarum Stationum conſuetudinem inſtauraſſe, animaduertetur? Quis non in cælum, prouidentiam tollet, cum à te locupletiſſimum ærarium, ad pericula Chriſtianæ Reipub. ſepoſitum; Eccleſiaſticæ ditionis ſecuritati & amplificationi, præclaris legibus conſultum; Præfectis Iuſtitiæ, ad rectam gubernationem, ius facultateſq præſcriptas; Cardinalium, Epiſcoporum, aliorumq; Prælatorum munera, moreſq; definitos, videbit? Non patitur Epiſtolæ modus, vt percurram ſingula, quæ à te innumerabilia plena laudis & gloriæ, acta ſunt, quibus nulla finem allatura eſt obliuio. Sed hæc tamen, vt nobilium Poetarum, Oratorum, Hiſtoricorumq; litteris celebrentur, ſi in hoc à me collecto volumine extabunt, & Sanctitati Veſtræ glorioſum futurum eſt, & vt ſpero poſteris non ingratum. Hoc igitur Bullarium quaſi ampliſſimum tuarum virtutum Theatrum (Beatiſſime Pater) ſub tuo felici nomine, vt illud alterum, apparere, & quemadmodum aliorum Conſtitutiones Pontificum, benignè accepiſti, ita tuas, imò verò teipſum in his ad viuum expreſſum, complecti, meq; addictiſſimum, & humillimum Sanctitatis Veſtræ ſeruum, læta fronte aſpicere, ne graueris. Ego autem perpetuis apud Deum Opt. Max. precibus agam, vt plurimos tibi annos largiatur: Vt ſicut multa & magna, hactenus ad S. R. E. vtilitatem & gloriam egiſti, ita plura & maiora, indies perficere poſſis. Romæ Die vigeſima Decembris Anno Domini M D LXXXVII.

S. D. N. SIXTO. V.

PONT. OPT. MAX.

Felicitatem.

CONSTITVTIONES omnes Sanctitatis Veſtræ, quæ in hunc vſque diem promulgatæ ſunt, vno ac proprio volumine comprehenſas, notis ac ſummis & indicibus Laertij Cherubini I. V. D. viriq; eruditiſſimi cumulatas, quamdiligentiſſimè typis noſtris impreſſimus, nam & induſtriam ſedulitatemq; noſtram Sanctitati Veſtræ probari, magnoperè cupimus, & quantum rerum noſtrarum anguſtiæ ferunt, de communi vtilitate, pro noſtra virili parte, benemereri ſtudemus. Quòd ſi in magno illo Conſtitutionum Pontificalium Codice, à S. Gregorio Papa VII. ad Sanctitatem Veſtram, quem duobus ab hinc annis in eius Sanctiſſimo nomine edidimus, rem feciſſe pergratam videmur, viris ſtudioſis quamplurimis, qui & forenſes cauſas tractant, & in Aulæ negotijs verſantur, quiq; rerum grauiſſimarum cognitione, ac notitia delectantur, profectò nouum hunc Librum Sanctitatis Veſtræ Diplomatis & Bullis propriè dicatum, iucundiſſimum fore non dubitamus. Etenim Sanctitatis Veſtræ Conſtitutiones & argumentorum pondere, & decretorum vtilitate, & ipſo etiam orationis ſplendore, ac maieſtate eiuſmodi ſunt, vt eas ſemper præ manibus, atque in promptu habere, planè oporteat. Conſtitutiones igitur Sanctitatis Veſtræ, ſigillatim antea, pro noſtro Impreſſorum Cameralium officio, à nobis euulgatas, cum alijs multis adhuc non impreſſis, ab ipſo Cherubino collectas & exornatas, iiſdem S. V. auſpicijs in lucem damus. Hilari igitur, vt ſolet, vultu, munuſculum ſeruorum ſuorum accipiat, noſtriſq; laboribus, & huic hæreditariæ induſtriæ, quam etiam ſupra vires conſeruare enitimur, pro ſua incredibili benignitate, paternè benedicat. Nos autem Deum oramus, vt Sanctitati Veſtræ longiſſimam & feliciſſimam vitam largiatur; vt ſaluberrimis Decretis & Conſtitutionibus, Eccleſiam Dei in dies magis ornet, atque amplificet. Romæ.

Sanctitatis Veſtræ

Humiliſſimi ſerui

Hæredes Antonij Bladij
Typographi Camerales.

SIXTVS V. PONT. OPT. MAX.

Italus ex Familia Peretta, & Prouincia Marchiæ, Oppidoq; olim, nunc verò Ciuitate Montalti.

I.

IVBILEI INDICTIO, AD IMPLORANDVM A DEO, Lumen & auxilium, pro bono Regimine Reipublicæ Chriſtianæ.

SIXTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum DEI, Vniuerſis Chriſtifidelibus præſentes litteras inſpecturis, Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

VIRTVM noſtrarum infirmitati paſtoralis officij molem nuper impoſitam conſiderantes, non poſſumus ſuſceptum tantæ adminiſtrationis munus non maximè formidare. De illius tamen benignitate non deſperantes, qui operari dignatur in nobis, non deſinimus eius auxilium implorare, eiq; mentis noſtræ ſenſus, ne altius extollantur, humiliter ſubijcere, illud agnoſcentes, & verè confitentes, vnius DEI clementiã, nullis præcedentibus meritis, noſtri in imbecillitate noſtra memorem magna in nobis feciſſe mirabilia, quos tot, & tantis gratiarum donis cumulatos honoris Principis Apoſtolorum admirabili dignatione voluit eſſe conſortes. Quam tamen dignitatẽ, & poteſtatem cum multæ graues curæ conſequantur, valdè ſollicitamur, tum quòd de collatis in nos maximis beneficijs, quæ DEI benignitati referimus accepta, nullam *dignam gratiam*, quam eius clemẽtiæ perſoluamus, noſtra poteſt infantia reperire: tum etiam quòd ſub tanto pondere exiguas vires initio contremiſcere, ac penè iam corruere ſentimus; non tamen animo deficientes ad ſummam DEI bonitatem confugimus, fideliumque, & DEVM timentium, quorum ipſe (vt ſperamus) voluntatem faciet, orationes expetimus, quibus omnipotenti DEO ſemper benedicendo, gratijſque miſericordiæ eius agendis adiuuemur, viribuſque à cœleſti rege ſubminiſtratis, ſuffulta noſtra infirmitas commiſſas nobis curarum, & ſalutarium Reipublicæ Chriſtianæ officiorum partes, orantis ſimul populi inſtantia promerente, valeat ſuſtinere, opemque agitatæ, & vbiq; ferè depreſſæ Catholicæ Religioni ſuppeditare, ne cum in altitudinem maris venerimus, tempeſtate demergamur, ſed potius horribiles tot peccatorum flatus, & excitatas toto mari procellas diſcutientes, cum credito nobis grege optatum curſum, & æternæ ſalutis portum teneamus. Omnes igitur, & ſingulos vtriuſq; ſexus Chriſtifideles vbicunq; exiſtẽtes monemus, ac in Dño requirimus, vt qui in hac Alma Vrbe ſunt, proximè ſequenti hebdomada, aut altera protinus poſt eam item ſequenti; qui verò extra Vrbem degunt cum primùm harum notitiam habuerint, prima, aut ſecunda itidem immediatè ſequenti hebdomada, conſcientia ſua diligenti prius examinatione diſcuſſa, peccata ſua omnia humili, & contrito corde confiteantur, & ante Feſtum Pentecoſtes eiuſdem hebdomadæ quarta, & ſexta feria, & Sabbato (cum hoc tempore ieiunia non indicantur) eleemoſynas erogent, piaq; earum largitione, quantum pro ſua cuiq; facultate viſum fuerit, CHRISTI pauperum egeſtatem, & inopiam ſubleuent, Orationibuſq; à DEO impetrare ſtudeant, vt nobis lumen ſuum oſtendat, pares tanto oneri vires præbeat, omneſq; actiones noſtras dirigat, ac hoſtium Eccleſiæ ſuæ conatus infringat. Die verò Dominica, quæ dictas eleemoſynas, atq; orationes proximè ſequetur, Sacroſanctam Euchariſtiam deuotè accipiant. Ita, vt qui poſt Feſtum Pentecoſtes voluerint infra dicendæ Indulgentiæ beneficio frui, dictis tribus diebus præter Orationes, & eleemoſynas, etiam ieiunare teneantur. Et nihilominus, vt DEVM magis propitium nobis, & populo Chriſtiano reddere, ipſiq; quantum noſtræ

Cauſę indictionis huius Iubilei.

Forma conſequendi Iubileum.

tenuitati concedetur,gratias agere valeamus,& ad tantum onus ſuſtinendum vires impetremus, Nos ipſi ſupplicationes, proceſſioneſq; vnà cum Venerabilibus Fratribus noſtris S.Rom. Eccl. Cardinalibus,omnibuſq; prælatis, & Romanæ Curiæ magiſtratibus, die Lunæ, qui erit xxvij. dies præſentis Menſis Maij ab Eccleſia Sanctæ Mariæ in Aracœli vſq; ad Baſilicam Sanctæ Mariæ Maioris habere, atq; incedere,ſtatuimus. Cæterum vt fideles ipſi ad hæc omnia peragenda magis idonei efficiantur, de tradita nobis à Domino poteſtatis plenitudine Eccleſiæ theſauros, quorum diuina fauente clementia diſpenſatores effecti ſumus,copioſè,ac benignè aperientes, omnibus Chriſti fidelibus ſupradictis, vt hac vice tãtùm confeſſores idoneos presbyteros ſęculares; vel cuiuſuis ordinis regulares, ab ordinarijs tamen approbatos eligere, qui eorum confeſſionibus diligenter auditis,eos à quibuſuis peccatis,criminibus, exceſſibus, & delictis quantumcunq; grauibus,& enormibus,etiam in caſibus Sedi Apoſtolicę reſeruatis, ac in litteris die Cœnæ Domini quotannis legi ſolitis contentis, in foro conſcientiæ dumtaxat,ac etiam à ſententijs, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis per eos quomodolibet incurſis,iniuncta inde eis pro culpæ modo pœnitentia ſalutari abſoluere,ac quæcunque per eos emiſſa vota (præterquam Caſtitatis,& Religionis) in alia pietatis opera commutare valeant, per præſentes concedimus. Nos enim omnibus, qui præmiſſa deuotè adimpleuerint, de eiuſdem omnipotentis DEI miſericordia, ac beatorum Petri,& Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi, pleniſſimam omnium peccatorum remiſſionem, ac eandem, quæ Chriſti fidelibus anno Iubilei huius almæ Vrbis Eccleſias,& extrà eam deputatas ſtatutis diebus deuotè viſitantibus conceſſa eſt, miſericorditer in Domino elargimur. Eos quoque,qui morbo, vel aliquo alio impedimento detenti præmiſſa adimplere nequiuerint,ſi alia pia opera fecerint, in quæ arbitrio ſuorum confeſſorum (quibus ſuper hoc facultatem impartimur) commutata fuerint; ac etiam illos qui in itinere fuerint,ſi cum primùm iter perfecerint,præmiſſa exequi ſtuduerint,ipſius Indulgentiæ,& doni, ac aliorum prædictorum participes fieri volumus. Præcipientes vniuerſis,& ſingulis Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & quibuſuis alijs Eccleſiarum prælatis,& locorum ordinarijs,vt ſtatim cum præſentes litteras, ſeu earum tranſumptum authenticum, etiam impreſſum ad eos deferri contigerit,ſolemnes Proceſſiones tribus diebus,ſcilicet quarta,& ſexta ferijs,ac Sabbato prædictis iuxta locorum opportunitatem ad effectum prǽmiſſorum indicant, & celebrent, ac eaſdem præſentes,ſeu earum tranſumptum per ſuas quiſque Prouincias,Ciuitates, & Diœceſes ſine vlla fraude, aut lucro publicēt,& per Eccleſiarum Rectores publicari faciant. Non obſtantibus conſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis,cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Quia verò præſentes ad omnia loca,quibus illis opus eſſet, perferri nequeunt,decernimus, vt illarum tranſumptis, etiam impreſſis manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ eiſdem originalibus litteris adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo quinto, viij. Kal. Iunij, Pontificatus noſtri Anno Primo.

Iubilei conceſſio.

Clauſulæ derogatoriæ.

H. Dat.

Io.Bapt.Canobius.

A.de Alexijs.

Anno à Natiuitate Domini, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo quinto, Indictione decima tertia,die vero vigeſima quinta Menſis Maij. Pontificatus S. D. N. D. Sixti diuina prouidentia Papæ V. anno primo. Retroſcriptæ litteræ Apoſtolicę affixę, lectæ,& publicatæ fuerunt,& per aliquod temporis ſpatium dimiſſę in valuis, ſeu portis Baſilicarum S.Ioannis Lateranen.& Principis Apoſtolorum de Vrbe,necnon Cancellarię Apoſtolicę;& in acie Campi Florę per nos Io.Freile, & Nicolaum Tallietum S. D. N. Curſores.

Publicatio.

Io.Bapt. Bagni Mag.Curſ.

Deputatio

I I.

Deputatio & Facultates Illuſtriſ. DD. Proſperi Sancta Crucij, Io. Baptiſtæ S. Marcelli, & Scipionis Lancellotti S.R.E. Cardinalium, audiendi grauamina ſubditorum ſtatus Eccleſiaſtici, & facta Pontifici relatione deſuper prouidendi.

SIXTVS Papa Quintus, Ad futuram rei Memoriam.

ONVS Paſtoralis officij nobis ſupremæ Maieſtatis prouidentia, meritis licet imparibus, cõmiſſi, nos inducit, atque etiam propriã, ac propenſam noſtrã voluntatẽ excitat, vt non ſolũ circa ſpiritualia, ſed etiã tẽporalia ſolicita, & vigilãti cura intẽdamus, & licet ad vniuerſorũ Chriſti fideliũ Prouincias intenſę mẽtis oculos paterna charitate dirigamus, Prouincias tamen, Ciuitates, Comitatus, Terras, Caſtra, & loca nobis, & Sedi Apoſt. tam ſpiritualiter, quàm tẽporaliter ſubiecta, ad nos, & eandẽ ſedem ſpectantia, ac vniuerſos illorum Ciues, populos, ſubditos, tanquam ſpirituales noſtros, & dictæ ſedis filios & deuotos, eo maiori affectu intuemur, quò ſuper illorum fœlici regimine, ac ſtatu pacifico, & tranquillo tenemur ſpecialius prouidere, ne contra ius & fas, iuſtitiæque normam vexentur, & opprimantur, ſed proſperè, & fideliter regantur, ab indebitiſque oppreſſionibus ſubleuati, in ſemitis iuſtitiæ dirigantur, ac Omnipotenti DEO gratias agentes, pacificam, quietam, & tranquillam vitam peragant, & alij Principes ad bene de ſuis ſubditis merendum, ac charitate Chriſtiana complectendum noſtro etiam exemplo inuitentur, quod non ignoramus pro noſtra in illos charitate euenturum, ſi ſemper, & omni tempore omnium perſonarum petitiones, & querelas per nos ipſos audire, illaſque diſcutere, & terminare valeremus.

Cauſa deputationis iſtorum Card.

Verum cum onus vniuerſalis gregis Dominici ſuperna diſpoſitione nobis iniunctum diligenter attendimus, & debita meditatione penſamus, quòd licet nobis ſit poteſtatis *plenitudo commiſſa*, humanarum tamen virium fines excedere non valemus, ac videntes, quòd aliquando grauiſſimis negotijs occupati, non ita de facili, neque omni tempore omnibus perſonis ad noſtrum conſpectum accedere licet, nec valemus circa ſingula per nos ipſos exſoluere debitum Apoſtolicæ ſeruitutis. Idcirco nonnullos ex Venerabilibus Fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, ad quos facilior omnibus extat acceſſus, viros ex pluribus electos, ſcientia præditos, & virtute, in quibus timor Domini ſanctus elucet, in ſolicitudinis partem aſſumimus, ac ipſis noſtras vices ſupplentibus nos laudabili eorum cooperatione alleuante; noſtri grauitatem operis miniſterium nobis commiſſum, diuina fauente clementia facilius, & efficacius exequimur. Præmiſſorum itaque conſideratione inducti, & ſubditorum eorundem indemnitati, quantum cum DEO poſſumus, conſulentes, Motu proprio & ex certa noſtra ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Dilectis filijs noſtris Proſpero Sancti Clementis de Sancta Cruce, & Ioanni Baptiſtæ Sancti Marcelli, & Scipioni Sancti Simeonis titulorum Lancellotto nuncupatis presbyteris Cardinalibus viris integerrimis & litterarum ſcientia, atque longa rerum experientia inſignibus, vt auctoritate noſtra omnes, & ſingulos quarumcunque Prouinciarum, Ciuitatum, Caſtrorum, Terrarum, Vniuerſitatum, locorum nobis, & Sanctæ Sedi immediate ſubiectorum Oratores, Nuncios, Procuratores, Syndicos, agentes benigne audire, illorumque poſtulata, & ſi quæ erunt grauamina, & querelæ, aut illicitę vexationes, illa diligenter examinare, & diſcutere, vocatis etiam, ſi ita eis videbitur, vocandis, ac deinde facta nobis relatione, eadem expedire, & terminare, & quæ emendanda, corrigenda, & moderanda fuerint, emendare, corrigere, & moderari, populorumque commodis vtilitati, & tranquillitati, atque indemnitatibus, & neceſſitatibus conſulere, ac iuxta animi noſtri ſenſum, & propenſam ad ſubleuandos populos voluntatem opportune prouidere, & quæ decreta fuerint, debitæ executioni demandare liberè, & licitè valeant, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium plenam damus, & concedimus poteſtatem.

Deputatio trium Cardin. ad audiendum grauamina ſubditorum, & facta ipſi Pont. relatione, deſuper prouidendum.

Volentes, vt quæcunque à Cardinalibus prædictis decreta, ſtatuta, emendata, correcta, ordinataue fuerint ſuper premiſſis ab omnibus inuiolabiliter obſeruentur, idemq;

Digitized by Google

firmitatis robur obtineant, quod haberent, ſi nos ipſi eadem mandauiſſemus, ſicq; per quoſcunque Iudices ordinarios, & delegatos, & Palatij noſtri Apoſtolici Auditores iudicari, & diffiniri debere, Irritumque, & inane, ſi quid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrarijs quibuſcunque non obſtantibus. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris. Die quinta Iunij, Milleſimo Quingenteſimo octuageſimo quinto, Pontificatus noſtri anno primo.

[Margin: Decretum irritans.]

[Margin: Clauſulę derogatoriæ.]

Io. Baptiſta Canobius.

III.

Prohibitio vendendi & alienandi caſtra, fortalitia, & alia bona quæcunq; ſtabilia, & immobilia in Statu Eccleſiaſtico exiſtentia, abſq; Sedis Apoſtolicæ licentia, alijs perſonis quàm Vaſallis eiuſdem Status.

De prohibitione autem infeudandi Terras S. R. E. vide infra in conſt. 25. Quanta. Et de prohibitione alienandi bona Eccleſiaſtica, vide ſup. in Pauli 4. conſtit. 2. fol. 570. vbi notaui.

SIXTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. SOLICITVDO, paternuſque affectus, quo Sedis Apoſtolicæ ſubditos proſequimur, nos inducunt, vt ea diligenti cura proſpiciamus, quæ ad illorum conſeruationem ſtatuſque Eccleſiæ vtilitatem, & commodum pertinent. Accepimus ſi quidem quòd in diuerſis Ciuitatibus, Terris, oppidis, & caſtris nobis, & dictæ Sedis temporali ditioni ſubiectis extant ſtatuta prohibentia res, ac bona ſtabilia in forenſes, & non ſubditos alienari. Nihilominus nonnulli Ciues, & incolæ Ciuitatum, Terrarum, Caſtrorum, & locorum huiuſmodi bona ſtabilia, alijs perſonis extraneis vendere, & alienare præſumunt in maximum præiudicium, & damnum Ciuium, & incolarum prædictorum. Quocirca nos conſiderantes quantum ſtatuta præfata vtilia, & fauorabilia ſint, quantumque Reipublicæ interſit dicta bona in illius Ciues, & habitatores conſeruari. Motu proprio, non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera deliberatione, & certa ſcientia, ſtatuta huiuſmodi, etiam ſi non ſint in vſu, apoſtolica auctoritate tenore præſentium de cætero obſeruari mandamus. Et nihilominus, quòd perpetuis futuris temporibus, Vniuerſitates, Ciuitates, Collegia, Feudatarij quicunque, ac perſonę cuiuſuis ſtatus, gradus, ordinis, qualitatis, & conditionis exiſtant, etiam ſi Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quauis auctoritate, & dignitate, etiam Eccleſiaſtica, quæ ſpecialem, & indiuiduam mentionem requireret, præditi ſint, nullatenus ſine noſtra, & Sedis prædictæ licentia, audeant, ſeu præſumant Ciuitates, oppida, caſtra, feuda, iuriſdictiones, ac bona quæcunq; ſtabilia, vel immobilia in dicto ſtatu Eccleſiaſtico exiſtentia cuiuſcunque qualitatis, quantitatis, & valoris per eos nunc, & pro tempore poſſeſſa vendere, permutare, vltra triennium locare, in emphiteoſim, feudum, liuellum, pignus, ſeu precarium concedere, in aliquam Communitatem, Vniuerſitatem, Collegium, vel perſonam extraneam, ſeu forenſem, quę nobis, & dictæ Sedi ratione temporalis iuriſdictionis ſtatus noſtri ſubdita, & ſuppoſita non ſit, vel quæ domicilium legitimè non contraxerit in dicto noſtro ſtatu, cuiuſcunq; dignitatis, ſtatus, gradus, conditionis, & qualitatis exiſtat, etiam ſi, vt præfertur, Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quauis auctoritate, & dignitate, etiam Eccleſiaſtica, quę ſpecialem & indiuiduam mentionem requireret, præditus ſit. Inſuper quia decens, & conueniens exiſtit, quòd ſi vendantur, vel permutentur, ſeu etiam donentur Ciuitates, caſtra, & oppida, multo magis fortalitia, id ad notitiam principis deducatur, & præſertim ſi feuda, & iuriſdictiones feudales, ea omnia nec in exteros, nec in alios quoſcunq; niſi de expreſſa præcedente noſtra, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis eadem ſit prædicta licentia vendi, permutari, vel donari valeant. Neque etiam extraneus, aut ſubditus

[Margin: Cauſæ huius prohibitionis.]

[Margin: Cõfirmatio ſtatutorum prohibẽtium alienationes bonorũ ad fauorem forenſium & non ſubditorum.]

[Margin: Prohibitio vendendi bona ſtabilia in ſtatu Eccl. exiſtẽtia abſq; licentia Sedis Ap. alijs quam Vaſallis eiuſd. ſtatus.]

[Margin: Ampliatio dictæ prohibitionis.]

ditus originarius bona huiuſmodi in dicto ſtatu habens, & in eo habitans, ſi ab illo diſcedat amplius ad ipſum non reuerſurus, illa retinere poſsit, ſed intra biennium, ex quo ipſe demigrauerit, ea vendere, ſeu pro alijs extra dictum ſtatum exiſtentibus permutare, aut aliàs transferre in alium immediate ſubiectum teneatur, auctoritate, & tenore præſentium de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Card. conſilio perpetuò ſtatuimus, & ordinamus. Licitum tamen erit omni dicti ſtatus habitatori, ſiue extraneo, ſiue ſubdito de bonis ſuis in eodem ſtatu poſitis, vel in conſanguineos, vel in alios de dicto ſtatu non exiſtentes quocunque alio, quàm venditionis, ſeu permutationis, vel donationis titulo diſponere, ac ſuis etiam ab inteſtato hæredibus pariter licebit in illis ſuccedere, qui tamen intra triennium, vel in eundem ſtatum habitatũ veniant, vel bona ipſa in alium, ſeu alios habitatores, & ſubditos, vt præfertur, transferant. Quod etiam illis extraneis, ad quos bona huiuſmodi ex quibuſcunq; alijs quàm venditionis ſeu permutationis, aut donationis huiuſmodi cauſis peruenerint, illaue acquiſiuerint, cenſeatur permiſſum. Bonorum autem præfatorum appellatione, neque portiones, ſeu loca montium, nec mulierum dotes, ſed neq; Vrbem noſtram, quæ communis patria eſt, cum eius decem paſſuum millia circuitu volumus comprehendi, filij tamen & hæredes dictarũ mulierum ſoluto matrimonio, ſi extranei fuerint, aut in eodem ſtatu ad habitandum, aut vendendum, ſeu permutandum, vt dictum eſt, ſint aſtricti. Decernentes, Communitates, Vniuerſitates, Collegia, vel perſonas extraneas, ſeu forenſes huiuſmodi ad dictorum bonorum pro tempore contra earundem præſentium tenorem alienatorum acquiſitiones omnino inhabiles, necnon quoſcunque cõtractus, venditiones, & alienationes contra huiuſmodi prohibitionem quocunq; modo, vel cauſa pro tempore faciendas nullas, & inualidas exiſtere, nullumq; ius per eas emptoribus attributum eſſe, ſeu tribui poſſe. Necnon omnes ſcripturas deſuper conficiendas, ac inde ſecuta quæcunq; nullius roboris, vel momenti eſſe, nec ex illis audiri, agi, & excipi poſſe in iudicio, vel extra, ipſaq; bona alienata ad eos, ad quos de iure peruenire debent, *ſpectare, & pertinere*, Sicq; per S. R. E. Card. etiam Legatos, ac Vicelegatos, necnon ſacri Palatij Apoſtolici Auditores, Gubernatores, ſeu illorum Locatenentes, alioſue Iudices, & Commiſſarios quauis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorũ cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere. Necnon irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Mandantes eiſdem Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, ac Iudicibus nunc & pro tempore in toto ſtatu prædicto exiſtentibus, & eorum cuilibet, vt ſtatutum, & ordinationem, ac alia præmiſſa perpetuò ab omnibus, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia eis beneuiſa remedia obſeruari faciant, & mandent. Non obſtantibus noſtris de non tollendo iure quæſito, alijſque Apoſtolicis conſtitutionibus, necnõ Ciuitatum, oppidorum, terrarum, & locorum prædictorum ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacunq; alia firmitate munitis, ac etiam immemorabili, & quantocunq; tempore pacificè obſeruatis, necnon ciuitatibus, Ciuitatumque iuribus, priuilegijs, exemptionibus, & indultis Apoſtolicis illis, eorumq; dominis prædictis, ac quibuſuis alijs per quoſcunque Rom. Pont. ac nos, & dictam ſedem quomodocunque, & quotieſcunque conceſſis, confirmatis, & innouatis, quæ omnia, illorum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſsis habentes, omnino tollimus, & abrogamus, cæteriſq; contrarijs quibuſcunque. Volumus autem eaſdem præſentes, quoniam in Conſiſtorio noſtro, & de Conſilio prædicto promulgatæ ſunt, à die datę ipſarum quoſcunque, tam præſentes, quàm abſentes, & vbicunque etiam extra dictum ſtatum exiſtentes perinde obligare, ac ſi cuique ſingulatim intimatæ fuiſſent. Et nihilominus, vt ille amplius innoteſcant, mandamus eas valuis Eccleſię S. Ioan. Lateranen. & Baſilicę Principis Apoſtolorũ de Vrbe, alijſque locis conſuetis appendi, & in libris dictę Camerę deſcribi. Ac etiam volumus, vt ipſarum exempla etiam impreſſa edantur, eaque Notarij publici manu, & ſigillo cuiuſcunq; Curiæ, Eccleſiæ, aut perſonę in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutę obſignata eam ipſam prorſus fidem vbique locorum in iudicio, & extra illud faciant, quam ipſe præſentes facerent, ſi eſſent exhitæ, vel

Declaratio di ctæ prohibitionis.

Declaratio bonorum alienari prohibitorum.

Contrauenientium pœnæ.


Decretum irritans.

Clauſulæ derogatoriæ.

Digitized by Google

bitæ, vel oſtenſę. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum Mandatorum, ſtatuti, ordinationis, decreti, ſublationis, abrogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romę apud S. Marcum anno Incarnationis Dominicæ 1585. Calen. Iulij, Pontificatus noſtri Anno Primo.

✠ Ego Sixtus Cath. Eccleſiæ Epiſcopus.



✠
✠
✠ Ego Io. Ant. Epiſc. Tuſc. Card. Sancti Georgij.
✠
✠
✠
✠ Ego M. S. Card. ab Altaemps.
✠ Ego Innic. Aual. Card. de Arag.
✠
✠
✠ Ego P. Card. Sanctacrucius.
✠ Ego Guilel. Card. Sirletus.
✠ F. Mich. Bo. Card. Alexan.
✠ Ego Lud. Card. Madrutius.
✠ Ego N. Card. Senonenſis.
✠ Iul. Ant. Sanctorius Card. S. Seuerina.
✠ P. Card. Cæſius.
✠
✠ Ego Hier. Card. Ruſt.
✠ Ego Io. Hier. Card. Albanus.

✠
✠ P. Card. Deza.
✠ Ego Ant. Card. Carafa.
✠ Ego Io. Ant. Card. SS. Quatuor.
✠ Io. Bapt. Card. tt. S. Marcelli.
✠ Aug. Card. de Verona.
✠ Ego Vincen. Card. Montis Regalis.
✠ Ego M. Card. S. Stephani.
✠ Scipio Card. Lancelottus.
✠
✠
✠
✠
✠ Ego Fer. Card. de Medicis.
✠ Phil. Vaſt. Card. Cam.
✠
✠ Ego Vinc. Card. Gonzaga.
✠ Ego Fran. Card. Sfortia S. Nic.
✠
✠ Alex. Card. de Montealto.

Regiſtrata apud Io. Baptiſtam Secretarium. A. de Alexijs.

Publicatio. Anno a Natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti 1585. Indictione 13. die vero Mercurij 25. Menſis Septemb. Pontific. Sanctiſsimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Sixti diuina prouidentia, Papæ V. Anno I. Retroſcriptæ literę Apoſtol. affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Eccleſiarum S. Io. Lateran. Principis Apoſt. de Vrbe, necnon Cancell. Apoſt. & in acie Campi Floræ, vt moris eſt, per nos Io. Burlurault, & Franciſcum Baron prælibati Sanctiſſ. D. N. Papæ Apoſt. Curſ.

Io. Andreas Panizza Mag. Curſ.

Digitized by Google

IIII.

Erectio officij Theſaurariatus generalis,& Collectoriæ Spoliorum,& aliorum iurium Cameræ Apoſt. in Officium perpetuum vacabile. Illiusq; conceſsio Reuerendiſs. D.Benedicto Iuſtiniano Ianueñ. cum adminiſtratione prouentuum Communitatis Terracineñ.pro conſtruenda noua Ciuitate, & etiam Montis Iulij, Montisq; primi, & Montis ſecundi Succurſus Auinioneñ.

Alias facultates Theſaurarij circa Cancellarias ſtatus Eccleſiaſtici,vide ſup.in Pij IIII. conſt. 127. Continua, ſol. 867. Et circa adminiſtrationem aliorum Montium, vide in indice materierum in ver. Theſaurarius.

De Spoliorum vero materia, habes etiam ſup. in Pauli III. conſt. 31. Romani, fol.420. & conſt. 53. Romanus, fol.464. & conſt. ſeq. & Iul. III. conſt.9. Cum ſicut nobis, fol.504. & Pauli IV. conſt. 26. Cum ſicut accepimus, fol. 603. & Pij IV. conſt. 115. In ſuprema, fol. 833. & Greg. 13. conſt. 38. Cum ſicut, fol. 1241. & conſtit. 44. Officij, fol. 1254. conſt. 72. Cum ſicut, fol. 1304.

SIXTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. DE Statu noſtri,& Cameræ Apoſtolicę ærarij,ex incumbenti nobis Apoſtolicæ ſollicitudinis officio ſolliciti, circa ea libenter intendimus, per quæ illius ſalubri directioni, & fęlici ſucceſſui conſulitur, & illius curam talibus perſonis committi volumus, quarum opera, ſtudio, & virtute, res, & bona eiuſdem Cameræ ſedulo, & fideliter conſeruentur.

Theſaurariat', officiũ obtinebat Rodulphus Bonfiol' vt ſu. in Gr. 13. con. 72. f. 1304. Illudque vacauit ob reſig.

Cum itaque officium Theſaurariatus generalis dictę Camerę, per liberam reſignationem *dilecti filij* Rodulphi Bonfioli nuper ipſius Camerę Theſaurarij generalis, de illo, quod tunc vna cum Collectorię, etiam generalis ſpoliorum, ac fructuum, & prouentuum, quorumcunq; beneficiorum Eccleſiaſticorum, necnon Eccleſiarum, & Monaſteriorum in vniuerſa Italia, necnon bonorum in Vrbe, & toto ſtatu Eccleſiaſtico vacantium, officio, ad eius vitam obtinebat, in manibus noſtris ſponte factam, & per nos admiſſam vacauerit, & vacet ad præſens.

Ideo hic Pont. officiũ The. erigit in officium perpetuum ad inſtar Clericatus.

Et ſicut accepimus idem officium Theſaurariatus, quod ex primarijs Cameræ, & Romanę Curiæ officijs exiſtit, cuiq; ęrarij, & prouentuum, rerumq; & iurium ipſius Camerę pręcipua cura incumbit, in incerto ſtatu verſetur, & præteritis temporibus varietati maximè obnoxium, & ex inde ſumma negociorum, rerum, & iurium dictę Camerę ignoratio, & interdum neglectus in non modicum eiuſdem Camerę pręiudicium, & grauamen ſecuti fuerint. Nos congruam formam eidem officio Theſaurariatus pro nobis iniuncto munere conſtituere volentes, Motuproprio, & ex certa ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnes, & quaſcumq; conceſsiones officiorum Theſaurariatus, & Collectoriæ huiuſmodi, tam dicto Rodulpho, quam quibuſuis perſonis, quomodolibet factas, harum ſerie caſſantes penitus, & reuocantes, dictum officium Theſaurariatus in officium perpetuum, ac aliàs ad inſtar eiuſdem Cameræ Clericatuum,& aliorum Romanę Curiæ officiorum perpetuo Apoſtolica auctoritate tenore præſentium erigimus, & inſtituimus.

Illique annectit officiũ Collectoriæ ſpo.

Ac eidem officio Theſaurariatus generalis officium Collectoriæ huiuſmodi dicta auctoritate, etiam perpetuo vnimus, annectimus, & incorporamus.

Emolumentaque hic deſcripta concedit.

Necnon pro eius ſic erecti congrua dote omnia, & ſingula iura, prouentus, obuentiones, ſalaria, regalia ſpoliorum, etiam cum diuerſis Capitulis, & Cleris ſæcularibus in poſterum componendorum decimas, taxas, & emolumenta ordinaria, & extraordinaria, vndecunque, & quomodocunque prouenientia, quocunque nomine nuncupata, quæ per pro tempore exiſtentes generales Theſaurarios Cameræ, & Collectores ſpoliorum, ac fructuum, & bonorum ad dictam Cameram ſpectantium conſequi, exigi, & leuari, quomodolibet, & quocunq; titulo; vel cauſa conſueuerunt, ſeu etiam

potuerunt,

Digitized by Google

potuerunt, & debuerunt, Demptis tamen, & exceptis ijs, quæ per pro tẽpore exiſtentes noſtros, & Sedis Apoſtolicæ in Regno Neapolitano, tam citra, quam vltra Pharũ Nuncios, hactenus percipi, & colligi conſueuerunt, necnon prouētibus quatuor Cancelarijs annatarum per fel. rec. Gregorium Papæ XIII. prædeceſſorem noſtrum conſtitutis, & aſsignatis ad quamcunq; ſummam aſcendant applicamus, & appropriamus.

Locum etiam in Cam. & Capella, & alijs actibus Theſaurario aſsignat.

Necnon, quod decætero officium Theſaurariatus huiuſmodi obtinens pro tempore in Camera præfata, alijſq; actionibus Cameralibus in loco ſolito, videlicet, poſt Camerarium ſi præſens fuerit, eo vero abſente poſt Vicecamerarium immediate, in Capella autem noſtra, & quibuſcunq; ſeſſionibus, proceſſionibus, æquitationibus, alijſq; actibus, tam publicis, quàm priuatis in noſtro, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis præſentia, & conſpectu, vel etiam abſentia faciendis, ante omnes Epiſcopos, Archiepiſcopos, Primates, & Patriarchas immediate tamen poſt Auditorem dictę Camerę ſedere, & incedere, ac in noſtra, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis ſignatura, quoties contigerit, Referendarium huiuſmodi officium Theſaurariatus generalis obtinere continue interuenire, & aſſiſtere.

Illique annua ſcuta ducenta pro conducēda domo, ac victũ pro ſe, & familia ex Palatio Apoſtolico pſtari decernit.

Necnon vltra ędes pro tempore exiſtētibus dictę Cam. Theſaurarijs generalibus in Vrbe pro eorum vſu, & habitatione expenſis dictę Camerę conduci ſolitas pro quibus eidem Theſaurario ducenta ſcuta monetę annuatim pręſtari conſueuerunt, prout pręſtari volumus, victum quotidianum ex Palatio Apoſtolico ad inſtar aliorũ noſtrorum, & Rom. Pontificis pro tempore exiſtentis Pręlatorum domeſticorum, & familiarium continuorum commenſalium pro ſe, & octo ſuis familiaribus, & duobus ęquis habere, & conſequi debeat.

Priuilegia etiã & exēptiones alijs Theſaurarijs, & Collectoribus cōceſſas, ſpecialiter non reuocatas, eidē Theſ. concedit.

Necnon omnibus, & quibuſcunque facultatibus, iuriſdictionibus, priuilegijs, exemptionibus, immunitatibus, pręeminentijs, antelationibus, pręrogatiuis, fauoribus, indultis, & gratijs, tam dicto Rodulpho, quàm cęteris omnibus ante eum generalibus Theſaurarijs, & Collectoribus pręfatis, tam per pręductum Gregorium, quàm alios quoſcunque Romanos Pontifices prędeceſſores noſtros in genere, & in ſpecie conceſſis, confirmatis, extenſis, & innouatis, ac aliàs ad generalis Theſaurariatus, & Collectorię huiuſmodi officia de Iure, fundatione, priuilegio, conſuetudine, ac quocunq; alio modo, & titulo pertinentibus, cęteriſque omnibus, & ſingulis ſpecialiter non reuocatis, quibus Theſaurarij, & Collectores generales prędicti, etiam ante dictum Rodulphum tam antiquis, quàm modernis temporibus vſi, potiti, & gauiſi fuerunt, ac vti, potiri, & gaudere potuerunt, ſeu etiam debuerunt, ſiue de illis per litteras Apoſtolicas, ſiue patentes, aut ſcripturas, & libros Camerales, aut quęcunque alia publica, aut priuata documenta, fidem tamen facientia appareat, vti, potiri, & gaudere libere, & licitè valeant in omnibus, & per omnia, ac pariformiter, & abſque vlla prorſus differentia perinde, ac ſi per pręſentes ſpecialiter, & expreſſe conceſſa fuiſſent auctoritate, & tenore prędictis ſtatuimus, & ordinamus, ac deſuper licentiã, & facultatem concedimus.

Officiumque Theſaurariat⁹ ſic erectum vna cũ officio Collectorię, & alijs ei annexis, R. D. Benedicto Iuſtiniano confert.

Hic Theſaurarius, ob eius ſingulares virtutęs, & pręclara merita Cardinalis creatus fuit die 17. Decembris 1586.

Vt autem quàm primum officium prędictum viro idoneo, qui rebus eiuſdem Camerę aſſiduè inuigilet, ac omnia ad dictum officium ſpectantia exequatur, cuiuſq; virtus, & induſtria nobis præcipuè cognita atque perſpecta ſit committatur, De dilecti filij Magiſtri Benedicti Iuſtiniani Clerici Ianuen. vtriuſque Iuris Doctoris Notarij, & Prælati noſtri domeſtici, ac in vtraque ſignatura noſtra Referendarij, de nobili genere ex vtroque parente procreati, ſumma fide, integritate, & diligentia plurimum in Domino confiſi, ipſumq; Benedictum a quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis a iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus, quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat, conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, eidem Benedicto officium prædictum ſiue, vt permittitur, ſiue a primæua erectione huiuſmodi, vel aliàs quouis modo, aut ex cuiuſcunque perſona vacās, cum officio Collectoriæ, & alijs illi forſan annexis, necnon omnibus, & ſingulis iuribus, regalibus, iocalibus, taxis, prouentibus, obuentionibus, honoribus, emolumentis, priuilegijs, exemptionibus, immunitatibus, præeminentijs, antelationibus, prærogatiuis, facultatibus, iuriſdictionibus, fauoribus, gratijs, & indultis ſupraſcriptis, auctoritate,

ctoritate & tenore ſimilibus,concedimus,& aſſignamus, ipſumq; Benedictum ad Theſaurariatus, & Collectoriæ huiuſmodi officium, illiuſque liberum exercitium, ac omnia, & ſingula alia ſupradicta ex nunc admittimus,& recipimus, Ac per dilectos filios Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerarium, dictæque Cameræ Præſidentes,Clericos,cæteroſque ad quos ſpectat,tam in Camera, quàm extra recipi,& admitti, ſibique de Iuribus,regalibus,iocalibus,taxis,prouentibus,obuentionibus,& emolumentis,ac alijs ſupradictis integre reſponderi mandamus,necnon eidem Benedicto,vt quoad vixerit officium Theſaurariatus huiuſmodi cum illi annexis prædictis ad inſtar aliorum Romanæ Curiæ,& dictæ Cameræ officiorum tenere, regere, & gubernare, nec ab eo inuitus amoueri poſſit de ſpeciali gratia indulgemus.

Iſtarum facultatum explicatio. circa Collectionem ſpoliorũ mox infra ſequitur.

Et inſuper ſecuritati eiuſdem Benedicti Theſaurarij,qui in noſtram. Sediſque Apoſtolicæ ſubuentionem ob vrgentes quibus præmimur neceſſitates, ſummam quinquaginta millium ſcutorum monetæ, decem Iulijs pro quolibet ſcuto huiuſmodi computatis, nomine precij dicti officij comprehenſis in eis quindecim millibus ſcutis auri in auro prædicto Rodulpho ratione ſimilis ſummæ per eundem Rodulphum aliàs Cameræ prædictæ,& pro ea ipſius Rodulphi in eodem officio Theſaurariatus anteceſſori ſolutæ reſtituendis ſoluere promiſit, conſulere volentes,pro omnium,& ſingulorum prę miſſorum obſeruatione,& executione,etiam nomine, & loco damnorum, & intereſſe quæ ipſum Benedictum pati poſſe contigerit,omnia,& ſingula eiuſdem Cameræ, iura, res,& bona,& quæcunque,tam præſentia,quàm futura nedum generaliter, verum etiã ſpecialiter,& expreſſe, ac ampliſſime obligamus,& hypothecamus. Necnon etiam ſi pro conſequendo dicto officio Theſaurariatus ab alijs maius preciũ dicta ſumma quinquaginta millium ſcutorum repertum fuerit, vel reperiri contigerit, illud omne,& totum ſiue in parua, ſiue in magna ſumma eidem Benedicto, etiam titulo donationis inter viuos gratioſe remittimus, & condonamus. Præſenteſque ad probandum plene quòd eadem ſumma in noſtram, & Sedis, ac Cameræ prędictarum ſubuentionem conuerſa fuerit, aliaque præmiſſa vbique tam in iudicio, quàm extra ſufficere, nec ad id probationis alterius adminiculum requiri, nec ipſum Benedictum,eiuſque in dicto officio Theſaurariatus ſucceſſores, vel quemcunque alium eius nomine ad regiſtrari faciendum,aut aliàs quomodolibet inſinuandum præſentes literas in dicta Camera, etiã iuxta formam conſtitutionis piæ memoriæ Pij Papæ Quarti,etiam prędeceſſoris noſtri octauo Idus Auguſti, Pontificatus ſui anno ſexto editę, inter alia diſponentis, quòd impetrantes gratias, & indulta intereſſe dictæ Camerę quomodolibet concernentia, illa in eadem Camera infra certum ibi expreſſum tempus pręſentare, ſeu regiſtrari facere debeant, teneri, neque ad id vlla vnquam neceſsitate cogi, nec propterea eaſdem pręſentes litteras viribus carere, ſed Benedicto Theſaurario, eiuſque ſucceſſoribus prędictis in omnibus, & per omnia perinde, ac ſi iuxta conſtitutionem prędictam pręſentatæ, ſeu regiſtratæ, & inſinuatę, ac omnia alia ad id neceſſaria adimpleta fuiſſent, ſuffragari.

Et pro aſſecuratione ipſi⁹ Theſaurarij qui R. Cameræ Apoſtło ſoluit ſcuta quinquaginta millia, obligat idem Potiſ. omnia bona eiuſdem Cameræ.

Ipſumque Theſaurariũ decernit non teneri probare hanc ſummam conuerſam eſſe in ſubuentionẽ Sedis,& Cameræ Apoſt. neq; regiſtrari facere in Camera has literas, iuxta cõſt. Pij 4. quę eſt ſup. f. 873. num. 111.

Regiſtrata tamen fuit hæc conſti. vt mox ſequitur.

Nulloque vnquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtrę, vel quouis alio defectu, etiam ex eo quòd forſan intereſſe habentes ad id vocati non fuerint, vel ex quacunque alia cauſa quantumuis legitima, & iuridica, ac etiam neceſſario exprimenda, notari, impugnari, inualidari, ad terminos iuris reduci, ſeu in ius, vel controuerſiam vocari, aut aduerſus eas quodcunque iuris, facti, vel gratię remedium impetrari, minuſque ſub quibuſuis ſimilium,vel diſſimilium gratiarum reuocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, & alijs contrarijs diſpoſitionibus comprehendi poſſe, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & eum in quo antequam illa emanarent, erant ſtatum, reſtitutas, repoſitas, & plenarie etiam ſub quacunque data per ipſum Benedictum, eiuſque in dicto officio Theſaurariatus generalis ſucceſſores eligenda, reintegratas, ac de nouo cõceſſas, ac validas,& efficaces ſemper fore, & eſſe, vimque validi, & efficacis contractus inter nos, ac Sedem, & Cameram prędictas ex vna, ipſumque Benedictum ex altera partibus rite, & recte initi, & ſtipulati, ac etiam hincinde iurati habere,& obtinere, ac inuiolabiliter obſeruari,

Clauſule præſeruatiuæ.

B Sicque,

Decretum irritans.

Sicque, & non aliter per quoſcunque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate,& auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Executorum deputatio, & facultates.

Quocirca venerabilibus fratribus noſtris Amerinen. & Vicentin. Epiſcopis, ac dilecto filio Curiæ cauſarum eiuſdem Cameræ, generali Auditori, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes litteras, & in eis contenta quæcunque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte, dicti Benedicti, & eius in dicto officio Theſaurariatus ſucceſſorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſq; in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant Benedictum, & eius in dicto officio Theſaurariatus ſucceſſores, necnon alios quos præſentes noſtræ litteræ concernunt, caſſatione, reuocatione, erectione, inſtitutione, vnione, annexione, incorporatione, applicatione, appropriatione, ſtatuto, ordinatione, conceſſionibus, aſſignatione, admiſſione, receptione, mandato, indulto, obligatione, hypothecatione, remiſſione, condonatione, decreto, & alijs præmiſſis pacificè frui, & gaudere, non permittentes eos, ſeu eorum aliquem per Camerarium, Præſidentes, Clericos prædictos, ſeu quoſcunq; alios quauis auctoritate fungentes, quomodolibet moleſtari, perturbari, vel inquietari, Contradictores quoſlibet & rebelles, per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, legitimiſque ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggrauari, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit auxilio brachij ſæcularis.

Non obſtantibus præmiſſis, ac quatenus opus ſit noſtra de iure quæſito non tollendo, cæteriſque conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon Cameræ, & officiorum prædictorum, etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ac vſibus, & naturis quantocunque tempore pacificè obſeruatis, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis,eidem Cameræ, illiuſque præteritis, ac nunc, & pro tempore exiſtentibus Camerario, Præſidentibus, & Clericis, necnon quibuſuis perſonis per quoſcunque Rom. Pont. etiam quatenus opus ſit per recolendæ memoriæ Gregorium Papam Decimumtertium ſub dat. Pridie Idus Maij duodecimo, & Non. Decembris Tertiodecimo ſui Pontificatus

Clauſulæ derogatoriæ.

annis, præmiſſis quatenus in aliquo obſtent, necnon dictam Sedem, etiam per modum ſtatuti perpetui, ac initi, & ſtipulati contractus, ac alias ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & alijs decretis in genere, vel in ſpecie, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, necnon conſiſtorialiter iteratis vicibus quomodocunque, & quotieſcunq; conceſsis, approbatis, & innouatis, ac extenſis, & moderatis. Quibus omnibus etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumq; totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, ac indiuidua, & de verbo ad verbum,non autem per clauſulas generales idem importantes mentio,ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata inſerti forent præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus,contrarijs quibuſcunque,aut ſi aliquibus communiter,vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, caſſationis, reuocationis, erectionis, inſtitutionis, vnionis, annexionis, incorporationis, applicationis, appropriationis, ſtatuti, ordinationis, conceſſionis, abſolutionis, aſſignationis, admiſſionis, receptionis, mandati, indulti, obligationis, hypothecationis, remiſſionis, condonationis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si

Digitized by Google

quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1585. ſexto non. Maij. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Iul. C.	A. Iacobutius.	Io. F. Ruggerius.
P. Araus	C. Pamphilius.	
P. Pultrius	Apoſtigianus.	
Ioan. Bap. Gabriellius.		
E. Loccius		A. Breuius.

Regiſtratio in Came. Apoſt.

Anno Incarnationis Domini, Milleſimo quingenteſimo octuageſimoquinto, Die nona Maij Retroſcriptus Rodulphus præſenti reſignationi, & literarum expeditioni conſenſit.

Pro Paride Doria Io. Bap. Zianus.

Regiſtrata in Secretaria Apoſtolica, Io. F. Ruggerius.

Sequuntur Facultates eiuſdem Reuerendiſs. D. Benedicti Iuſtiniani circa Collectoriam Spoliorum Eccleſiaſticorum, & aliorum iurium Reuer. Cameræ Apoſtolicæ.

Sixtus Papa Quintus. Dilecte Fili ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Cum hodie Officium Theſaurariatus noſtri, & Cameræ Apoſtolicæ perpetuum, & *ad inſtar aliorum* Romanæ Curiæ Officiorum precio concedi ſolitorum vacabile conſtituerimus, eique Collectoriam generalem Spoliorum, & iurium eidem Cameræ debitorum in vniuerſa Italia ſub certis modo, & forma tunc expreſſis etiam perpetuo vniuerimus, officiumque ipſum Theſaurariatus, ſic à primæua huiuſmodi conſtitutione, vel aliàs quouis modo vacans tibi Apoſtolica auctoritate conceſſerimus, & aſſignauerimus, prout in noſtris litteris inde ſub plumbo confectis plenius continetur. Nos ea quæ ad te, & pro tempore exiſtentem Theſaurarium noſtrum generalem ratione dictæ Collectoriæ pertinent, quibuſque vos vti, & in quibus Vos exercere, ac Iuriſdictionem, & poteſtatem habere debetis plenius explicare, vobiſque & muneri veſtro in hac parte conſulere volentes, omnes, & quoſcunq; alios Collectores, necnon Subcollectores, Commiſſarios, & officiales dictorum ſpoliorum, & iurium per totam Italiam ad hunc vſque diem, tam per Prædeceſſores noſtros, ac nos, quàm alios quoſcunque quomodolibet deputatos, omnemq; illis deſuper attributam poteſtatem, & auctoritatem reuocamus, & abolemus. Decernentes irritum, & inane quicquid poſthac ab eiſdem, & quibuſcunque alijs ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Motuproprio, & ex certa ſcientia noſtra, deq; Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſtatuimus, & ordinamus, vt per vnionem Collectoriæ huiuſmodi, Tu & pro tempore exiſtentes Theſaurarius plenam, liberam, & abſolutam poteſtatem, ac omnimodam iuriſdictionem perpetuo habeatis quamq; vobis in perpetuum concedimus, & per alium, ſeu alios, tam in vrbe, & eius diſtrictu, dominioq; temporali Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, quàm tota Italia, noſtro & dictæ Cameræ nomine colligendi, percipiendi, & exigendi, omnia & quæcunque bona mobilia, & immobilia, ac ſe mouentia, necnon ſpolia, aliaſque res, & iura quomodolibet nuncupata, necnon fructus redditus, & prouentus menſarum Abbatialium Monaſteriorum, necnon Epiſcopalium, Archiepiſcopalium, Patriarchalium, & aliarum Eccleſiarum, & quorumcunque beneficiorum ex quouis titulo etiã infecto, aut aliàs male, & indebite perceptos, ac bona vacantia, & de quibus contra Conſtitutionem piæ memoriæ Pij Papæ Quinti, contra illegitimos editam, diſponi contigerit, aut iam diſpoſitum fuerit, & quę ab apo-

Hic Pont. Theſaurarię, & Collectorię officiũ perpetuum, & vacabile inſtituit, illudque R. D. Benedicto Iuſtiniano cõceſſit, vt ſup. prox.

Facultateſque ipſius Theſaurarij nunc explicat, & declarat.

Pij V. cõſt. iſta habetur ſupr. n. 20. f. 100.

B 2 ſtatis

ſtatis obtinentur, quæque per obitum ipſorum Apoſtatarum, & aliorum regularium extra clauſtra ſuorum ordinum, & aliàs iuxta formam literarum recol. mem. Gregorij Papę XIII. deſuper editarum, ac etiam illa, necnon ædificia, & loca quę ex fructibus, redditibus, & prouentibus Eccleſiaſticis profecta, ędificata, refecta, & reſtaurata fuerint, ſeu aliàs ex eiſdem fructibus, redditibus, & prouentibus quomodolibet prouenerint per obitum quarumcunque Eccleſiaſticarum perſonarum, beneficia Eccleſiaſtica tam ſimplicia, de quorum tamen ſimplicium fructibus, vel ex priuilegio Apoſtolico, vel ex conſuetudine legitimè pręſcripta diſpoſitum non fuerit, quàm in adminiſtrationem obtinentium ſecularium, & quorumuis ordinum regularium, quauis etiam pontificali dignitate fulgentium in omni Italię parte pro tempore decedentium remanſura, etiam ſi in auro, argento, gemmis, & alijs precioſis cuiuſcunque qualitatis generis, & ſpeciei fuerint, ac etiam fructus, redditus & prouentus menſarum Eccleſiarum, & monaſteriorum in prędictę Camerę libris taxatorum, necnon beneficiorum etiam in diœceſibus, quæ pactum cum dicta Camera iniuerunt ex quacunque cauſa Sedi Apoſtolicæ reſeruatorum, vel effectorum ex die Vacationis vſque ad diem præfectionis, ac prouiſionis, & adeptæ poſſeſſionis illorum, ſeu commendæ de illis faciendæ, quos omnes fructus, redditus, & prouentus ab ipſis vſq; vacationibus perceptos, & confectos ad nos, & dictam Cameram ſpectare, & pertinere volumus, & decernimus, & eidem Cameræ applicamus, & appropriamus, necnon omnia, & quæcunque bona relicta, & quoſcunque fructus, redditus, & prouentus huiuſmodi male perceptos cuiuſcunque qualitatis, & quantitatis fuerint, ac etiam inquirendi, & inueſtigandi omnibus vijs, & modis tam ſuper illis quàm ſuper alijs quibuſcunque ſpolijs, quæ hactenus ex bonis relictis, & fructibus huiuſmodi per ſimilium perſonarum obitum, aut aliàs, vt præfertur, ſeu quomodolibet remanſerunt, & indebite quocunque prætextu vſurpantur, & pro faciliori Inquiſitione quaſcunque perſonas cuiuſcunq; Dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, & pręeminentiæ fuerint etiam exemptas, necnon prætéritos Collectores, ſubcollectores, officiales coram te, vel alio, ſeu alijs à te, vel pro tempore Theſaurarium ad reddendum computum, & rationem deputandis de adminiſtratis, exactis & receptis ab eiſdem, illoſque quorum teſtimonio indigere cognoueritis ad ſe examini ſubijciendum, & ſpoliorum, necnon fructuum, reddituum, & prouentuum, ac bonorum huiuſmodi occupatores, & detentores ad ſpolia, fructus, redditus & prouentus huiuſmodi reſtituen. & relaxan. & tibi conſignandum, & ſoluendum, & quos in præmiſſis, & circa ea quomodolibet deliquerint etiam ad perſonaliter coram vobis, ſeu deputando, vel deputan. comparendum ſub confiſcationis bonorum, & priuationis Beneficiorum, inhabilitatiſque ad illa, & alia in poſterum obtinenda, ac etiam pecuniarijs quæ vobis videbuntur, & demum excommunicationis, alijſque Eccleſiaſticis cenſuris, & pœnis veſtro arbitrio infligendis moderan. & applican. monendi, citandi, & compellendi, ac contradictores quoſlibet, & rebelles pœnas, ac cenſuras prædictas incidiſſe declarandi, illaſque etiam ſæpius aggrauandi, auxiliumq; brachij ſecularis ad hoc ſi opus fuerit inuocandi, ac ſuper eiſdem ſpolijs, fructibus, redditibus, & prouentibus, ac bonis prædicta Camera, prout tibi videbitur componendi, & concordandi, ſoluentes, de compoſitis, & ſolutis per eos, ac receptis abſoluendi, & liberandi, necnon ad cor reuerſos, ſi id humiliter petierint, a cenſuris, & pœnis ſi quas incurrerint præuia ſatisfactione abſoluendi, & liberandi, ac in præmiſſis omnibus etiam ſummarie, ſimpliciter de plano, & ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſola facti veritate inſpecta procedēdi, vnum quoque, vel plures loco veſtri cum ſimili, aut limitata poteſtate ſubſtituen. & alia pręmiſſa faciendi, collectores, & ſubcollectores, & ſubcommiſſarios per veſtras litteras, ſigillo veſtro munitas deputandi, & ſubdelegandi, illoſque quoties vobis videbitur reuocandi, cæteraque omnia faciendi, gerendi, & exequendi, quæ in præmiſſis, & circa ea neceſſaria fuerint, & quomodolibet opportuna. Inſuper, vt ſpoliorum fructuum, bonorum, & iurium huiuſmodi exactio celerius, commodiuſque fiat, eiſdem motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine, etiam perpetuo ſtatuimus, vt de cætero omnes, & quæcunque lites, cauſæ, & controuerſiæ ſuper quibuſuis fructibus, redditibus, & prouentibus, ſpolijs, & bonis prædictis, & illorum occaſione, ac alias quæ ab ipſis litibus,

Greg. 13. cõſt. iſta habetur ſupra, nume. 44. fol. 134.

& cauſis, quomodolibet dependentiam, ſeu cum illis connexitatem habuerint, nunc & pro tempore pendentes a nullo alio quàm a te, & Theſaurario generali pro tempore exiſtente, ſeu alijs a vobis ſuper dictis ſpolijs, ac fructibus, redditibus, & prouentibus; & bonis pro tempore delegandis, collectoribus, aut ſubcollectoribus, & officialibus generalibus, vel ſpecialibus, necnon cauſæ appellationum a ſententijs latis per veſtros Commiſſarios, vel etiam a pro tempore exiſtente Sedis Apoſtolicæ Nuncio in Ciuitate Neapolitana reſidente, & alijs Collectoribns generalibus ad vos ſolum in ſecunda inſtantia, & aliàs iuxta formam conſtitutionis dicti Gregorij prædeceſſoris cognoſci, nec alteri, niſi per commiſſionem manu noſtra ſignatam, vel per noſtras litteras, & citato dictæ Cameræ Commiſſario generali committi, & delegari poſſint, vtq; monitoria, citationes, inhibitiones, proceſſus, ſententiæ, & mandata, quæ alias quàm ex commiſſione, citatione, vel litteris noſtris emanauerint, quoad earundē cauſarum introductionem, & litis pendentiam, ſeu veſtrorum miniſtrorum, ad id a vobis deputandorum iuriſdictionis, & proceſſuum impedimentum, vel retardationem nullius ſint roboris, vel momenti, ſed nec niſi præſtita cautione idonea in forma depoſiti a ſententijs per vos, ſeu Locumtenentem, vel Auditorem, aut Miniſtros veſtros prædictos ſuper præmiſſis pro tempore latis vllo modo appellari, nec earum executio deferri, aut ſuſpendi poſſit. Decernentes vos ad inſinuandum, & regiſtrari faciendum præſentes in dicta Camera iuxta conſtitutionem Pij Papæ Quarti, aut alias nullo tempore teneri, nec propterea viribus, & effectu carere, ſed vobis omnino ſuffragari debere, ac ſi illæ tempore debito in dicta Camera inſinuatæ, & regiſtratæ fuiſſent. Ac pariter irritum, & inane quicquid ſecus a quoquam contigerit, vt præfertur attentari. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon dictæ Cameræ, ac Eccleſiarum, Monaſteriorum, locorum, & ordinum quorumcunque iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis, illis illorumque ſuperioribus, prælatis, & perſonis dictæque Cameræ Camerario, Clericis, & Collegio, ac quibuſuis alijs ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſq; efficacioribus, & inſolitis clauſulis irritantibuſq; & alijs decretis etiam iteratis vicibus conceſsis, confirmatis, & innouatis, ac alijs quæ in prędictis noſtris litteris volumus non obſtare, Quibus omnibus etiam ſi de illis eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, indiuidua, & expreſſa, ac de verbo ad verbum non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quęuis alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus pro ſufficienter expreſsis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ad effectum præſentium ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cęteriſque contrarijs quibuſcunque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſsint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Volumus autem, vt pręſentium tranſumptis etiam impreſſis, ac Notarij publici manu, ac tuo, ſeu pro tempore exiſtentis Theſaurarij generalis, vel perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, ſigillo obſignatis, eadem illa prorſus fides in iudicio, & extra illud vbique adhibeatur, quę adhiberetur eiſdem pręſentibus, ſi eſſent exhibitę, vel oſtenſę.

Hæc conſt. nō eſt regiſtranda in Camera, licet generaliter cōtrarium decreuerit. Pius iiij. in eius cōſtit. 131. f. 873.

Clauſulę derogat.

Datum Romę, apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die ij. Maij, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo quinto, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Io. Baptiſta Canobius.

Sequun-

Sequuntur facultates eiuſdem Reuerendiſs. Domini Theſaurarij, circa exactionem, & applicationem prouentuum Communitatis Terraciñ. pro conſtructione nouæ Ciuitatis.

Sixtus Papa Quintus. Dilecte Fili ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Cum ſicut accepimus à ú ædificationem nouæ Ciuitatis Terracinen. dudum mandato fel. record. Gregorij Papę XIII. prędeceſſoris noſtri in Monte Sancti Angeli ſalubriori ſanè loco cœptam, adhuc magna pecuniarum ſumma neceſſaria ſit; Nos qui pro ſecuritate, & ſanitate incolarum cœptum hoc opus perfici ſummopere cupimus, veſtigijs dicti prædeceſſoris inhęrentes, Tibi ad noſtrum, & Sedis Apoſtolicę beneplacitum committimus, & mandamus, vt noſtro, & Camerę Apoſtolicę nomine, omnes & quoſcunque fructus, redditus, & prouentus ad ipſam Communitatem, & Populum ex quauis cauſa, ſpectantes, & pertinentes apud homines fide, & facultatibus idoneos ſequęſtro poni cures, ita vt poſthac nihil ex eis ſoluatur cuiquam niſi abs te, vel ab ijs, quos ad id deputaueris, iuſſum fuerit. Dantes propterea tibi plenam, & liberam facultatem, & poteſtatem eiuſdem Communitatis agros, ſyluas, paſcua, & alia quæcunque bona, vectigalia, redditus, & prouentus vni, vel pluribus perſonis, prout tibi, vel ad hoc abs te conſtitutis placuerit, pro pretio, & tempore tibi beneuiſo, locandi, mercedeſq́; , & pretium huiuſmodi exigendi, necnon conductoribus, etiam ſi qui hoc tempore ſunt, ne quicquam alteri hoc nomine, prætęrquam tibi, vel deputatis ſupradictis ſoluant, inhibendi necnon eoſdem, & alios quoſcunq; eiuſdem Communitatis debitores ad ſoluendum, & ſatisfaciendum iuris, & facti remedijs, etiam per cenſuras Eccleſiaſticas, cogendi, & compellendi. Vnum quoque, ſeu plures loco tui cum ſimili, vel limitata poteſtate ſubſtituen. & deputandi, ac propterea officialibus, & Communitati ipſi diſtrictius præcipien. ne poſthac aliquid ex dictis bonis, & redditibus exigere, vel in eis quocunque modo ſe intromittere audeant. Eam autem pecuniam, quæ redacta inde fuerit ad nouæ Ciuitatis mœnia ædificanda fideliter erogari volumus, & iubemus. Declarantes durante huiuſmodi fructuum, & redituum depoſito, exactione, & erogatione ſalarium Gubernatorum pro tempore ibi exiſtentium, & quæcunque alia ſubſidia, & impoſitiones Camerales tempore quo expediens eſſe iudicaueris, ac alia debita, & onera, quæ tamen ſoluenda tibi eſſe videbuntur, eidem Communitati incumbentia ex eiſdem fructibus, & redditibus per illorum Depoſitarium, ſeu alium ad id à te deputatum ſolui debere. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Communitatis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis priuilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis eidem Communitati, & hominibus publicè, vel priuatim ſub quibuſcunque verborum tenoribus, & formis conceſſis, approbatis, & innouatis, Quibus omnibus, illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque.

Nova Ciuitas Terracinen. de mandato Grego. xiij. ædificari cœpta fuit.

Hic igitur Pôtif. pro illius perfectione, prouentus illius Cômunitatis, ſequeſtrari, & in tali ædificatione erogari mâdat per Theſaurarium.

Salariumque Gubernatorũ, & alia ſubſidia, & onera dictæ Communitatis, ſolui mandat ex dictis Prouẽtib⁹, durante dicta ędificatione.

Clauſulæ derogatoriæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 17. Maij. Milleſimo quingenteſimo octuageſimo quinto, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Io. Bapt. Canobius.

Die trigeſimaprima Maij Milleſimo quingenteſimo octuageſimoquinto pręſentes litteræ Apoſtolicæ præſentatæ fuerunt in plena Camera Apoſtolica, & ſeptima Iunij ſubſequentis, referente Reuerend. Domino Franciſco Corneo dictæ Cameræ Clerico, Præſidente, & Iudice ex decreto in dicta Camera eadem die trigeſima prima per eandem Cameram admiſſæ, & regiſtrari mandatum fuit, prout ſucceſſiue in eiuſdem Cameræ libris regiſtratæ fuerunt 53. libro quinto ſignaturarum fel. rc. Gregorij XIII. & primo S.D.N. fol. 36. penes me infraſcriptum dictæ Cameræ Notarium.

Admiſſio, & regiſtr. in Cam. Apoſt.

Tydeus de Marchis Not.

Sequun-

Sequuntur facultates eiuſdem Reuerendiſſimi Domini Theſaurarij, circa admi-
niſtrationem Montis Iulij, ac Montis Primi, & Montis Secun-
di Succurſus Auinionen.

SIXTVS Papa Quintus. Motuproprio, &c. Alias fel. record. Pius Papa Quintus prædeceſſor noſter q. Bartholomæo Buſſotto eius tunc Theſaurario generali vltra alia, facultatem dederit loca, & portiones Montis Iulij Vrbis vacabilis per obitum illa obtinen. Vni, vel pluribus perſonis ſimul, vel ſeparatim vendendi, non obſtan. clauſula in litteris erectionis dicti Montis appoſita, videlicet. Volumus autem, quod loca, & portiones huiuſmodi cum primum per obitum illa obtinentium, & aliàs quouis modo, præterquam per reſignationem vacauerint per Romanum Pontificem, pro tempore exiſtentem alijs concedi, ſeu in alios transferri non poſſint, ſed eo ipſo extinguant, & expirent, ac eorum prouentus, & emolumenta dictæ Cameræ reintegrentur, & reintegrata eſſe cenſeantur, & deinde quia neceſſitates Sedis Apoſtolicæ, & dictæ Cameræ propter quas prædictus Pius prædeceſſor tunc motus fuerat in dies magis videbantur accreſcere. Idcirco piæ mem. Gregorius Papa XIII. etiam prædeceſſor noſter Venerabili Fratri noſtro tunc ſuo Lodouico Epiſc. Lauden. tunc in minoribus conſtituto, & Theſaurario ſuo generali commiſit, & mandauit, ac eidem vltra conceſſam auctoritatem plenam, & liberam conceſſit facultatem omnia, & ſingula dicti Montis Iulij, ac etiam Primi, & ſecundi ſuccurſus Auinionen. Montium & cuiuslibet ipſorum loca, quæ per obitum, vel prouiſionem, ſeu quamuis aliam dimiſſionem, vel amiſſionem illa obtinentium, aut aliàs quouis modo vacabant tunc ad præſens, & in poſterum pro tempore vacarent, & vacare contigerit, ac toties quoties id eueniret neceſſitatibus ipſius Gregorij prædeceſſoris, & ſedis, ac Cameræ huiuſmodi duran. vni, vel pluribus perſonis, ſimul vel ſeparatim vendendi, pretiumque venditionis huiuſmodi recipiendi, & de illo quietandi, necnon litteras ſuper conceſſione dictorum locorum etiam ad inſtar litterarum in erectione Montium huiuſmodi expeditarum expediendi, & alia neceſſaria facienda, etiam perinde, ac ſi ſupradicta clauſula extinctionis, expirationis, & reintegrationis, inſtructione, & litteris erection. Montium huiuſmodi, vel alia ſimilis clauſula, vel prohibitio minime appoſita fuiſſet, nec eſſet, ac inſuper voluit, quod perſonæ dictæ loca empturæ, & illarum in illis per reſignationem ſucceſſores omnibus priuilegijs, facultatibus, & indultis in litteris erectionis Montium huiuſmodi contentis perinde, ac ſi primæua erectione Montium huiuſmodi loca prædicta emiſſent gauderent, cum certis decretis, & clauſulis inibi contentis. Ac poſtremo cum idem Gregorius prædeceſſor Rodulphum Bonfiolum loco dicti Ludouici Epiſcopi Theſaurarium ſuum generalem deputaſſet dictæque neceſſitates adhuc perdurarent. Ideo ipſe Gregorius prędeceſſor, tam ex eis, quam alijs cauſis animum ſuum ad id mouen, commiſsionem, & mandatum, ac conceſsionem per eũ in dictum Ludouicum Epiſcopum, vt prędmittitur datas, & factum in perſonam eiuſdem Rodulphi, tunc eius Theſaurarij generalis cum præmiſsis, alijsque facultatibus, & auctoritatibus ſolitis, & conſuctis extendit, & prorogauit, extenſaque, & prorogata eſſe voluit, & decreuit, ac alias prout in diuerſis Motuum propriorum cedulis dictorum prædeceſſorum noſtrorum deſuper ſignatis plenius continetur, ſeu continebatur. Cum autem Sedis, & Cameræ prędictarum neceſsitates, etiam nunc ſubſiſtere, quinimo dierum inualeſcere cernantur, propterea & etiam ex alijs cauſis animum ſuum ad hoc inducen. Motu ſimili, &c. & ex certa noſtra ſcientia, deque Apoſtol. poteſtatis plenitudine, dilecto filio Benedicto Iuſtiniano Notario Apoſtolico, & in vtraque ſignatura noſtra Referendario; ac noſtro generali Theſaurario Apoſtolica auctoritate committimus pariter, & mandamus, & eidem vltra conceſſam ſibi auctoritatem plenam, & liberam concedimus facultatem, omnia & ſingula Iulij, ac etiam Primi, & Secundi Succurſus Auinionen. Montium prędictorum, & eiuſdem ipſorum loca quę per obitum, vel priuationem, ſeu quamuis aliam dimiſsionem, vel omiſsionem illa obtinen-

Pius V. cõceſſit facultatem Buſſotto Theſaurario, vendendi loca Mõtis Iulij vacantia per obitum Montiſtarum.

Greg. 13. auctoritate dedit Epiſc. Lauden. eius Theſaurario diſponendi de locis quouis quę modo vacantibus ipſius Montis Iulij, ac Montis Primi, & Montis Secundi ſuccurſus Auenionẽ. De Monte Iulio habes i Piũ V. conſt. 157. fol. 1164. Moteque Primo ſuccurſus Auin. habes in Pijiiij. conſti. 90. fol. 780.

Monteq; Secũdo, habes in eiuſdem Piũ iiij. cõſt. 103. f. 806

Hic etiam Pontifex eaſdẽ dat facultates R. D. Benedicto Iuſtiniano. Perſonisq; loca huiuſmodi

obtinentium, aut aliter quouis modo vacant ad præſens, & impoſterum pro tempore vacabant, & vacare contigerit, ac toties quoties id euenerit neceſsitatibus noſtris, & Sedis, & Cameræ huiuſmodi duran. vni, vel pluribus perſonis ſimul, vel ſeparatim vendendi, pretiumque conditionis huiuſmodi recipien. & de illo quietandi, necnon litteras ſuper conceſſione dictorum locorum, etiam ad inſtar litterarum in erectione Montium huiuſmodi expeditarum expediendi, & alia neceſſaria faciendi, etiam perinde, ac ſi ſupradicta clauſula extinctionis, expirationis, & reintegrationis in erectione Montium huiuſmodi, vel alia ſimilis clauſula, vel prohibitio minime appoſita fuiſſet, nec eſſet.

Montiũ ab ipſo Theſaurario empturis, dat priuilegia conceſſa antiquis Montiſtis.

Ac inſuper volumus quòd perſonæ dicta loca empturæ, & illarum in illis per reſignationem ſucceſſores omnibus priuilegijs, facultatibus, & indultis in litteris erectionum Montium huiuſmodi contentis, etiam perinde, ac ſi primæua erectione dictorum Montium loca prædicta emiſſent, gaudeat, Sicque in præmiſſis omnibus cenſeri, ac ita etiam per quoſcunque Iudices, &c. ſublata, &c. iudicari, &c. debere: irritum quoque, &c. decernimus.

Decretum irritans.

Mandantes præſentem noſtram cedulam in prædicta Camera Apoſtolica ad maiorem cautelam emptorum dictorum locorum admitti, & in illius libris regiſtrari, ac eiſdem emptoribus, & quibuſuis alijs omnino ſuffragari, & etiam ab omnibus inuiolabiliter obſeruari. Non obſtantibus præmiſſis, ac dicta clauſula, & prohibitione alienandi in prædictis litteris appoſita, & etiam noſtra de iure quæſito non tollendo, aliiſque conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac capitulis etiam ſuper non alienatione bonorum Eccleſiaſticorum, ac Sedis, Cameræ Apoſtolicæ, & conſiſtorialiter, vel aliàs quomodolibet emanatis etiam iuramento, &c. roboratis, cæteriſque contrarijs quibuſcunque.

Clauſulæ derogatoriæ.

Volumus autem ſolam præſentium ſignaturam ſufficere, & vbique in iudicio, & extra, fidem facere, etiam abſque data, & regiſtratura quacunque regula, ſeu conſtitutione contraria edita, & edenda, ac omnibus in contrarium facien. non obſtan. quibuſcunq; ſtatum, &c. ac præmiſſorum omnium, & aliorum neceſſariorum ten. &c. pro plene, & ſufficien. expreſſis haben.

Sola ſignatura ſufficit.

Placet Motu proprio F.

Regiſtratio in libris Cam. Apoſtol.

Die nona Septembris milleſimo quingenteſimo octuageſimo quinto, Regiſtrata ad maiorem cautelam in libris Cameræ, ſcilicet primo ſignaturarum S.D.N. Sixti Papæ Quinti, fol. 46. penes me infraſcriptum dictæ Cameræ Notarium.

Tydeus de Marchis.

Admiſsio, & regiſtratio in eade Camera.

Die decimaſexta Septembris milleſimo quingenteſimo octuageſimo quinto, Præſens cedula Motus proprij præſentata fuit in plena Camera Apoſtolica, & die vigeſimatertia eaſdem Camera, citato Mag. D. Io. Bern. Piſcina dictæ Cameræ generali Commiſſario referente R. D. I. Maluaſia eaſdem Cam. Clerico, & Iudice dicta die 16. deputato admitti, & regiſtrari mandauit, prout regiſtrata fuit libro primo ſignaturarum S. D.N. Sixti Papæ V. fol. 46. penes me Notarium ſupraſcriptum, &c.

Idem Tydeus.

V.

De Feſto S. Franciſci de Paula, Ordinis Minimorum Inſtitutore, ſingulis annis die ſecunda Menſis Aprilis, celebrando, & in Calendarium Romanum reponendo.

SIxtvs Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. IN cęli throno, qui ſedet rex omnipotens, terramq; ſcabellum pedum ſuorum calcat, ſupremo e ſolio puſillorum ſeruorum reſpicit humilitatem, eoſq; in quibus illa elucet ad exceſſa ſublimium honorum, & gaudiorum culmina extollit. Quod in ſanctis ſuis omni tempore demonſtrauit, recenti vero patrum noſtro-

rum

rum memoria in Beato Franciſco de Paula, amplè teſtificari dignatus eſt. Is enim ab ineunte ætate cæleſtium rerum amore incenſus ex minimo, qualem ſe in Dei hominumque conſpectu fecerat, magnus euaſit: Interq; alia, quibus claruit virtutum ornamenta, vnam mirificè amplexus eſt regi regum ſemper acceptã humilitatem, quam ſicuti nouerat primum ingreſſum fuiſſe Chriſti Saluatoris noſtri in mundum, ita in anguſto ad pietatem, & ſanctitatem introitu, patefaciendo primam ſibi, & ducem, & ſociam aſciuit. Hac atque alijs diuinæ gratiæ præſidijs Beatus Confeſſor munitus apud magnos Principes, & Reges, cum adhuc in mundo, quaſi hoſpes, peregrinaretur: In patria verò cæleſtes inter choros poſt abſolutam peregrinationem à Deo, cui fideliter ſeruierat, ſeque in primis humiliauerat, eſt exaltatus, magnaſque virtutes, vt etiam in vita cum ſumma omnium, qui viderunt, vel audierunt admiratione, meruit operari. Quibus virtutibus Fratrum Minimorum congruente ſuæ humilitatis denominatione, Ordinem, quem viuens inſtituerat, mirum in modum auxit, ita, vt ex ſancti viri imitatione, deuotiſq; Fratrum ipſorum ſtudijs multis iam in Italia, quæ de eius natiuitate, atque in Gallia, quæ de ſancta obdormitione in Domino gloriantur, totiuſq; Chriſtiani orbis regionibus ædificatis templis, cœnobijſq; conſtructis, eius memoria in dies magis propagetur. Ipſe autem à fel. recor. Leone Papa X. prædeceſſore noſtro ſanctorum, quos catholica veneratur Eccleſia, catalogo ſolemni ritu adſcriptus in cœlo pro ipſa ſemper Eccleſia aſſiduiſque Paſtoralis ſeruitutis, & ſolicitudinis noſtræ laboribus apud Deum, vna cum omnibus ſanctis, & ſibi cognomine, atque æternæ fœlicitatis conſorte Beato Franciſco, Ordinis Fratrum Minimorum fundatore, intercedit. Quare nos eius nomen, & ſanctitatem dignis, quantum noſtra patitur infirmitas honoribus, decorare volentes, hac præſenti conſtitutione mandamus, vt eiuſdem Beati Franciſci de Paula confeſſoris glorioſi dies feſtus, qui Quarto Non. Aprilis peragitur duplici poſt hac, & proprio, & vbi propria non erunt, de communi Confeſſorum non Pontificum officio per cunctas totius Chriſtiani orbis Eccleſias, quot annis celebretur, & in Calendario cum duplicis feſti adiectione inſcribatur. Præcipientes omnibus *Patriarchis, Archiepiſcopis*, Epiſcopis, cæteriſque Eccleſiarum Prælatis in vniuerſo terrarum orbe conſtitutis, vt faciant in ſuis quiſq; Eccleſijs, Prouincijs, Ciuitatibus, & Diœceſibus præſentes noſtras ſolemniter promulgari, & ab omnibus eccleſiaſticis perſonis ſecularibus, & quorumcunque ordinum regularibus omnino obſeruari. Volumus quoque, vt præſentium exemplis, etiam impreſſis, manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus vbique fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberentur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo quinto, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

S. Franciſci de Paula merita & laudes.

S. Frãciſcus de Paula ordinem Minimorũ inſtituit.

Et à Leone X. Catalogo SS. aſcriptus fuit.

Et modo a ſãctiſ. Sixto V. eius feſtũ die 2. Aprilis celebrari præcipitur.

M. Card. S. Stephani.

Io. Baptiſta Canobius.

C Contra

VI.

Contra Bannitos, Homicidas, Latrones, eorumq; complices, fautores, ac receptatores, Baroneſq; & Communitates eorum Territoria ab illis libera non cuſtodientes, ac particulares perſonas eoſdem non perſequentes, & Iuſtitiæ Miniſtris non obedientes.

De Materia Bannitorum, & pœnis Fautorum habes etiam ſup. in Pij ij. conſt. 8. fol. 80. Pauli ij. conſt. 5. fol. 90. Sixtus iiij. conſt. 7. f. 99. Inn. viij. conſt. 5. f. 111. & conſt. 11. f. 128. Iul. ij. conſt. 11. f. 157. Leon. x. conſt. 31. f. 235. Clem. vij. conſt. 6. f. 287. Iul. iij. conſt. 26. f. 526. & conſt. 56. f. 558. Pij iiij. conſt. 50. fol. 692. & conſt. 68. f. 742. & conſt. 80. fol. 766. & conſt. 104. f. 810. Pij V. conſt. 2. fol. 922. & conſtit. 13. fol. 937. & conſt. 15. fol. 946. & conſt. ſeq. & conſt. 107. fol. 1081. & Greg. xiii. conſtit. 66. fol. 1294. & conſt. 96. & conſt. ſequ. fol. 1338. & conſt. 110. fol. 1362.

De Materia autem Baronum, & Communitatum non cuſtodientium eorum Territoria libera à Bannitis, & Furibus, habes etiam ſup. in Iul. ij. conſt. 1. fol. 148. Leon x. conſt. 23. fol. 227. Clemen. vij. conſtit. 2. fol. 287. Pij iiij. conſt. 30. fol. 692. Pij V. conſt. 12. fol. 936. & Greg. xiii. conſt. 46. fol. 1294.

SIxtvs Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. HOC Noſtri Pontificatus initio, inter multa Reipublicæ damna, & incommoda, quæ menti noſtræ obuerſabantur, nobis longe fuit grauiſſimum, quòd Populos S. R. E. ditioni temporali ſubiectos, non modo ad rerum ſubſtantiarumq; ſuarum perturbationem, & iacturam, ſed etiam vitę periculum redactos inuenerimus, Exulibus, Bannitis, cęteriſque id genus facinoroſis hominibus, ita vndique ingruentibus, & graſſantibus, vt vix quiſquam ab hac hominum peſte, tutus alicubi conſiſtere poſſe videatur. Quare cum ad hæc ſananda mala, ex officij noſtri debito, & præcipua erga noſtros, ac eiuſdem Roman. Eccleſiam ſubditos charitate aſſiduè extimulemur, nihil non agere, & tentare decreuimus quo Populis optata quies, ſalus, ſecuritas, & tranquillitas per nos reſtituatur. Quòd ita demum, Deo auxiliante, ſperamus nos eſſe conſecuturos, ſi caute prouideatur, ne vllum domi, foriſque, intra, extrave fines noſtros criminoſis hominibus huiuſmodi pateat diffugium, aut receptaculum, ſed omnino legum, & Magiſtratuum ſeeuritatem, Iuſtitiæq; gladium ſubire, ac debitas pœnas luere cogantur.

Cauſæ huius conſtit.

Itaque de fratrum noſtrorum conſilio, omnes & ſingulas conſtitutiones à fel. rec. Pio ij. & Paulo etiam ij. Sixto iiij. Iulio ſimiliter ij. Leone x. Clemente vij. Iulio iij. Pio etiã iiij. Pio v. Greg. xiij. & quibuſuis alijs Rom. Pont. prædeceſſoribus noſtris, ſuo cuiuſque tempore in deteſtabile prædictorum, & aliorum infraſcriptorum hominum genus, pro temporis, & criminum ratione editas, cum omnibus, & ſingulis in eis contentis, quoad ea, quę præſentibus non contrariantur, & excepta Excommunicationis ſententia, per eaſdẽ conſtitutiones in illis contrauenientes promulgata, quam ne animarũ perniciem potius quàm ſalutem adferat, conſulto tollendam, & ſubmouendã duximus, ex certa ſcientia noſtra approbãtes, & innouantes illarumq; omniũ tenores, ac ſi de verbo ad verbũ inſerentur pręſentibus pro expreſſis, & inſertis haberi volẽtes.

Confirmatio cõſtitutionũ à prædeceſſorib⁹ æditarum contra bãnitos eorumque fautores cum pœnis in eis contẽtis, præterquã excommunicationis.

Has conſt. indicaui hic in rub.

Vniuerſis, & ſingulis Ducib. Principib. Marchionib. Comitib. Baronib. & Domicellis, etiam quacumque eccleſiaſt. dignitate fungentibus, necnon Vicarijs feudatarijs, Armorum Ductoribus, Capitaneis, Magiſtratib. Communitatib. Vniuerſitatib. & officialib. Ciuitatum, Terrarum, Caſtrorum, Oppidorum, & aliorum quorumcunque locorum prædictæ R. E. mediatè, vel immediatè ſubiectorum in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub indignationis noſtræ, necnon duorum millium per Communitates, & mille per Vniuerſitates, ac quinque millium ducatorum auri Cam. Apoſt. irremiſſibiliter ipſo facto applicandorum per Dominos temporales, & alios prædictos abſque alia declaratione incurrendis pœnis (vltra alias in eorundem prædeceſſorum noſtrorum litteris contentas) diſtrictæ præcipiendo mandamus, quatenus adhibita exactiſsima diligentia, de qua per publica documenta & alias probationes fidem faciant, eorum Ciuitates, Terras, Oppida, Caſtra, Villas, dominia, loca & territoria omnia a Perduellionibus Homicidis, Latronib. viarum graſſatorib. Raptorib. Incendiarijs,

Barones, & Cõmunitates eorũ Territoria à bannitis, &c. libera cuſtodiant.

Ad quod habes conſt. indicatas hic i rub. in 3. verſ.

Digitized by Google

cendiarijs, Sicarijs, Exiticijs, publicæ quietis perturbatorib. armatas facientib. ſtatum Eccleſiaſticum hoſtiliter peragrantib. pro quocumque crimine capitali, etiam in contumaciam Bannitis, alijſque ſimilib. notorijs delinquentibus, & facinoroſis Hominibus etiam nondum condemnatis, eorumque fautorib. & complicibus quos omnes noſtros, dictæque R. E. Rebelles, ac publicos Hoſtes eſſe decernimus, ſecura, libera, & expurgata cuſtodire, tenere, & pſeruare. Necnon ſi quos ex ipſis eo accedere, vel commorari, ſeu ad prædicta loca declinare, vel illac pertranſire contigerit, ſtatim illos capere, & apphendere, ac ad carceres cōducere, captosq; noſtris, & pro tpe exiſtentiū Romanorū Pontificū Magiſtratib. & officialibus fideliter tradere, & cōſignare, Populosq; ſuos pulſu campanarum, & alijs ſignis ad arma conuocare, & coadunare teneātur.

Eoſq; capiant, & officialibus Pontificis coonſignent.

Quod ſi illos capere, & apprehendere per ſeipſos nequiuerint, finitimas quasq; Cōmunitates, & Vniuerſitates, necnon dominos tēporales cōmonefaciant, & in auxilium conuocent, iunctisq; ſimul virib. eoſdē Perduellionea, Homicidias, Latrones, & alios prædictos forti manu, & inceſſanter quocūq; ſe verterint, etiā extra propriū territoriū, & iuriſdictionē ipſo perſequutionis actu vſque ad vltimam eorum profligationē perſequantur, ac vt capiantur, & apphēdantur, ſeu profligentur omnē operam adhibeant.

Et capere non valentes perſequantur cōuocatis Communitatib. conuicinis.

Cumque veriſimile non ſit huiuſmodi Hominum genus in occulto verſari, & eos qui ad cuſtodiam tenentur, ſi diligenter inuigilent, illorum notitiam non habere, neq; tantam multitudinem eſſe poſſe, quin à dominis temporalibus, ac Communitatibus, & Vniuerſitatibus prædictis vinci, & opprimi queat iuncto præſertim finitimorum auxilio, cauilloſæ excuſationes ſibi impoſterum nullo modo ſuffragentur.

Et ad cauilloſas excuſationes non admittentur.

Particulares vero perſonæ cuiuſcunque ſtatus, gradus, & conditionis exiſtentes ſub quingentorum ducatorum ſimiliter eidē Cameræ ipſo facto applicandorum, aliiſque corporalib. etiam vltimi ſupplicij incluſiue Gubernatorum, & Officialium prædictorum arbitrio iuxtā cuiuſcūq; perſonæ, & culpæ qualitatē extendendis pœnis cū primum cāpanę ſonitum aliave ſigna Populū aduerſus dictos facinoroſos Homines conuocātia audiuerint, vel alias de illis quolibet notitiā habuerint arma capere, & ad locū *neceſſarium accurrere*, ac vna cum alijs, & per ſe ipſum oēm conatum in perſequendis capiendis, & profligandis Bānitis, alijſq; nefarijs hominibus pdictis adhibere teneātur.

Particulares perſonę contra bannitos, &c. arma capiant, & accurrent.

Prȩterea ſub eiſdem pęnis oēs, & ſinguli prædicti tā in Vrbe, q̄ extra eam adquācūq; Curiæ, ſeu Miniſtrorū, & Executorum Iuſtitię, vel cuiuſq; eorum ſimplicē requiſitionē, ac etiā nulla requiſitione pūia (ſi aliquos ipſos reſiſtere, vel ſeſe opponere, ſeu aliquod impedimentū adferre, eoſve ad aliquam executionem faciēdam auxilio egere quoquo modo cognouerint) eiſdē Curię Miniſtris, & Exequutoribus opem, & fauorē, armata etiam manu conferre, & ſubuenire, ac pſto eſſe, & denique obedire, eosq; ſi opus fuerit in perquiſitione, executione, permanſione, tranſitu, & alijs pręmiſſis comitari debeant.

Executoribuſque iuſtitię armata etiam manu ſubueniant.

Inſuper ſtatuimus, & ordinamus, vt ſi qui ex Perduellionibus, homicidis, latronibus, furibus, & alijs facinoroſis hominibus pdictis in Ciuitatibus, Terris, Oppidis, Caſtris, Villis, Dominijs, locis, Territorijs huiuſmodi damna aliqua intulerint, ſeu furtū, aut latrocinium cōmiſerint, nec capti, & depræhenſi fuerint, ſed impune euaſerint, Domini tēporales, ſeu Communitates, Vniuerſitates nobis, & Sedi Apoſtolicæ mediate, ac immediate ſubiecti, in quorum locis, territorijs, & iuriſdictionibus reſpectiue ſimilia perpetrata fuerint, præter hoc, quod ad damnorum quorūcūq; ſic illatorum patti lęſę, damnaq; huiuſmodi patienti, ac eorum hæredibus plenariam reſtitutionē, & ſatisfactionē omnino teneantur, ad tantundem etiā quantum damna illata extimata fuerint Camerę prædictę realiter, & cum effectu perſoluendum eo ipſo ſint adſtricti, ac aliàs prout latius continetur in alijs litteris dicti Pij V. prędeceſſoris contra dominos, ac Communitates, & Vniuerſitates eorum territoria non cuſtodientes ęditis, quas, firmis tamen remanentibus alijs ſupra, & infraſcriptis pœnis, tenore pręſentium etiam innouamus.

Barones, & Cōmunitates loci.

In quo furta, latrocinia, vel alia damna illata fuerint, facinoroſos capere debēt alinquin vltra alias pœnas ad refectionem damnorū, & pœnam Cameræ Apoſto. ſoluēdam aſtricti ſunt.

Ad quod habes conſt. Pij V. & aliorū, quas indicaui hic in rubr. in 3. verſ.

Duces quoque Principes, Marchiones, Comites, Barones, Domicellos, Vicarios, Feudatarios, Gubernatores, Magiſtratus, Ductores, Capitaneos, & officiales prædictos, necnon quoſcunque alios cuiuſcunque etiam Eccl. dignitatis, conditionis, ſtatus, gradus, ordinis, excellentiæ, ſexus, & ętatis, dummodo decimumquartum illius annum excedant huius ſtatus, & iuriſdictionis noſtræ temporalis, ac

Barones,& alij maiores an. 14. & S. R. E. mediate,& immediate in temporalibus ſubiecti auxiliãtes, aut eoſdem bannitos receptãtes, pœnas hic deſcriptas incurrant.

Ad quod habes alias conſt. indicatas hic in rubr. in 2. verſ.

Hæc conſt. Grego. xiij. eſt ſup. fol. 1113. n. 10.

prędictę R. E. in eiſdem temporalibus mediatè, vel immediatè ſubiectos etiam dominia, iuriſdictiones, & loca extra ſtatum prędictum obtinentes, qui Perduelliones, homicidas, latrones, & alios nefarios homines prędictos in ſuis quiſq; dominijs, terris, oppidis, Caſtris, fortalitijs, villis, locis, territorijs, ſeu domibus, tã in ipſo ſtatu, quàm extra eum conſiſtentibus receptauerint, ſeu confouerint, aut quod in illis recipiantur, vel confoueantur quoquo modo permiſerint, ſeu ne ij capiantur impediuerint, vel captos eripuerint, ſeu occultauerint, aut illis poteſtatem, ſeu commoditatem euadendi fecerint, vel carcerem, aut aliam quamcunque cuſtodiam effregerint, inuaſerint, aut quoquo modo violare tentauerint, ſiue ad hoc homines, vel arma, aliave miniſtrauerint, ſiue aliàs auxilium, conſilium, vel fauorem, palam, vel in occulto, per ſe, vel alium, ſeu alios quoquo modo, etiam extra territoria, iuriſdictiones, & domos proprias pręſtiterint, ſeu prę́ſtare permiſerint, vel etiam quoſcunq; iudices Miniſtros, aut Executores Iuſtitię in perquiſitione, captura, vel abductione, ac omnino in eorum officij libera exequutione, ſiue in Vrbe, ſiue extra vbique locorum impediuerint, ſeu verberauerint, vel in ſequuti fuerint, aut concuſſerint, ſeu minis, vel aliàs perterrefecerint, aut ad arma conclamauerint, alioſve concitauerint, ſeu talia fieri mandauerint, facientib. adhęſerint, & fauerint, ſeu alicuius Magnatis nomen auxilij cauſa aduerſus Curiã, Executores, & miniſtros prędictos inuocauerint, ſeu franchiſias appellauerint (contra quas aliam conſtitutionem dicti Greg. prędeceſſoris deſuper editam ſimiliter innouamus Acriorib. etiam remedijs in dies vſuri pro huiuſmodi Aſylis, prę́ſertim in dicta Vrbe, tollendis, & omnino extirpandis) Læſę Maieſtatis reatum verum, ac nulla iuris, aut hominis fictione confictum crimen incurriſſe, & eiuſdem R.E. Rebelles, omnibuſque, & ſingulis priuilegijs, gratijs, libertatib. indultis, exemptionib. immunitatibus, realib. & perſonalib. necnon Ducatib. Principatib. Marchionatib. Comitatibus Ciuitatib. Terris, Oppidis, Caſtris, Dominijs, Vicariatib. Gubernijs, locis, iuriſdictionib. dignitatib. etiam Eccleſiaſticis honorib. iurib. officijs, penſionib. beneficijs,& fructib. Eccleſiaſticis, ac etiam quibuſcunque feudis, & conceſſionib. quæ à Rom. prædicta, & quibuſcunque alijs Eccleſijs obtinent, & in futurum obtinebunt, cæteriſque etiam immobilib. mobilib. & ſe mouentib. bonis, iurib. & actionibus,eo ipſo priuatos, Ipſoſq;, & illorum filios ad illa, & quælibet alia impoſterum obtinenda, ac quoſcunque actus legitimos exercendos inhabiles, & indignos fore, atque eſſe: Necnon a toto ſtatu Eccleſiaſtico vna cum eorum familijs perpetui exilij pœna damnari, domoſque, ædificia arces, & fortalitia eorundem demoliri, & ſolo æquari, ſeu alijs dictæ Cam. iurib. adſcribi debere, nec illis portam vllius dignitatis Eccleſiaſticæ, vel mundanæ vnquam patere decernimus, & declaramus.

Vaſſallos vero Cuſtodes, Capitaneos, Officiales, Populos, & ſubditos eorundem a fidelitatis iuramento, ac homagij, & quocunque alio iure, quo ipſis quomodolibet adſtricti fuerint, ex nunc penitus abſoluimus, & liberamus.

Ducatus autem dominia, Vicariatus, gubernia, feuda, Ciuitates, Terras, Oppida, Caſtra, cęteraque bona prædicta, necnon iura, & actiones cum fructibus, & emolumentis eorundem fiſco noſtro, & Cam. prædictæ ipſo facto abſque aliqua declaratione, citatione, Iudicis ſententia, ſeu decreto, vel alia iuris, & facti ſolemnitate habenda, etiam in præiudicium filiorum deſcendentium, & aliorum quorumcunque Agnatorum in inueſtituris, cõceſſionibus, ſeu alijs diſpoſitionibus, comprehenſorum, in omnibus, & per omnia perinde, ac ſi per lapſum temporis illorum conceſſionis, & finitam lineam ad ipſam Cameram rediiſſent, ſeu deuoluta eſſent, confiſcamus, applicamus, & incorporamus, illaq; ſic nobis, & pro tempore exiſtentibus Romanis Pontificibus, & Cameræ prædictę aperta, deuoluta, confiſcata, applicata, & incorporata ſub conſtitutione eiuſdem Pij V. prædeceſſoris de huiuſmodi dominiis, & iuriſdictionibus in feudum, aut aliàs non concedendis minime comprę́hendi etiam declaramus.

Hæc conſti. Pii V. eſt ſup. fol. 975. num. 35.

Necnon quæcunque fideicommiſſa, ſubſtitutiones, & aliàs diſpoſitiones ſub quacunque verborum forma, etiam cum expreſſa alienationis prohibitione, aliiſque ſtrictiſſimis clauſulis, & cautelis conceptas ad hoc, vt fructus bonorum huiuſmodi fideicommiſſis ſubiectorũ durante vita naturali delinquentis etiam in contumaciam ex prę-

dictis

dictis cauſis condemnati fiſco applicētur,& in dictæ Cameræ vſum conuertantur, proprietateſq; dictorum bonorum quamdiu ipſe delinquēs naturaliter vixerit per fiſcum, & Cameram huiuſmodi poſſideantur, & detineantur, tollimus, & abrogamus.

Communitateſq; eoſde tolerantes, eaſdē pęnas incurrunt.

Ad hæc Communitates, & Vniuerſitates huiuſmodi, ſi homines facinoroſos prædictos receptauerint, tolerauerint, cibis, commeatu, auxilio, conſilio, vel fauore: aut quocunque alio modo, etiam vt euadant, per ſe, vel alios iuuerint, omnibus pœnis ſupradictis ſupponimus, eorumque res,& bona omnia, necnon fructus, & emolumenta eidem Fiſco, modo & forma præmiſſis applicamus, & appropriamus.

Particulares autem eos capere non valentes, illico propalare, & conuicinos conuocare debent.

Scientes in præmiſſis aliquem eſſe culpabilē, reuelare tenentur.

Particularibus autem Hominibus, qui ad facinoroſos prædictos capiendos, & apprehendendos, *Iuſtitiæque* miniſtris tradendos ſufficientibus viribus fuerint deſtituti, niſi eoſdem illico propalauerint, officialeſque, populos, & finitimos, ita vt nullo modo *euadant* conuocauerint: Ac demum ijs, qui aliquem in præmiſſis culpabilem *ſciuerint*, nec nobis, vel ſucceſſoribus noſtris, ſeu alicui per quem ad nos, vel *dictos* ſucceſſores fideliter deferatur intra trium dierum ſpacium reuelauerint pœnam arbitrio Iudicis pro modo culpę, etiam vſque ad mortem incluſiue infligendam ſtatuimus.

Iudices procedāt etiā per inquiſitionē, &c.

Decernentes ſuper omnibus, & ſingulis præmiſſis per accuſationem, delationem, inquiſitionem, & quouis alio meliori modo procedi poſſe.

Priuilegia de recipiendis, & non conſignandis bannis reuocantur.

Ac quæcunque vetuſta priuilegia, ſiue exemptiones, etiā immemorabiles, vel alias quaſcunque prætenſiones de recipiendis, & non conſignandis huiuſmodi bannitis, & alijs facinoroſis hominibus, nemini contra præſentium tenorem ſuffragari, etiam ſi de eis ſpecialis, & indiuidua mentio facienda eſſet.

Receptat. non excuſantur prætextu agnationis, vel conſanguinitatis, aut non doloſe receptionis, niſi coacte quis id faciat, vt hic.

Neque Receptatores, fautores, auxiliatores, conſultores, & alios quoſcunq; præſentibus noſtris, ac prædeceſſorum noſtrorum litteris, vt præfertur approbatis, & innouatis quomodolibet contrauenientes quocunque prætextu, etiam Agnationis, & cuiuſcunque conſanguinitatis, etiam in primo gradu, aut vnice, & non doloſe, & penitus inculpate, nec ad malum finem receptionis vllatenus excuſari, Cum beneficium *publicum* ſit priuatæ neceſſitudini præferendum, nec dolus abſit ab eo, qui ipſis nefarijs hominibus, & publicis inimicis quoquo modo ſe amicum pręſtat, genuſque hominum huiuſmodi facile cognoſcatur. Eum quoque, qui ſeſe vi, & metu ad manifeſtum, & inſtans vitæ periculum euitandum, de quo tamen per legitimas probationes docere teneatur, eis receptum dediſſe, ſiue victum, & alia præſtitiſſe aſſeruerit, nequaquam excuſari, niſi quamprimum ſe ſubripere, vel alios tranſmittere potuerit, nulla interpoſita mora de tranſitu,vel ſtatione dictorum facinoroſorum hominum viciniorem locum, illiuſque Magiſtratus, & officiales certiorauerit.

Decretum irritans.

Sicque per quoſcunq; Iudices ordiuarios, & delegatos quauis auctoritate fungentes ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate vbique iudicari, & definiri debere, necnon irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executorum dep. & facult.

Et nihilominus, vt præmiſſa ſuū debitum (prout ex intimo cordis noſtri affectu exoptamus) conſequantur effectum, Dilectis filijs eiuſdem S. R. E. Camerario, Vrbis Gubernatori, Cauſarum Curiæ Cameræ prædictæ Generali Auditori, necnon Prouinciarum noſtrarum legatis, de quibus plurimum confidimus, ac Vicelegatis,& Præſidib. Ciuitatumque, & aliorum locorum prædictorum Rectorib. & Officialib. ac cæteris omnibus ſingularum conſtitutionum,& litterarum prædictarum Executoribus ſimiliter in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub indignationis noſtræ pœna per Apoſtolica ſcripta mandamus, vt quiſque pro ſe ad omnimodam præſentium,ac aliarum litterarum & conſtitutionum prædictarum,necnon pœnarum omnium in eis contentarū executionem omnino procedētes,illas omnes,& in eis contenta quęcunq; ſemper,& vbiq; per omnia loca prędicta,ac ab omnibus ſub illis comprehenſis inuiolabiliter obſeruari, Capitaleſq; ſententias prędictas a Iuſtitię Miniſtris abſq; alicuius irregularitatis incurſu exequi mandent, & faciant, ac pro executione pœnarum pecuniariaū contra Communitates Vniuerſitates,dominos tēporales,& alios prędictos propter eorū inobedientiam repręſalias cōcedant,realiterq; & irremiſſibiliter dictas pęnas pecuniarias exigāt.

Non

Clauſulæ derogatoriæ.

Non obſtantibus fideicommiſſis, inueſtituris, conceſſionibus, ſubſtitutionibus, teſtamentis, & alijs diſpoſitionibus, necnon priuilegijs, exemptionibus, ac alijs pręmiſſis quorum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata inſerti forent pręſentibus haberi volumus pro expreſſis, & inſertis, necnon omnibus, quę in ſingulis litteris prędictis conceſſum eſt, non obſtare, cęteriſque contrarijs quibuſcunque.

Hortatio ad principes extra ſtatū Eccleſiaſticum, temporalem iuriſdictionem habentes, vt bannitos non aſſecurēt, ſed capiant, & remittant.

Rogamus quoque, & hortamur attente in domino, omnes, & ſingulos quamcumq; iuriſdictionem temporalem extra ſtatum Eccleſiaſt. prædictū exercentes, etiam Regia Ducali, vel alia quacunq; mundana, vel Eccleſiaſtica auctoritate, ſuperioritate, & excellentia fulgentes velint pro ſua in nos, & hanc ſanctam ſedem Apoſt. deuotione, & obſeruantia, reiq; ipſius ęquitate prouidere, ne poſthac in Prouincijs, dominijs, & locis ſuis perduelliones, homicidæ, & alij facinoroſi pręedicti vllo modo recipiantur, aſſecurentur, vel tuti reddantur, quinimo, ſi ipſos ad illa declinare, aut ibidem reperiri contigerit, per ſuos Iuſtitię Miniſtros, & Executores capi, & appræhendi, ac ad Pręſides, & Gubernatores Prouinciarum, & locorum noſtrorum, vnde ipſi originem traxerint, vel delictum commiſerint, libere conduci, & remitti, eiſque conſignari mandent, & procurent: Ac quoſcunque ſaluos cōductus, & alias aſſecurationes reuocent, & annullent, prout nos vice verſa idipſum contra huiuſmodi facinoroſos homines a dictis eorum Prouinciis, & dominiis bannitos fieri, & obſeruari curabimus: ſperantes hac optima ratione omnino futurum, vt eiuſdem R, E. & cuiuſque eorum ditionis, ſtatus (annuente Domino expurgetur, Populique nobis, & illis ſubditi pacis, & tranquillitatis dulcedine fruantur.

Forma, & effectus publ. hanc conſt. Quæ publ. eſt hic in fine.

Vt autem præſentes litterę omnibus innoteſcant, & ne quiſquam illarum ignorationem allegare poſſit, iubemus illas valuis Eccleſiæ S. Io. Lateranen. & Baſilicę Principis Apoſtolorum de Vrbe, ac in acie campi Florę appendi, eiſq; detractis illarum exempla etiam impreſſa in eiſdem locis affixa relinqui, factaq. huiuſmodi publicatione volumus ipſas pręſentes hic in Vrbe publicatas die ſequenti, extra eam vero poſt decem dies quoſcunque perinde arctare, atque afficere, ac contrafacientes pœnas, & alia ſupradicta omnino incurrere, ac ſi eis ſingulis præſentibus in proprijs eorum perſonis, & locis intimatę fuiſſent.

Inſuper earundem præſentium exempla, etiam impreſſa Notarij publici manu, & Camerarij prędicti, aut alterius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutę ſigillo obſignata, eandem prorſus fidem vbiq; locorum in iudicijs, & extra illa facere, quæ ipſæmet præſentes facerent ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Cōmunitates publicent hanc cōſt. in eorum publicis, conſilijs, & in Archiuijs cuſtodiāt.

Necnon quòd quælibet Communitas, Vniuerſitas, & Populus quarumcumq; Ciuitatum, Oppidorum, Caſtrorum, & locorum prædictorum ſub indignationis noſtrę, ac mille ducatorum dictę Cam. applicandorum pœnis per contrafacientes eo ipſo incurrendis ſtatim, cum pręſentes litterę noſtrę huiuſmodi, ſiue earum tranſumptū etiam impreſſum ad eorum notitiam peruenerit: conuocato publico conſilio in præſentia Officialium, Syndicorum, & curam maleficiorum habentium, eas vna cum alijs prædeceſſorum noſtrorum conſtitutionibus ſic, vt præfertur confirmatis, & innouatis ibi alta, & intelligibili voce, etiam vulgari ſermone illas declarando, vt melius, & facilius ab omnibus percipi, & intelligi poſſint legi facere, & deinde in eorum Archiuio publico diligenter cuſtodiri curare omnino debeant, ac ſingulis annis ſucceſſiue in principio cuiuslibet anni perpetuis futuris temporib. ſimiliter eaſdem litteras pręſentes, & alias innouatas in eodem publico conſilio legendo reiterare teneantur. Alioquin loci Gubernator, & Rector, & quilibet alius Iuſtitiæ Miniſter quocunq; nomine nuncupatus contra eos ad exequutionem pœnarum huiuſmodi, ſine mora irremiſſibiliter procedat. Datum Romæ apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo quinto, Kal. Iulij Pōtificatus Noſtri Anno Primo.

Et quolibet anno eam cū alijs hic nominatis in publico conſilio recitent. Qd voluit etiā Pius V. ſup. in eius conſt. 16. fol. 946.

Ego

✠ Ego Sixtus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

✠ Ego Alexan.Farneſius Epiſcopus Oſtien.
✠
✠ Ego Io.Ant.Card.S.Georg. Epiſc. Tuſc.
✠
✠
✠

✠ M. S. Card. ab Altaemps.
✠ Ego Inn. Aualus Card. de Arag.
✠
✠
✠ Ego P. Card. Sancta Crucius.
✠ Ego Gulielmus Sirlettus Card.
✠
✠ Ego Fr. Michael Card. Alex.
✠ Ego Ludouicus Card. Madrucius.
✠ Ego Nic. de Pelleue Card. S. *Praxedis.*
✠ Iul. Ant.Card. S.Seuerinæ.
✠ Ego P. Card.Cæſius.
✠ Ego Carolus Card. Rambouilletus.
✠ Ego Hier. Card. Ruſtic.
✠ Ego Io. Hier. Card. Albanus.
✠ Ego Phil. Boncomp. Card. S.Sixti M. P.
✠ Ego Hier. Card. Simoncellus.

✠
✠ Ego P. Card. Deza.
✠ Ego Ant. Card. Carapha.
✠ Ego Io. Ant. Card. SS.Quatuor.
✠ Ego Io. Bap. Card. S. Marcelli.
✠ Ego Aug. Card. de Verona.
✠ Ego Vin.Card.Montis regalis.
✠ Ego M.Presb.Car.S.Steph.in Monte Cælio.
✠ Ego Scipio Card. Lancellotus.
✠
✠
✠
✠
✠
✠ Ego Aloyſius Card. Eſten.
✠ Ego Ferd. Card. de Medicis.
✠ Ego Phil. Vaſt. Card. Cam.
✠ Ego Carol.a Lotharingia Car.Vademõtanus
✠ Ego Vincen. Card. Gonz.
✠ Ego Franciſcus Card. Sfortia S. Georg.
✠
✠
✠ Ego Alex. Card. de Montealto.
✠

Anno a Natiuitate Domini, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo quinto, Indictione xiij. die vero quinto Menſis Iulij Pontif. Sanctiſſ. in Chriſto Patris, & D.N.D. Sixti diuina prouidentia Papæ V. Anno I. Retroſcriptæ litteræ Apoſtol. affixæ, & publicatæ fuerunt in valuis, ſeu portis Eccleſiarum S.Ioannis Lateranen. & *Principum* Apoſtolorum de Vrbe, necnon valuis Cancellariæ, Apoſtolicæ, & in acie Campi *Floræ*, vt moris eſt per nos Io. Gauce, & Nicolaum Fagliettum, S.D.N.Papæ Curſores. **Publicatio.**

Io. Freile Mag.Curſ.

VII.

De Bannitis a Regno Neapolis, in locis S.R.E. ab Officialibus non aſſicurandis, ſed captis ad Proregem remittendis, & è conuerſo.

Similem conſtitutionem fecit Pius IIII. vt ſup. fol.828. num.111. & Pius Quintus. fol.922. num.2.

De Materia autem Bannitorum notaui in conſt. præcedenti.

SIXTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.
ALIAS felicis recordationis Pius Papa V. prędeceſſor noſter, exulibus, facinoroſiſque hominibus non in ſtatu ſolum temporali Sedis Apoſtolicæ, ſed ferè vbique in Italia impiè, & crudeliter graſſantibus, ac populorum pacem, & quietem perturbantibus, cogitans ei malo nullum aptius reperiri poſſe remedium, quàm ſi vicini Principes in id concordi animo conſentirent, vt pro ſua quiſque parte prouideret, ne exules, & criminoſi prędicti tutò alicubi conſiſtere poſſent, nec ex vna ditione ad aliam receptus eis daretur, re cum Prorege Neapolitano tunc exiſtente communicata, & facta ab eo promiſſione, parem ſe gratiam in eo relaturum Sedi Apoſtolicæ; omnibus Magiſtratibus, ac Officialibus, & ſubditis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ inhibuit, ne bannitos, & criminoſos homines prædictos è Regno Neapolitano eiectos, vel aufugientes receptarent, aut ſaluos facerent, quinimo caperent, & ipſi

Pius V. Bannitos a Regno Neapolis, aſſecurari no poſſe, ab officialibus ſtatus Eccle. ſed ad Proregem remitti debere, iuſsit vt ſup in eius conſt. .. fol.922

ipſi Proregi, vel eius Officialibus traderent, & conſignarent prout in litteris dicti prædeceſſoris in forma Breuis, die prima Februarij, Pontificatus ſui Anno primo, æditis plenius fuit expreſſum.

Quare cum idem nunc vigeat morbus, vel etiam ex ſuperiorum temporum malitia, ſeu licentia; adeo creuerit, vt ad illum extinguendum maiori, quàm vnquam antea opus ſit cura,& vigilantia: Nos Pij prædeceſſoris prædicti veſtigijs, & conſilijs inhærentes,ac dilecti filij nobilis viri Petri Ducis Oſſunæ Proregis,& Locumtenentis generalis chariſſimi in Chriſto filij noſtri Philippi Hiſpaniarum Regis Catholici in dicto Regno ſupplicationibus inclinati, præſentium auctoritate prohibemus omnibus, & ſingulis Legatis, Vicelegatis, aliiſque miniſtris, & officialibus noſtris, ac præcipuè Gubernatori Ciuitatis noſtræ Beneuentanę, ſeu eius Locumtenenti, ne ab eis,aut eorum aliquo in Ciuitatibus, Terris, & Locis noſtris, & dictę Sedis, hęretici, rebelles, ſacrilegi, falſarij, monetarii, raptores, pacis violatores, latrones, aſſaſſini, homicidę, viarum graſſatores, & alii qui banniti armati concomitantur, à Regno prędicto exules aliquo modo recipiantur, aut ſecuri, vel tuti fiant; quinimo capiantur, & carceribus mancipentur, ac ipſi Petro Duci, & Proregi: vel Officialibus, & Miniſtris ſuis ad omnem eorum requiſitionem capti remittantur, & non capti cuiuſcunque dignitatis fuerint, & ſiue de prædictis delictis, vel aliquo eorum inquiſiti, & damnati, vel alias in contumaciam tantùm banniti ſimiliter capiantur, ac vt præfertur tradantur, quoſcunque ſaluos conductos, & ſecuritates eis hactenus forſan conceſſas reuocantes, & ne in poſterum concedantur, omnino prohibentes.

His Pont. modo idē ſtatuit.

Præterea ſi contigerit aliquem ex Terris,& locis noſtris, & dictæ Sedis oriundum in prædicto Regno aliquod delictum committere, illum præcipimus ab officialibus, & miniſtris noſtris, ſi in eorum poteſtate fuerit, puniri, perinde ac ſi delictum ipſum in terris noſtris commiſiſſet.

Oriundoſq; ex locis S.R.E. puniri poſſe decernit pro delictis commiſsis in Regno.

Ac etiam, vt Miniſtri,& officiales dicti Proregis, delinquentes prædictos intra fines, & territorium ſtatus noſtri Eccleſiaſtici per ſpacium decem milliarium in Villis, & caſalibus, ac Terris, quæ tamen muris carent, capere, & captos ſecum abducere liberè, & licitè valeant permittimus.

Proregis Officiales inſequi Bannitos intra Territoriū Eccleſ. poſſe concedit.

Quod ſi fortè tam in dicto Regno, quàm in ditione noſtra temporali reperiantur aliquæ perſonæ Eccleſiaſticæ, ſeculares, vel regulares, etiam in dignitate conſtitutæ, quæ bannitos, ac nepharios, & ſceleſtos prædictos in ſuis Eccleſiis, monaſteriis, cellis, ſeu locis quouis prætextu recipere, detinere, vel occultare audeant, concedimus dictis officialibus Regijs, vt Eccleſias, monaſteria, cellas, ſeu loca huiuſmodi ingredi, ipſoſq; bannitos, & delinquentes inde extrahere,& ſi opus fuerit, ipſas etiā perſonas Eccleſiaſticas, & religioſas capere, & carceribus Eccleſiaſticis dumtaxat mancipare, ac cum interuentu, & aſſiſtentia ſuorum Superiorum, vel locorum ordinariorum, ſeu eorum Vicariorum, vel officialium illos examinare, ac ſi eiſdē Superioribus ex inditiorū,& facti grauitate ita videbitur, torquere, & contra illos ad pœnas in prædictis litteris contentas,per manus tamen prædictorum Superiorum,& non aliter procedere abſque aliquo cenſurarū, vel alterius pœnæ incurſu poſsint, & valeant. Quibus quidem Regiis officialibus;& miniſtris diſtrictè,etiam ſub excommunicationis pęna præcipimus; & mandamus, vt quam eis in hac exequutione (publicæ quietis, & ſalutis cauſa) tribuimus auctoritatem, ea ne ad vexandos Eccleſiaſticos abutātur, ſed qua decet reuerentia, & moderatione,nec,niſi vrgente neceſſitate, contra illos agant, & in Eccleſiis, locisq; ſacris à ſanguinis effuſione,& ab omni alia vi,quæ immunitatem Eccleſiaſticam labefactare, & ſcandalum populo præbere poſsit, diligenter caueant, & abſtineant.

Et etiā in Monaſteriis perquirere,& perſonas Eccl. capere, &c.

Et ſi etiam acciderit, quòd pro bono regimine alicuius Terræ, Caſtri, ſeu Villæ dicti Regni, aliquæ familiæ de mandato Proregis, ſeu miniſtrorum eius inde expellantur, ſeu alias ad confinia, ſeu certa loca trāſmittantur, nemini liceat illas familias, aut earum aliquam in ſtatu noſtro Eccleſiaſtico receptare, aut eis ſaluum conductum, ſeu tolerantiam tacitè, vel expreſsè concedere; quinimo vt illas capiant, & miniſtris Regiis conſignent, iubemus; ita vt receptatores prædictorum expulſorum, ac eiſdem auxilium

Familiaſque à Regno expellendas, prohibet receptari ī ſtatu Eccleſ.

xilium, conſilium, vel fauorem publicè; aut occultè præſtantes, eiſdem pœnis quibus receptantes bannitos ſtatus Eccleſiaſtici affici, & puniri debeant.

Mandantes propterea omnibus, & ſingulis Communitatibus, & Vniuerſitatibus, ac Magiſtratibus, officialibus populis, & particularibus perſonis nobis ſubiectis, necnon miniſtris, & officialibus ipſius Proregis, vt circa præmiſſa exequenda vbi opus fuerit, omnem fauorem, & auxilium præbeant.

Communitatibuſque, & alijs mandat, vt faueant executoribus huius conſtit.

Quæ quidem omnia eo libentius fecimus, atque decreuimus, quia idem Prorex, & per ſuas litteras, & per dilectum filium Ferdinandum de Torres, (cui negociorum eiuſdem Regni ſpecialis cura imminet) ſignificauit nobis, & pollicitus eſt, ſe cuncta ſuperius expreſſa, vt in dicto Regno à ſuis miniſtris, & officialibus erga nos obſeruentur, ſedulò mandaturum, & curaturum.

Prorex autem idem faciet in ipſo Regno.

Et ego vidi eius bãnũ, publicatũ ſub die 16. Augusti eiuſdem anni.

Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutiſque, & conſuetudinibus quarumuis Prouinciarum, Ciuitatum, & Locorum, necnon priuilegijs, indultis, & litteris Apoſtolicis, etiam ſub titulo Maris Magni compræhenſis, quibuſuis perſonis Eccleſiaſticis ſecularibus, vel regularibus, eorumve ordinibus, Eccleſiis, Monaſterijs, ac illorum Superioribus quoquo modo conceſſis, approbatis, & innouatis; quibus omnibus eorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſq; contrarijs quibuſcunque. Datum Romæ, Apud Sanctum Marcum ſub Annulo Piſcatoris, die vigeſimaoctaua Iulij Milleſimo quingenteſimo octuageſimo quinto, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Clauſulæ derogatoriæ.

Io. Baptiſta Canobius.

Anno à Natiuitate Domini Milleſimo quingenteſimo octuageſimo quinto, Indictione decimatertia, die vero quarta Menſis Auguſti Pont. Sanctiſſ. in Chriſto Patris, & D. N. D. Sixti diuina prouidentia Papæ V. Anno primo: Supraſcriptæ litteræ affixæ, & publicatæ fuerunt in valuis Cancellariæ Apoſtolicæ, & in acie Campi Floræ per nos Catherinum Menandi, & Nicolaum Tagliettum, præfati Sanctiſsimi D. N. Papæ Curſ.

Publicatio.

Io. Freile Mag. Curſ.

VIII.

Montis Pacis non vacabilis erectio, cum emolumentis ſcutorum quinque, & vno quarto, pro quolibet centenario, & Priuilegiorum conceſſio.

SIXTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. MVLTA, & grauia, quæ in Rempublicam Chriſtianam ante hac excreuerunt incommoda, nos cum primum ad ſummi Apoſtolatus apicem diuina clementia aſſumpti ſumus, creditoq; nobis fideli populo inuigilare cępimus, vſquequaque circunſteterunt, & nunc magis magiſque ſolicitant, atque animum noſtrum ob imminentia pericula anxium dies noctesq; vehementer perturbant: Nec ſolum Prouinciarum, & Regnorum longo à nobis interuallo diſiunctorum plagas, partim ab execrabili, & peſtifera hæreſi, partim à ſeditioſis armis inflictas audimus: ſed & in Romanæ Eccleſiæ temporaliſque eius ditionis ſinu inexpletam ſceleratorum hominum, at ſicariorum rabiem, immanemq; in bonos, & pacis cultores violentiam, cædibus, latrocinijs, ſtupris, atque incendijs ſæuientem, noſtris penè oculis conſpicimus, quæque propriora ſunt mentem noſtram grauius excruciant: atque eam à maioribus curis, ad quas ſaluti commiſſi gregis, intendens pietatis zelo aſſiduè fertur, ſępe diſtrahunt. Cumque eo confirmata proceſſerit audacia, vt non ſine maximo totius ſtatus temporalis eccleſiaſtici detrimento iam negligi poſſit, ſubit item, & alia cura, quod ab

Cauſæ erectionis hu' mõtis.

ærarioq; propter ingentes ſumptus penè exhauſto, aut ab ordinarijs noſtris redditibus ad ditionem noſtram tutandam, prouinciaſq; ſceleſtis, & impuris hominibus purgandas, aliaſq; neceſſitates ſubleuandas: & vt ad futura quoque, ac repentina pericula propulſanda parati ſimus, auxilia nobis minimè ſuppeditantur: Ipſique, qui ſubditis noſtris quantum poſſumus in domino parcere, & à nouis oneribus eis, qui filij noſtri ſpirituales ſunt imponendis, quod in huiuſmodi anguſtijs, pleriq; alij Romani Pontifices fecerunt, refugimus, difficiliorem nobis adminiſtrationis, & ſeruitutis rationem efficimus. Talibus igitur curis circumuenti, diu, multumq; nobiſcum meditantes, qua ratione ex huiuſmodi difficultatibus, ſine cuiuſquam incõmodo euadere poſſemus, tandem decreuimus aliquam vectigalium noſtrorum partem in vnum vno tempore congerere, vt præſentes calamitates, diuina nobis gratia aſſiſtente, aliquo pacto deuitari poſſint, ac ſimul noſtrorum ſubditorum ſaluti, & tranquillitati promptius conſulatur.

Erectio Montis Pacis 300. millium ſcutorum.

Habita itaque cum fratribus noſtris in conſiſtorio noſtro ſecreto deliberatione matura, ac de illorum conſilio, & aſſenſu, deque traditæ nobis Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine vnum Montem Pacis, nuncupandum trecentorum millium ſcutorum monetæ, decem iulijs pro ſcuto computatis, ſuper fructibus, & iuribus Dohanarum Vrbis, ad rationem huius ſummæ, ac cuius portiones, & loca non vacent, & quarum quæq; non minor centum ſcutis ſimilibus ſit, & aliàs prout Montis Fidei Alumeriarum, & Religionis, cæteraq; eiuſdem Vrbis Montium non vacabilium portiones, & loca, quæ inter ſtabilia reputantur perpetuo erigimus, & inſtituimus, illiq; ſic erecto, & inſtituto pro illius dote, ac eorum qui noſtram, & Romani Pontificis fidem ſequuti pecunias in dicto Monte contulerint, annua reſponſione, & honeſto fructu cuiuſcunq; illi ſint qualitatis, & conditionis, etiam ſi laica vtriuſque ſexus, ac presbyteri, & alij clerici, Eccleſiarum Prælati, etiam S. R. E. Cardinales, ac cæteri cuiuſcunque dignitatis ſtatus, &

Declaratio circa perſonas, quæ pecunias ponere poſſunt in hoc Monte.

conditionis ſeculares, & quorumcunq; ordinum, etiam in commium mendicantium, ac militiarum, vel hoſpitalium regulares, & aliæ quæcunq; perſonæ, cuiuſuis ætatis, etiam illegitimi, incapaces, & inhabiles, necnon eccleſiæ, capitula, congregationes, conuentus, ſocietates, hoſpitalia, capellæ, & loca religioſa, & profana, ſummam quindecim millium, & ſeptingentorum quinquaginta ſcutorum ſimilium, ex quadraginta quinque millibus ſcutis, qui ex redditibus, & iuribus dictarum Dohanarum, qui nulli hucuſque obligati ſunt, qua ſpe nuper conduxit initio locationis huiuſmodi in proximis Calendis Septembris præſcripto, Dilectus Filius Tiberius Ceulus,

Aſsignatio fructuum ad quinque cum vno quarto pro centenario.

mercator Romanam Curiam ſequens, ita quod ijdem omnes, qui pecuniam in dicto Monte collocauerint, pro rata centum ſcutorum ſingulis annis ſummam quinque ſcutorum, cum quarta parte alterius ſimilis ſcuti annis ſingulis, ac vnoquoque bimeſtri ratam eiuſdem portionis partem, abſque vlla prorſus diminutione percipiant. Etiam perpetuo applicamus, & appropriamus: eandemque ſummam quindecim millium & ſeptingentorum quinquaginta ſcutorum titulo vẽditionis, & alienationis eidem Montium, illiuſq; Collegio, vti ſingulis, & vniuerſis perpetuo aſſignamus, ac in illos omne cius, & poteſtatem, atq; auctoritatem, qua nos ipſi, & Camera Apoſtolica eſt, transferimus, ipſoſque in noſtrum, & Cameræ prædictæ locum, ius, & actionem, quo ad dictam ſummam, illiuſque extractionem, & perceptionem ponimus, & ſubrogamus, prædictamq; ſummam, vt præfertur, aſſignatam ab oneribus, tributis, collationibus ex quacunque vrgenti, & publica, ac etiam fidei cauſa impoſitis, ac omnibus, & quibuſcunque grauaminibus ordinarijs, & extraordinarijs, præſentibus, & futuris eximimus, & liberamus. Dictamq; ſummam quinque ſcutorũ cum vno quarto per quemcunque liberè, & licitè exigi, ac in ſortem minime computari poſſe intendimus. Necnon contrahentium nobiſcum, & Camera prędicta ſecuritati conſulere volentes, quod idem Tiberius, durante tempore conductionis Dohanarum prædictarum, & eius in dicta conductione, qui pro tempore fuerint ſucceſſores, ſeipſos illorumque hæredes, & bona prædicta ſumma quindecim millium, & ſeptingentorum quinquaginta ſcutorum ſingulis eiuſdem Montis deſcriptis creditoribus, & eorum nomine, infra deſignato depoſitario annuatim integrè, & ſingulis duobus menſibus pro rata abſq; vlla prorſus retentione, ſiue diminutione perſoluenda in forma dictæ Cameræ, ac alijs arctis

obliga-

Digitized by Google

obligationum vinculis ſe obligare teneantur, ſtatuimus, illiſque id expreſſe iniungimus. Necnon eam ſummam, quæ ex dictis quadragintaquinque millibus nulli adhuc obligatis, præter quantitatem quindecim millium ſeptingentorum, & quinquaginta huic Monti aſſignatam, nemini adhuc, vt præfertur, conſtitutam, neque diſtrictam ſpecialiter præ cæteris, necnon omnia, & ſingula eiuſdem Cameræ mobilia, & immobilia, & ſe mouentia bona, iuraque res, & actiones præſentia, & futura vbique locorum, & gentium exiſtentia, prædicto Monti, illiuſque perſonis pro præmiſſorum omnium obſeruatione inſolidum, ac generaliter obligamus, atque hypothecamus. Ac ad conſeruandum eoſdem indemnes ſemper teneri, ac eiuſdem Cameræ miniſtros, atque agentes, ad eximendum in prædictis, perſonas prædictas ab omni moleſtia obligatos eſſe volumus. Et inſuper concedimus, vt quicunque prædictorum, ſiue ex prędictis, *ſiue alijs*, & quibuſcunque fructibus, ac pecunijs confecta loca dicti Montis, habuerint, atq; acquiſiuerint, illa tanquam bona patrimonialia, & profana obtineant, *& in eis*, eorumque fructibus, & emolumentis ipſorum filij, & hæredes vtriuſque ſexus quicunque fuerint, etiam illegitimi, & alias quomodocunque inhabiles, tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato ſuccedere, ſeque eis ſimul, vel ſucceſſiue, ac quoticſcunque, ſiue donationis inter viuos, vel cauſa mortis, ſiue legati, ceſſionis, venditionis, ſiue alio quocunque titulo, iure, & modo, ac etiam ſimplici ſcriptura, manu ſua ſcripta, vel ſubſcripta, nulliſque adhibitis teſtibus, etiam in fauorem ſuorum, vel aliorum illegitimorum prohibitorum, & incapacium, etiam ſi illa in plures illegitimos, incapaces, & prohibitos, ordine ſucceſſiuo tranſierint, ac aliàs vti cuique libuerit diſponere. Quinetiam loca prædicta quocunque modo obtinentes, ſi illa in alios cedere, aut transferre, ac etiam qui loca huiuſmodi alijs acquirere voluerint, tales in huiuſmodi ceſſionibus, translationibus, vel acquiſitionibus ſibi ipſis, vel alijs etiam quoad vixerint omnimodam dictorum locorum ſic ceſſorum, vel acquiſitorum adminiſtrationem, eorumq; fructus, & emolumentorum perceptionem, necnon plenam, liberam, & abſolutam poteſtatem illa quandocunque voluerint, nulla etiam ſubſiſtente cauſa ad *ſe recipiendi, & reuocandi*, ſeu alij, vel alijs vendendi, alienandi, donandi, relinquendi, obligandi, & pignorandi, ſuper eis paciſcendi, & contrahendi, & prorſus omnem aliam ipſorum diſpoſitionem, ius, & facultatem, nullo obtinentium conſenſu deſuper requiſito, aut alia ſolemnitate ſeruata, ac etiam cum prohibitione huiuſmodi adminiſtrationis fructuum perceptionis, ceſſionis, venditionis, obligationis, fideiuſſionis, aut alterius cuiuſcunque diſpoſitionis per ipſos obtinentes faciendæ, necnon decreto irritanti adiecto, his quæ ſecus facta fuerint, ab eiſdem reſeruare, & obtinere liberè, & licitè valeant, nulla alia licentia à nobis, vel Romano Pontifice, pro tempore exiſtente impertita, ſeu confirmatione, aliave ſolemnitate deſuper requiſita: Ita tamen quòd illegitimi in eis locis nullo modo ſuccedant, quæ de fructibus, ſeu penſionibus, aliiſve rebus eccleſiaſticis fuerint cōparata. Cæterum expreſsè prohibemus nulla omnino loca prædicta, nullive eorum fructus, & emolumenta, etiam cauſa rebellionis, proditionis, aſſaſſinij, ſacrilegii, leſæ maieſtatis, aut aliorum criminum, quantumcunque grauium, & enormium per loca ipſa obtinentes, non tamen in perſonam Romani Pontificis, aut S. R. E. Cardinalis commiſſorum, etiam confeſſatorum, & probatorum publicari, nec aliàs Fiſco applicari, aut publicata, vel Fiſco applicata, declarari, ſeu deliberari, nec ſub aliquibus, ſiue generalibus, ſiue ſpecialibus omnium bonorum rerum, & iurium confiſcationibus, proſcriptionibus, aut alijs adiudicationibus propterea factis, & decretis, ſeu aliis etiam ipſo iure, vel ipſo facto inductis deuolutionibus, etiam ſi ſententia capitalis, & mors ſecuta eſſet, compræhendantur: ſed ſemper ab illis excepta ſint, & eſſe cenſeantur, eiſque non obſtantibus delinquentium filii, & hæredes in huiuſmodi locis, & fructibus, vt præfertur, ſuccedere, & illa ad eos deuenire omnino debeant, ſeu ipſimet delinquentes de iiſdem omnino diſponere poſſint, ac ſi delicta huiuſmodi nequaquam commiſiſſent. Necnon ſtatuimus dictum Montem, & illius ſingulares perſonas, omnibus & ſingulis priuilegiis, exemptionibus, gratiis, facultatibus, fauoribus, & indultis, quibus Fidei, Alumeriarum, & Religionis Montes in Vrbe pridem inſtituti, quibuſcunque illa ſint concepta formulis, aut confirmationibus,

Obligatio omniū bonorum Sedis Apoſto. pro aſſecuratione ipſi⁹ Mōtis.

Facultas diſponendi de locis ipſius Montis, & fructibus ad fauorem etiā illegitimorū. Quod mox infra declaratur.

Et in alios trāſferendi, reſeruata ſibi libera adminiſtratione, & diſpoſitione.

Declaratio inhabilitatis illegitimoru, ſuccedendi in acquiſitis de bonis Eccleſ. Ad quod vide ſup. Pii v conſt. 110. fol. 1103. vbi notaui.

Priuilegium quod loca huius Montis. & fruct⁹ nequeat ſequeſtrari.

Conceſſio Priuilegio nō conceſſorum Montibus Fidei, Alumeriarum, & Religionis.

bus, & innouationibus vallata, ac quæ ſi de verbo ad verbum inſererentur; his litteris habere volumus pro expreſſis.

Montis Fidei, priuilegia vide ſup. in Cle. vij. coſt. 17. f. 34.

Quibus eorũdem Montium deſcripti creditores vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac quomodocunque in futurum vtentur, & gaudebunt, etiam ſi notam magis ſpecialem requirerent, quàm præſentibus ſit expreſſa, vti, potiri, & gaudere poſſe. Ac Montem prædictũ, illiuſque loca, & portiones, reſpectu ſummæ illi aſſignatæ nullis omnino reductionibus, diminutionibus, aut alijs contrarijs diſpoſitionibus, etiam prætextu enormiſſimæ læſionis, vrgentis neceſſitatis, ſeu etiam euidentis vtilitatis, aut alia quacunque cauſa, ſiue in genere, ſiue in ſpecie faciendis obnoxia eſſe: ſed firma perpetuo, & inuiolata perſiſtere, nec quemquam ex ipſius Montis deſcriptis creditoribus, aut ab eis cauſam, & ius habentibus integris fructibus, & emolumentis prædictis, quocunque modo turbari, vel impediri, neque eoſdem Montis creditores ad probandum, vel docendum in iudicio, vel extra pecunias in ipſo Monte erogatas, aut illarum partem in dictæ ſedis, vel Cameræ prædictæ neceſſitatem, vel vtilitatem conuerſa fuerint, nullo vnquam tempore teneri.

Alumeriarum vide ſup. i Pauli iiij. coſt. 46. fol. 634.

Religionis, vide ſup. in Pij v. coſt. 130. f. 1122.

Atque has noſtras litteras vim validi, & efficacis contractus inter nos, ſucceſſoresq; noſtros, & eos, qui creditores dicti Montis deſcripti fuerint, illorumq; hęredes, aut ſucceſſores, iuſq;, & cauſam ab illis habuerint, ſolemniter initi, & ſtipulati obtinere: eundemq; ab omnibus obſeruari debere, neque ab illo ſub quocunq; quæſito colore, vel ingenio reſiliri poſſe, aut in ius, vel controuerſiam deduci. Necnon quibuſcunq; oppoſitionibus non obſtantibus, dictum Tiberium, ac quoſcunq; in dicta conductione Dohanarum ſucceſſores, ad pręſtandum ſummam prędictam, vt præfertur, Monti aſſignatam ſtatutis temporibus liberè, & expeditè teneri, & obligatum eſſe, & ad id iuris, & facti remedijs opportunis cogi, & compelli poſſe: facultate tamen redimendi dictum Montem pro eodem pretio vobis, & ſucceſſoribus v ſtris reſeruata, ſicque in omnibus, & ſingulis prædictis per quoſcunq; iudices ordinarios, delegatos, etiam S. R. E. Cardinales in quauis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuicunq; quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari, & definiri debere:

Decretum irritans.

Necnon irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his a quoquam, quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Demum, vt illa quę in prædicto Monte præcipuè gerenda, & exercenda erunt, per probos, & peritos viros omni fide, ſtudio, & diligentia exerceantur, idemq; Mons felices habeat ſucceſſus:

Theſaurarij, & adminiſtratoris.

Dilectum filium Magiſtrum Benedictum Iuſtinianum Notarium, ac Theſaurarium noſtrum generalem, eiuſque in dicto officio pro tempore exiſtente ſucceſſorem dicti Montis Protectorem, ac adminiſtratorem, cum libera, & abſoluta poteſtate ea omnia peragendi, quæ ad dicti Montis vtilitatem pertinere cognouerit, ac dilectum filium Ioſephum, quondam Benedicti Iuſtiniani, Depoſitarium dicti Montis, quoad vixerit:

Depoſitariiq;.

Secretarij.

Cõputatoriſq; deputatio.

Necnon Ludouicum, natum Vincentij Rentij, noſtri, & Cameræ Apoſtolicę Ratiocinatoris, & Computiſtæ in Secretarium eiuſdem Montis, necnon Fantinum, alterum eiuſdem Vincentij filium, in Computorem, quoad quilibet ipſorum etiam vixerint, in ręcognitionem immenſorum laborum, quos Vincentius illorum genitor ſuperioribus tẽporibus in Camera Apoſtolica maximo cum eiuſdem Camerę commodo, ac vtilitatè ſuſtinuit, & in dies perferre cogitur, ac in illorum veram, & actualem remunerationem, & compenſationem, etiam ex cauſa, quę verè onerosa eſt, cum emolumento trium Iuliorum pro quolibet loco, tam Secretario, quam Computori ęqualiter inter ipſos diuidendos. Verum donec Vincentius pater vixerit, per eundem Vincentium exigen. conſtituimus, & deputamus. In quibus muneribus, & curis illis demandatis ita ſe gerant, quemadmodum in Monte Prouincię conſueuit, & in eo obſeruatur. Non obſtantibus pręmiſsis, necnon fel. rec. Symmachi, Alexandri vj. Pauli ij. Pauli iij. Pauli iiij. & Pij v. de rebus Eccleſię non alienandis, aut alienatis recuperandis, ac etiam contra illegitimos, aliorumq; Romanorum Pontificum pręedeceſſorum noſtrorum, conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, & in concilijs generalibus editis, pręedicta fieri ſpecialiter, & expreſsè prohibentibus, & facta irrita eſſe decernentibus, dictæq; Camerę Apoſtolicę iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, conſuetudinibus, ſtabilimentis, vſibus, & naturis priuilegijs, quoq;, indultis, & litteris Apoſtolicis, eidem Camerę illiuſq;

Clauſulæ derogatoriæ.

Digitized by Google

liuſq; Agentibus, & perſonis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac eum quibuſuis derogatoriarum derogatorijs, alijſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & alijs decretis, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, deq; conſilio, aſſenſu, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac pro conſeruatione ſtatus, dignitatis, & æſtimationis S. R. E. conceſsis, confirmatis, & iteratis vicibus, & innouatis, extenſis, & moderatis, Quibus omnibus etiamſi de illis, eorumq; tenoribus ſpecialis, ſpecifica, atq; integra, & indiuidua mentio habenda eſſet, illorum tenores, ac ſi de verbis ad verbum inſererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſsis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, illaq; quatenus præmiſsis obſtent, tollimus, abrogamus, ac etiam abolemus. Vt autem præſentium litterarum exempla ad manus eorum, qui eas inſpicere, aut illis vti voluerint, de facili peruenire valeant, volumus illarum exemplis manu Secretarij dicti Montis, aut alterius Notarij publici ſubſcriptis, ac ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ obſignatis, eadem prorſus fides in iudicijs, vel extra adhibeatur, quæ his noſtris litteris haberetur, ſi oſtenderentur, vel producerentur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ erectionis, inſtitutionis, applicationis, appropriationis, aſsignationis, tranſlationis, poſitionis, ſubrogationis, exemptionis, liberationis, iniunctionis, obligationis, hypothecæ, conceſsionis, prohibitionis, ſtatutorum, decreti, conſtitutionis, deputationis, derogationis, ſublationis, abrogationis, abolitionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ, Apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo quinto, quarto Calendas Auguſti, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

✠ *Ego* Sixtus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

✠ Ego Io. Ant. Epiſc. Tuſc. Card. S. Georg.
✠
✠
✠
✠
✠ M. S. Card. ab Altaemps.
✠ Ego Inn. Aualus Card. de Arag.
✠
✠
✠ Ego P. Card. Sanctæ Crucis.
✠ Ego Gulielmus Sirlettus Card.
✠
✠ Ego Fr. Michael Bonellus Card. Alex.
✠ Ego Ludouicus Card. Madrutius.
✠ Ego Nic. Card. Senonenſis S. Praxedis.
✠ Iul. Ant. Card. S. Seuerinæ.
✠ Ego P. Card. Cæſius.
✠ Ego Hier. Card. Ruſtic.
✠ Ego Io. Hier. Card. Albanus.

✠ Ego Phil. Boncomp. Card. S. Sixti M. P.
✠
✠
✠ P. Card. Deza.
✠ Ego Ant. Card. Carapha.
✠ Io. Ant. Card. SS. Quatuor.
✠ Io. Bap. Card. S. Marcelli.
✠ Ego Aug. Card. de Verona.
✠ Ego Vin. Card. Montis regalis.
✠ Ego M. tt. S. Steph. in Mõte Cælio Presb. Car.
✠ Scipio Card. Lancellotus.
✠
✠ Ferd. Card. de Medicis.
✠ Phil. Vaſt. Card. Cam.
✠ Ego Vincen. Card. Gonz.
✠ Ego Franciſcus Card. Sfortia S. Nicolai.
✠
✠ Alex. Card. de Montealto.

Anno a Natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo quinto, Indictione xiij. die vero tertia Menſis Auguſti, Pontificatus autem Sanctiſſ. in Chriſto Patris, & D. N. D. Sixti diuina prouidentia Papæ V. Anno Primo. Retroſcriptæ litteræ affixæ, & publicatæ fuerunt in acie Campi Floræ per nos Calixtum Brunettum, & Dominicum Gugnettum, eiuſdem Sanctiſsimi Domini Noſtri Papæ Curſores. Publicatio.

Pompeius Guerra Magiſter Curſorum.

IX.

Deputatio, Iuriſdictio, & facultates Reuerendiſsimi Domini Mariani Perbenedicti Camerin. Epiſcopi Marturanen. Almæ Vrbis Gubernatoris, & Vicecamerarij.

De facultatibus Gubernatoris, habes ſup. in Sixti IIII. conſt. 5. fol. 98. Leon. X. conſt. 7. fol. 185. vbi notaui concord. Pij V. conſtit. 109. fol. 1083. & Stat. Vrbis, lib. 1. cap. 41.

Deputatio Guber. cum ſolitis facultatib⁹, & emolumentis.

Camerarius, & alii admittant Guber. ad eius officium.

Theſaurarius, ac Depoſitari⁹ ſolita præſtent eidem emolumenta.

Gubernator præſtet ſolitũ iuramentum.

SIXTVS Papa V. Venerabilis frater, ſalutem, & Apoſtolicã Benedictionem. SPECTATA tua fides, prudentia, integritas, doctrina, & experientia nos adducunt, vt ea quæ nobis maximè cordi ſunt tuæ curæ, & adminiſtrationi libenter committamus. Itaque te Almæ Vrbis noſtræ Gubernatorem, ac Vicecamerarium cum omnibus, & ſingulis honoribus, oneribus, auctoritatibus, facultatibus, iuriſdictionibus, ſalarijs, & emolumentis conſuetis, & quibuſuis alijs dictæ Vrbis ante te Gubernatoribus quomodolibet conceſſis, ita quod te immiſcendo in criminalibus nullam propterea cenſuram Eccleſiaſticam, aut irregularitatis notam incurras, dummodo à ſententia ſanguinis per te ipſum ferenda, & voto abſtineas, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium, ad beneplacitum noſtrum facimus, & deputamus. Mandantes dilectis filijs noſtro, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerario, & Cameræ Apoſtolicæ Clericis Præſidentibus, cæteriſque, ad quos ſpectat, vt te ad officium huiuſmodi, eiuſque liberum exercitum iuxta tenorem præſentium, recipiant, & admittant, tibique in omnibus officium ipſum concernentibus faueant, & aſſiſtant, Theſaurario vero, ac Depoſitario noſtris generalibus, vt tibi de ſalarijs, & emolumentis præfatis, debito tempore cum effectu reſpondeant. Contrarijs non obſtan. quibuſcunque. Volumus autem, vt de eodem officio iuſtè, & fideliter exercendo, ac de non recipiendo aliquod genus muneris præter eſculenta, & poculenta, quæ triduo conſumi poſſint, iuxta formam iuris communis, in manibus ipſius Camerarij debitum præſtes in forma ſolita iuramentum.

Datum Romæ, Apud Sanctum Marcum ſub Annulo Piſcatoris, die xx. Auguſti, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo quinto, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Io. Baptiſta Canobius.

Admiſsio Guber. ad officiũ poſt præſtitum iuramentum.

Die vigeſimoprimo Auguſti, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo quinto. Ex decreto in Camera Apoſtolica facto, Retroſcriptus Reuerendiſsimus P. D. Marianus Epiſcopus Gubernator, præſens, &c. fuit ad ſupraſcriptum Vicecamerarij, & Gubernatoris officium admiſſus, præſtito prius per eum in manibus Illuſtriſsimi, & Reuerendiſsimi D. mei Philippi Vaſtauillani Cardinalis Camerarij iuramento præfato, tactis, &c. iurauit iuxta formam ſupraſcriptam, &c.

Andreas Martini.

Deputatio

X.

Deputatio, Iuriſdictio, & facultates Excellentiſsimi D. Michaelis Peretti Gubernatoris Burgi Sancti Petri, & Generalis Capitanei Cuſtodiæ Sanctiſsimi.

Circa Iuriſdictionem, & facultates Gubernatoris Burgi, vide Pij IIII. conſt. 85. ſup. fol. 776. & quandam Iulij III. conſtitutionem de qua ſæpè in Tribunalibus diſputatur, & ideo à me in calce huius conſtitutionis inſerta fuit.

SIxtvs Papa V. Dilectæ filij ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. QVIA ob diſceſſum Roberti Ducis Galleſij quem Auinionem miſimus officium Regiminis cuſtodiæ noſtræ vacat, nec præter te aliũ ſanguine proximiorem nobis habemus, quem iuxta vſitatum prædeceſſorum noſtrorum morem ei muneri præficiamus, tuaq; præclara indoles, ac pietatis, & virtutis ſpecimen, quod in te apparet ſpem facerent, euaſurum te adoleſcentem loco & gradu huiuſmodi non indignum, idcirco te ad id muneris duximus eligendum. *Cauſæ deputationis.*

Itaque Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine te militum cuſtodiæ corporis noſtri, tam peditum, quam Equitum, Capitaneum generalem cum omnibus, & ſingulis auctoritatibus, iuriſdictionibus, facultatibus, prouiſionibus, ſtipendijs, emolumentis, prærogatiuis, præeminentijs, iuribus, honoribus, oneribuſque ſolitis, & conſuetis, & Capitaneatus generalis officium huiuſmodi, quæcunque modo de iure, aut ſpeciali gratia, vel conſuetudine, ſeu priuilegio ſpectãtibus, & pertinentibus ad noſtrum, & ſedis apoſtolicæ beneplacitum auctoritate apoſtolica tenore præſentium creamus, facimus, & deputamus. *Deputatio.*

Ac etiam tibi per Iudicem, ſeu Iudices pro te pro tempore deputatos omnimodam in generalibus ciuilem, & criminalem iuriſdictionem ordinariam, ſeu etiã delegatam, ac merum, & mixtum imperium gladijque poteſtatem, etiam Sede vacante duratura incolas, & habitatores quoſcumque Burgi noſtri S. Petri, citato prius etiam in cauſis criminalibus procuratore noſtro fiſcali, & quaſuis alias, quibuſuis ante te cuſtodiæ huiuſmodi Capitaneis generalibus, per quoſcumq; Romanos Pont. prædeceſſores noſtros, tam quoad equites, & Pedites, eorumq; Capitaneos militiæ huiuſmodi, quam etiam quoad dicti Burgi, & illius Curiæ gubernium, & Iuriſdictionem, ac Officiales quomodolibet hactenus conceſſas facultates in diuerſis litteris in forma Breuis, ſeu Motus proprij, deſuper confectis contentas, dũmodo reformatio Tribunalium Almæ Vrbis noſtræ, per fel. rec. Pium Papam IIII. prædeceſſorem noſtrum factas obſeruetur, exercendi, gerendi, atque exequendi plenam, liberam, & omnimodam poteſtatem, facultatem, & auctoritatem harum ſerie concedimus, & indulgemus, Mandantes omnibus, tam particularibus, Capitaneis equitum, & Peditum ipſius cuſtodiæ noſtrę, quàm dictis Peditibus, & equitibus, cæteriſq; ad quos ſpectat, vt te in Capitaneum generalem eiuſdem cuſtodię noſtræ, iuxta tenorem præſentium debito cum honore recipiant, ac admittant, ac pro eorũ Capitaneo generali habeant, teneant, & agnoſcant, atq; in omnibus, quæ illis pro tempore mandanda duxeris efficaciter pareant, & obediant. *Conceſsio iuriſdictionum, & facultatum. Ad quod vide conſti. indicatas hic in rubrica.* *Declaratio iuriſdictionis iuxta reformationem Pij iv. quæ eſt ſupr. fol. 776.*

Dilectis vero Filijs noſtro, ac S. R. E. Camerario, ac Theſaurario generali, & Depoſitario noſtris iniungimus, vt tibi de prouiſionibus, ſtipendijs, & emolumentis præfatis congruo tempore cum effectu reſpondeant, & reſponderi faciant. *Aſsignatio ſolitorum emolumentorum.*

Non obſtante conſtitut. & ordinat. Apoſtolicis cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, vt ſicut moris eſt de Capitaneatus generalis huiuſmodi fideliter exercendo in manibus noſtris iuramentum præſtes. Datum Romæ, apud S. Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die 12. Nouembris 1585. Pontificatus Noſtri Anno Primo. *Clauſulæ derogatoriæ.*

Io. Baptiſta Canobius.

Die 24. Nouembris 1585. Excellentiſſ. D. Michael præſens, &c. iuramentum in manibus S. D. N. D. Sixti Papæ V. iuxta formam ſupraſcriptam genuflexus præſtitit tactis, &c. *Iuramentum Excellẽtiſſ. D. Michaelis.*

Andreas Martini.

Eodem die adeptio poſſeſsionis vtriuſq; cuſtodiæ S. D. N. & Gubernij Burgi S. Petri de Vrbe in forma, &c. *Adeptio poſſeſsionis.*

Sequitur

Sequitur conceſſio facultatum à Iulio Tertio, conceſſarum Aſcanio della Corgnia, quas inſerere opportunum, mihi viſum fuit, cum de eis quotidie in Tribunalibus diſputetur.

Iulius Papa Tertius. Dilectæ fili ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Ad fidei conſtantiam, & animi magnitudinem cæteraſque virtutum dotes, quibus in noſtro, & Sedis Apoſtolicæ, fulgere dignoſceris noſtræ conſiderationis intuitum extendentes, & propterea volentes te, qui ſecundum carnem, noſter nepos, exiſtis condignis fauoribus,& gratijs ſublimare. Motuproprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine te militum cuſtodiæ corporis noſtri, tam peditum, quàm equitum Capitaneum generalem, cum omnibus, & ſingulis honoribus, oneribus, prouiſionibus, ſtipendijs, emolumentis, priuilegijs, prærogatiuis, iuribus, pertinentijs, facultatibus, & iuriſdictionibus ad Capitaneatus huiuſmodi officium quomodolibet de iure aut ex ſpeciali gratia, tibi etiam pręſentium vigore facta ſpectantibus, & pertinentibus auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium facimus, conſtituimus, & deputamus. Necnon tibi per te ipſum, vel alium,ſeu alios, aut Iudicem,ſeu Iudices, per te pro tempore deputatos,vel deputandos,omnimodam in temporalibus ciuilem, & criminalem Iuriſdictionem, ordinariam, ſeu etiam delegatam, ac merum & mixtum imperium gladijq; poteſtatem,etiam ſede vacante duraturam, in dilectos filios incolas,& habitatores vtriuſque Burgi noſtri S. Petri, citato prius in cauſis criminalibus pro tempore exiſtente iuriſdictionis noſtræ huiuſmodi Burgi procuratore fiſcali,Ita tamen quod nullus deinceps ex quibus ius Almæ Vrbis noſtræ iudicibus, tam ordinarijs, quàm extraordinarijs,aliquam ſuperioritatem, aut ſuperintēdentiam, in te aut Curiam ipſius Burgi,ſeu pro tempore per ſe deputatos & deputandos illius Iudices, Notarios, Bariſellos, executores, ſubexecutores, etiam prætextu facultatum priuilegiorum, & Indultorum Apoſtolicorum, eis etiam per nos, aut prædeceſſores noſtros, ſub quibuſcunq; tenoribus,& formis,etiam Motu ſimili,quomodolibet hactenus conceſſorum, habere,aut per ſe,vel executores ſuos, de quibuſuis tam ciuilibus,quàm criminalibus dictæ Curię Burgi cauſis,in prima inſtantia pro tempore indeciſis pendentibus,ante latam in eis diffinitiuam ſententiam, quouis alio quęſito colore ſe intromittere, Aut Bariſellus dictæ Curiæ, ſeu cuiuſcumque alterius Curiæ eiuſdem Vrbis executores pro tempore exiſtentes, quodcumq; mandatum executiuum,per eoſdem Iudices contra quoſcumque perſonas in ipſo Burgo pro tempore habitantes,& degentes, aut illorum res,& bona quæcumque, decretum,ſeu relaxatum, aut pro tempore decernendum,& relaxandum, ſine tui,aut Iudicis dictæ Curiæ Burgi pro tempore exiſtentis,expreſſa licentia,ſiue conſenſu exequi non poſſint. Nulluſq; nullave cuiuſuis ſtatus, gradus, & conditionis exiſtat incolas & habitatores Burgi huiuſmodi, ſeu in eo & illius iuriſdictione hoſpitantes, aut moram trahentes, conuenire, aut moleſtare, nec conueniri, vel moleſtari, neq; ad aliud iudicium, ſiue tribunal trahere,ſeu trahi facere, actiue, vel paſſiuè, ex quauis cauſa, aut actione,perſonali,reali,ciuili, criminali, aut mixta,durante prima inſtantia, præterquàm ſolum & dumtaxat in iudicio & coram Iudice dictæ Curiæ Burgi pro tempore exiſtenti,ſub pœnis cōtentis in bannis in iuriſdictione præfati Burgi publicatis, ſeu in futurum quando opus fuerit,publicandis, audeat,vel præſumat,ſed te iuriſdictionem,& poteſtatem tuas prædictas, ab omni & quacunq; ſuperioritate,auctoritate,ſeu gladij quacunq; poteſtate maiori,atq; etiam à quocumq; Vrbis prædictæ Iudice,ſeu ſuperiore ſiue Magiſtratu, & Commiſſario cuiuſcumq; auctoritatis,& in quocumq; Tribunali, ac officio dictæ Vrbis pro tempore exiſtente,ſeu etiam quibuſcumq; ſtratarum Magiſtratibus,& alijs Iudicibus, etiam Commiſſarijs ipſius Vrbis per nos pro tempore deputatis, præterquàm noſtra & Romani Pont. pro tempore exiſtentes ſuperioritate authoritate,ſeu poteſtate liberam immunem,& exemptam habeas, Ac eiſdem & quibuſcumq; alijs quibus pro tempore opus fuerit, etiam ſub ſentētijs, & cenſuris eccleſiaſticis,ac alijs etiam pecuniarijs tuo,ſeu dictæ Curiæ Burgi Iudicis arbitrio imponendis, moderandis,& applicandis

Deputatio Aſcanij della Corgnia i Gubernatorē Burgi S. Petri, & Capitaneū cuſtodię Sanctiſſimi.

Facultates eiuſdē cognoſcendi cauſas ciuiles,& criminales i prima inſtantia habitatorū Burgi priuatiue quoad alios Iudices.

Executores cuiuſcumq; Curię exequi nequeant mandata cōtra degentes in Burgo, aut eorum bona abſq; licentia Iudicis Burgi, Quod fuit correctum a Pio iiij. in eius conſtit.85. fol.778.

Digitized by Google

plicandis ne de prȩmiſſis cauſis, tam ciuilibus quàm criminalibus in eadem prima inſtan-
tia, donec ſententia diffinitiua per præfatũ Iudicem Curiæ Burgi pro tempore exiſten-
tem lata fuerit, quoquomodo ſe intromittant, ſeu in eis procedere, aut ſe intromittere
quomodolibet audeant, ſeu præſumant, inhibendi, eamq; in eos exercendi, Ac inter,
& contra ipſos, & ciuiliter citato dictæ noſtræ Iuriſdictionis Burgi procuratore fiſcali
criminaliter procedendi, ac Iuſdicendi, ſtatuendi, & ordinandi, ipſosq;, & eorũ quem-
libet iuxta eorum de merita primendi, & mulctandi, ac delinquentes qui ex eorum cul
pa, & de meritis vrgentibus vltimo ſupplicio, ac pœna capitali affici meruerint, con-
demnandi, & in eodem Burgo, ſeu illius Iuriſdictione, & pertinentijs dictæ Curiæ,
morti ſtandi faciendi, ſeu illis indulgendi, ac ipſos abſoluendi, & liberandi. Necnon
omnes, & ſingulos Iudices, procuratorem fiſcalem, Notarios, Bariſellos, & executo-
res, ac ſubexecutores, quoſcumq; commiſſarios, ipſius Curiæ Burgi, cum honoribus,
oneribus emolumentis, ſalarijs, & alijs Regalibus, ſibi propterea debitis, & exhibe-
ri *ſolitis*, & conſuetis, ita quod, tam Iudex procurator fiſcalis Notarius, Bariſellus,
& alij executores, & ſubexecutores, ac Commiſſarij eorum officia per loca, quȩcumq;
dicti Burgi liberè, & licitè, abſque conditione reſiſtentia, oppoſitione quibuſlibet ſub
prætextu locorum quomodolibet reſeruatorũ liberè, & licitè exercere poſſint, & de-
beant ponendi, & deputandi, & inſuper quoſcunq;, tam portanarios omnium, & ſin-
gularum portarum dicti Burgi Cuſtodes, ad Capitaneatus officium huiuſmodi ſpectan-
tes, & pertinentes, quomodolibet ad tuum nutum amouibiles, quam dictos ad Com-
miſſarios ad tui libitum, & voluntatem ponendi etiam, atque reuocandi reſtituendi, &
amouendi, ac quando, & quoties tibi videbitur alios illorum loco, cum honoribus,
oneribus, & emolumentis ſolitis, & conſuetis, vt præfertur ſimul, & ſucceſſiuè ſubſti-
tuendi, ſurrogandi, etiam deputandi, Cæterum tibi quæcumq; banna, & alia deſuper
neceſſaria, & opportuna in ipſo Burgo per quemcumq; Tubicinem, aut Bannitorẽ per
te, aut tuos officiales eligendum, publicandi, & publicari faciendi, ac omnia, & ſingula,
tam per te, quam Iudicem, Notarium, Bariſellum, Commiſſarios, & alios officiales tuos
prædictos per hactenus deputatos nunc pro tempore exiſtentes, ac quos pro tempo-
re deputari contingerit, & quȩ circa Iuriſdictionem dictæ Curiȩ Burgi, & alias per eos,
ſeu eorum quemlibet hactenus facta, geſta, dicta, & exequuta fuerint valida, & effi-
cacia exiſtant, vobiſque, & collitigantibus in Curia Burgi, huiuſmodi perinde valeant,
& ſuffragentur, ac ſi præſentes litteræ a die aſſumptionis noſtræ ad ſummi apoſtolatus,
apicem emanatæ extitiſſent, gratiamq; præſentem, tunc a nobis reportaſſent cȩtera a-
lia in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, & quomodolibet opportuna, faciendi, gerendi,
exercendi, & exequendi, ſeu fieri, & exequi faciendi, plenam liberam, ac omnimodam
merique, & mixti Imperij, ac etiam gladij, poteſtatem, facultatem, auctoritatem con-
cedimus, atque pariter indulgemus. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus,
& ordinatus Apoſtolicis Cameræq; Apoſtolicæ, etiam iuramento confirmatione Apo-
ſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, necnon Vrbis generalibus, vel ſpe-
cialibus, ac etiam particularibus, & Cameræ prædictæ, decretis, contractibus, conſue-
tudinibus, etiam ab immemorabili obſeruatis, necnon etiam longiſſimi temporis præ-
ſcriptionibus, priuilegijs, quoq; indultis, licentijs, conceſsionibus, & litteris Apoſto-
licis, etiam in formã breuis, quibuſuis perſonis cuiuſuis dignitatis, ſtatus, gradus, or-
dinis, vel conditionis, exiſtentibus, ſub quibuſcumq; tenoribus, & formis, ac cum
quibusvis etiam derogatoriarum derogatorijs, necnon etiam fortioribus clauſulis ir-
ritantibus quoque, & alijs decretis, & contractibus, cum eadem Camera ſuper præmiſ-
ſis, necnon etiam quibuſuis alijs pecunijs, etiam ipſius Cameræ Commiſſarijs forſan
celebratis, ſeu etiam per fel. rec. Paulum Papam Tertium, ſeu alios Romanos Ponti-
fices prædeceſſores noſtros, aut etiam per nos forſan, ſub quibuſcumq; tenoribus, &
formis etiam pari motu, vel alias quomodolibet conceſsis, confirmatis, ac etiam itera-
tis vicibus innouatis, necnon cuiuſuis Tribunalis prædictæ Vrbis, ac dilectorum filio-
rum ſupradictæ Cameræ clericorũ, ſignificationibus, mandatis, & inhibitionibus, qui-
bus omnibus, etiam ſi pro illorum ſufficienter derogatione de illis, ac illorum loco da-
tis, & totis tenoribus, necnon nominibus, & cognominibus perſonarum huiuſmodi

Facultates eiuſdem Gubernatoris eiuſq; Iudicum inhibẽdi intromittentibus ſe in dictis cauſis.

Delinquentes etiam vltimo plectendi.

Iudicemque Procuratorem Fiſcalem, Notarios, & Bariſellos, Burgi deputandi.

Cuſtodesque portarum Burgi eligẽdi, &c.

Bannimentaq; in Burgo publicandi, ac cætera alia neceſſaria faciẽdi, &c.

Clauſulæ derogatoriæ.

ſpecialis, ſpecifica indiuidua, & expreſſa, ac de verbo ad verbum non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, aut quæ vis alio expreſsio habenda, vel aliqua alia exquiſita forma, ad hoc ſeruanda foret tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata inſerti forent præſentibus pro ſufficienter expreſsis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris, ac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſæ derogamus) cæteriſq; contrarijs quibuſcumque.

Datum Romæ, Apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die 22. Februarij 1550. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

X I.

De Feſto Præſentationis B. Mariæ Virginis, ſingulis annis die xxj. Menſis Nouembris celebrando, & in Calendario Romano inſeren.

Cauſæ huius conſtitutionis, ac merita, & laudes B. M. Virginis recenſentur.

SIXTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. INTEMERATAE Matris Dei Mariæ, ex cuius puriſsimis viſceribus ſalua per Spiritus Sancti virtutẽ integritate virginitatis auctor vitæ naſci dignatus eſt, ſalutiferam fœcunditatem humiliter veneramur, & quæcunque vltimis orientis adhuc Eccleſiæ, alijſque temporibus à Sanctis Patribus in eius honorem inſtituta fuerũt, noſtræ imbecillitatis ope tueri, atque augere, & ſi quid fuerit prætermiſſum ipſa adiuuante, quæ ſupra Choros ſedet Angelorum renouare ſtudemus, vt ſpiritualium gaudiorum crebritate deuota nobiſcum plebs lætetur, & cuius ſplendorem Angelici cętus admirantur in Cælis, eius in Terris per Sacras Feſtiuitates recolendæ, laudandæ, atque inuocandæ pia memoria non prætermittatur. Alijs igitur celebritatibus perpetuæ Virgini, quæ ab æterno præparata, & Propheticis teſtificationibus prænuntiata, nondum tamen Mater Dei Angelo nunciante fuerat effecta, à Catholica Eccleſia conſecratis, eiuſdem quoque, quæ Templum Dei futura erat, & Sacrarium Spiritus Sancti in Templum Præſentationem ab antiquiſsimis vſq; temporibus ſumma vbiq; gentium cum veneratione obſeruatam adſcribi volumus, & ſicubi intermiſſa eſt, reſtitui, ac iugiter cuſtodiri. Quare hac perpetua conſtitutione mandamus, vt Pręſentationis B. Marię ſemper Virginis Feſtus dies vndecimo Cal. Decembris per omnes totius Orbis Eccleſias duplici officio, prout in Natiuitatis die ſumpto Pręſentationis vocabulo peragatur, idemq; in Calendario, cum duplicis adiectione inſeratur. Præcipientes omnibus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, cæteriſq; Eccleſiarum Prælatis in vniuerſi Orbis ambitu conſtitutis, vt in ſuis quiſq; Eccleſiis, Prouincijs, Ciuitatibus, & diœceſ. pręſentes noſtras ſolemniter publicari faciant, ab omnibuſq; Eccleſiaſticis perſonis, ſęcularibus, & quorumuis ordinum regularibus omnino obſeruari, licet adnotatio huius celebritatis in poſtremis Breuiarij, & Miſſalis reformationibus fuerit pretermiſſa, volumus quoq., vt pręſentium exemplis, etiam impreſſis manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonę in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutę munitis eadem prorſus fides, vbiq; adhibeatur, quę ipſis pręſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę.

Eiuſq; Feſtum celebrari die 21. Nouẽbris, & in Calendario Ro. inſeri pręcipitur ab iſto Sãctiſſ. Pont. Sixt. V.

Datum Romæ, Apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicę, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo quinto. Calend. Septembris. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

M. Card. S. Stephani.

Declaratio

XII.

Declaratio contra Henricum Borbonium aſſertum Regem Nauarræ, & Henricum etiam Borbonium prætenſum Principem Condenſem, hæreticos, eorumq; poſteros, & ſucceſſores. Et eorundem inhabilitatio ad ſucceden. in Regno Franciæ, aliiſque Dominijs, ac liberatio ſubditorum ab omni fidelitatis, & obſequij debito.

Similem declarationem fecit Pius V. contra Heliſabeth aſſertam Reginam Angliæ, vt ſup. in eius conſt. 102. fol. 1072.

SIxtvs Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

AB immenſa æterni Regis potentia, Beato Petro, eiuſque ſucceſſoribus tradita, auctoritas, omnes terrenorum Regum, & Principum ſuperemi-net poteſtates, ſtabilique in Petra conſiſtens, nec vllis aduerſantibus, vel etiam ſecundis flatibus, à recto deflexa, inconcuſſa profert in omnes iudicia, Et ne diuinæ, maximè leges violentur ſumma ope prouidet, & ſi quos ordinationi Dei reſiſtentes inuenit, ſeueriore hos vindicta vlciſcitur, & quamuis potentiores de ſolio deijciens, veluti ſuperbientis luciferi miniſtros, ad infima vere, deturbatos proſternit. Quare pro incumbendi nobis Eccleſiarum omnium populorum, ac gentium ſolicitudine, vt animarum ſaluti in primis proſpiciatur, & non ſolnm famulatus noſtri, ſed etiam omnia futura tempora impijs, ac deteſtandis monſtris purgata, cunctis Chriſtiani Orbis, partibus pacem afferant, & quietem, & præſertim ampliſſimo Galliæ Regno, in quo Chriſtiana Religio omni tempore, ita viguit; tantaq; Regum illius pietas, fides, ac deuotio, tot in Rom. Eccleſiam merita extiterunt, vt ij iure optimo glorioſiſſimum Chriſtianiſſimi cognomen ab ea ſint conſecuti, ac etiam ne nos de neglecta officij noſtri vera vnquam apud Deum argui poſſimus, arma militiæ noſtræ, quæ non carnalia, ſunt, ſed potentia Deo in deſtructionem munitionum, nunc contra duos potiſſimum irę filios Henricum Borbonium quõdam Nauarræ Regem, & Henricum item Borbonium olim Principem Condenſem, exercere compellimur. Ille enim quondam Rex, Caluini errores, atq; hęreſes etiam ab ineunte adoleſcentia ſecutus eſt, pertinaxq; earum patrociniũ, tamdiu exercuit, quod clarę mem. Caroli Noni Francorum Regis, & Chariſsimę in Chriſto filiæ Catherinę Reginę, eius matris pientiſsimæ, atq; etiam dilecti filij noſtri Caroli tit. S. Chriſogoni presbyteri Card. Borbonij patrui ſui, & Ludouici Mompẽſeri Ducis pijs frequentibuſq; hortationibus, apertiſq; eximiæ virtutis, ac doctrinę Theologorum demonſtrationibus ad fidem Catholicã, & Apoſtolicam Romanam, vt exiſtimabatur, conuerſus, hæreticas omnes contra fidem Catholicam, opiniones Pariſijs publicè in Eccleſia damnauit anathematizauit, & abiurauit, fidemq; ipſam Catholicam expreſſe profeſſus eſt, datiſque ſubinde ſuis ad ſel. record. Gregorium Papam xiij. prędeceſſorum noſtrum litteris, quibus eumdem Prædeceſſorem ſupremum Catholicę Eccleſiæ caput, iam agnoſcens, ipſum ſupplex depræcabatur, vt pænitentiæ conuerſionis, & obedientiæ ſuæ confeſſionem acceptam habere, & anteactorum veniam, remiſſioniſque gratiam, concedere dignaretur, firmiter promittens ſe fidem ipſam Catholicam perpetuo integrè, ac inuiolatè ſeruaturum quibus litteris, vtpotè Regijs, idem prędeceſſor credens, & paternæ charitatis viſceribus commotus, ac etiam grauiſſimo Regis Reginę matris Cardinalis, & Ducis prędictorum, de huiuſmodi conuerſione teſtimonio adductus, illum ipſum prętcritos errores confitentem, veniamq; humiliter petentem, à crimine hęreſis, & à cenſuris eccleſiaſticis propterea incurſis, abſoluit, & in gremium S. Matris Eccleſiæ, communionemq; fidelium admiſit, omni inhabilitate, ab eo ſublata. Quinetiam, vt arctiori, & firmiori vinculo ligaretur, cum eo, & Margarita dicti Caroli Regis ſorore, quæ ex illa Chriſtianiſſima ſtirpe nata, atq; alita facile

Reges Galliæ cognomẽ Chriſtianiſsimi ob eorum merita ab Eccleſia Romana conſecuti fuerunt.

Henricus tamen Borboni' aſſert' Rex Nauarræ, Caluini hęreſes olim ſequebatur.

Sed poſtea illas abiurauit, remiſsionẽq; & veniã petiit à Greg. xiii.

Et Greg. xiii. veniam cõceſſit, & abſoluit. Diſpenſauitq; vt ipſe cũ Margarita Caroli Regis ſorore, matrimonio iungeretur.

maritum in officio, & Religionis Catholicę obſeruantia continere poſſe ſperabatur, diſpenſauit, vt non obſtantibus impedimentis tertij, & aliorum forſan inter eos graduum conſanguinitatis, & cognationis ſpiritualis, matrimonium inter ſe contrahere poſſent, prout in facie Eccleſiæ contraxerunt, excurſiſq;, deinde aliquot menſibus ille Iohannem Duratij Dominum Oratorem ſuum, qui nomine ſuo de pœnitentia, conuerſione fide, & conſtantia ſua in Sedis Apoſtolicę conſpectu ſponderet, ad dictum prędeceſſorem delegauit, habitoq; pro eo publico, ſolemniq; in aula Regia, de more Conſiſtorio, in conſeſſu S.R.E. Cardinalium, Prelatorumque, & aliorum frequentiſſimo concurſu, profeſſis omnibus ſupradictis, idem Henricus, tamquàm Rex recens ad fidem conuerſus, & vt Catholicus admiſſus eſt, tota Vrbe exultante, & ingentes Deo de conquiſita, & inuenta oue, gratias agente. Sed ille, vt erat vario, & inconſtanti animo,

Sed deinde in eaſdē reincidit hæreſes, et ſe Caluiniſmum profeſſus eſt.

haud multo poſt a Catholica fide, & debita erga Sedem Apoſtolicam obedientia, ceteriſq; à ſe expreſsè, & cum iuramento profeſſis, deficiens, atq; in eo, quo prius erat cœno reuolutus, à Rege Chriſtianiſſimo clam ſe ſubducens, collectoq; in loco ab ipſius Regis aula ſatis remoto, quam potuit copioſo hęreticorũ ſceleratorum, aliorumq; id genus impiorum hominum numero, ibi, ea omnia, quę de Caluiniſmi deteſtatione, heręſum omnium abiuratione, ac Romanę Fidei Catholicę, & Apoſtolicę profeſſione antea fecerat, palam reuocauit, teſtificans ſe Caluiniſmum ipſum profiteri, prout profeſſus eſt, eiq; hęreſi pertinaci, & obdurato animo ſemper adhęſit, & in ea hucuſque viuens, ſępius hæreticos, perduelles, ac ſeditioſos, (quorum caput Dux, & propu-

Multaq; crimina, & enormiſſima delicta commiſit.

gnator in Gallia, & etiam exterorum, hæreticorum acerrimus, fautor ſemper fuit) ad arma, contra prædictum Carolum, ac etiam Chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Henricum Francorum Regem Chriſtianiſſimum, tametſi eum, vt Regem, ac Dominum ſuum colere, vt ſororium amare, & ſequi debebat, omnis ſcilicet officii, ac pietatis immemor, aduerſus ipſum, & reliquos Catholicos omnes concitauit infeſtiſſimos exercitus, accitis, etiam externarum nationum hæreticis contraxit, à quibus omnia paſſim loca cruentis, piorum hominum cædibus fœdata, ſacra Dei templa temerata, & direpta, ſacerdotes, & viri Religioſi cruciatibus trucidati ſunt, oppida præterea, & munitiones Catholicorum, partim inſidijs, partim vi, & armis occupauit, & in eis Catholicæ Eccleſiæ ritus, prohibuit, ac ſubſtulit, Miniſtros, ac Concionatores, hęreticos conſtituit ciues, & incolas ad eandem impietatem capeſſendam, minis, verberibusq; coegit. Sed ne hæc quidem ſatis ſibi eſſe exiſtimans, inter alios, intimum quemdam ſuum nefariis artibus ſuis inſtructum, extra Galliæ fines, ad diuerſa loca miſit, per quem cum primariis hæreticis, impia conſilia ſua communicauit, eorumq; vires, & arma contra Religionem Catholicam, & Romani Pótificis poteſtatem prouocauit, Conciliabula quoque hæreticorum, in diuerſis Prouinciis habenda curauit, quorum nonnullis (dum iniquiſſima illa fędera, contra Fidem Catholicam, ac præſertim contra Eccleſias, Clerum, & vniuerſos Catholicos Regni Franciæ tractabantur) ille non ſolum interfuit, ſed etiam præfuit.

Henricus alter etiam Borbonius, Princeps Condenſis, natus ex vtroq; parente hæretico, eorum ſecutus fuit hæreſes.

Henricus vero Borbonius, Princeps Condenſis, vtroq; parente hæretico genitus, cum illi exitialia Caluini dogmata, eorumq; Miniſtros pertinaciter in omni vita fouiſſent, eorũdem patris, ac matris ſecutus hęreſes, conſimilia facinora, etiam adoleſcens perpetrauit. Deinde eadem illa, qua alter Henricus opera, viam veritatis, pœnitentia, & humilitate cordis, quantum coniici potuit arripiens, deteſtatiſq; pariter, & abiuratis publicè omnibus hęreticorum erroribus, & deliramentis, fidem Catholicam (vt

Sed illis relictis, ad fidem Catholicam reuerſus fuit.

prefertur) profeſſus eſt. Quibus ad eumdem Pont. perlatis, ac etiam pro eo ſimilibus precibus porrectis, ipſe Prędeceſſor illum, ac etiam quondam Mariam Cliuenſem prętenſam coniugem ſuam, eodem tunc hęreſis crimine infectam, ſimili modo pœnitentem, deteſtantem, ac profitentem, ab hęreſi, & cenſuris huiuſmodi abſoluit, eoſq; in

Greg. xiij. ipſum, & Mariã eius coniugem recepit, & abſoluit, & cũ eis circa matrimonium diſpenſauit.

gremium Catholicę Eccleſię, fideliumq; conſortium recepit, quinetiam ex paternę charitatis abundantia, cum eis, vt non obſtante impedimento ſecundi gradus, conſanguinitatis, quo inuicem tenebantur matrimonium inter ſe contrahere poſſent diſpenſauit. Sed ille paulopoſt ad priſtinam impietatem rediens, deterrimamq; illam viam, quæ ſignata, & impreſſa erat veſtigijs quondam Ludouici Condenſis patris ſui impiiſ-

ſimi

ſimi Catholicæ Eccleſiæ perſecutoris ingreſſus; eiſdemq; veſtigiis inſiſtens, ſe quoq; hæreticorum, ac conſceleratorum hominũ dicti Regni Galliæ Ducem, ac defenſorem, bellorumq; ciuilium, ac ſeditionũ auctorem præſtitit, militum hæreticorum exterorũ copias in Galliã tranſduxit, Vrbes, & oppida expugnare tentauit, templa euertit ſacra violauit, & populatus eſt, Sacerdotes indignis modis necauit; miniſtroſq; impietatum ſubſtituẽs, peruerſam illorum doctrinam publicari, & cuſtodiri iuſſit, & deniq; omne feritatis, & ſæuitię genus, tã in Dei miniſtros, quàm in cæteros Catholicæ fidei cultores exercuit.

Sed rediit ille ad priſtinos hęreſes, ac multa nephanda ſcelera pperauit.

Quæ omnia cum manifeſta, publica, & notoria ſint, cumq; nobis plenè, & legitimè conſtet, pręſertim ex proceſſu, tempore eiuſdem fel. rec. Gregorij Papę, prędeceſſoris noſtri confecto, & alijs quàm plurimis documentis, & grauiſſimis teſtimonijs, Henricum quondã Regem, & Henricum Condenſem prędictos notorij, & inexcuſabilis criminis hęreſis, & in hęreſim relapſus, atque etiam hęreticorũ fautorię reos exiſtere; Nos gladium vindictę contra eos, pro officij noſtri debito exerere coacti, vehementer indolemus, quod illum in hãc prolem deteſtabilem, ac degenerem inclytę Borboniorum familię, in qua ſpectatæ Religionis candor, & virtutis decus, ac in Sedem Apoſtolicam obſeruantia omni tempore emicuit, pro his ſceleribus conuertere debeamus.

Et Greg. xiij. contra prædictos in premiſſis proceſſũ fieri voluit.

Itaque in præcelſo hoc ſolio, & in plenitudine poteſtatis, quam ipſe Rex Regum, & Dominus dominantium, licet nobis indignis tribuit, conſtituti auctoritate Dei omnipotẽtis, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, & noſtra, ac de venerabilium fratrum noſtrorũ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio, pronunciamus, & declaramus Henricum quondam Regem, & Henricum Condenſem ſupradictos fuiſſe, & eſſe hæreticos, in hæreſes relapſos, & impœnitentes, hęreticorũ quoque duces, fautores, & defenſores manifeſtos, publicos, & notorios, ſicque lęſę Maieſtatis diuinæ reos, & orthodoxę fidei Chriſtianæ hoſtes, adeò, vt nulla poſſint ſe tergiuerſatione, aut excuſatione defendere; ac proinde eos damnabiliter incurriſſe in ſententias, cenſuras, & pœnas ſacris canonibus, & conſtitutionibus Apoſtolicis, legibuſque generalibus, & particularibus contentas, ac hęreticis relapſis, & impœnitentibus debitas, & ſpecialiter eoſdem fuiſſe, & eſſe ipſo iure priuatos Henricum quondam Regem, videlicet pręcenſo Nauarrę Regno, illiuſque parte, quàm adhuc obtinuit, necnon Bearni; alterum verò Henricum, Condenſi, & vtrumque eorumque poſteros omnibus, & quibuſcunque alijs Principatibus, Ducatibus, Dominijs, Ciuitatibus, & locis, feudiſque, & bonis etiam emphyteoticis, & ſucceſſionibus, necnon dignitatibus, honoribus, muneribus, & officijs, etiam Regiis, ac iuriſdictionibus, & iuribus, quæ de facto detinent, & ad quę ius quomodolibet habuerunt, ſeu prętendunt, eoſdemq; propterea ſe illis reddidiſſe indignos, ac fuiſſe, & eſſe inhabiles, & incapaces ad illa retinenda, & alia huiuſmodi in poſterum obtinenda.

Iſte autẽ Sanctiſſ. Pont. præfatos Henricos declarat hæreticos, & in hæreticorum pœnas incidiſſe. Hæreticorum pœnas, vide ſupra in Pau. iiij. cõſt. 42. f. 610. & ibi notaui.

Ipſoſq; omnibus regnis, & bonis, & dignitatibus priuatos declarauit.

Ac pariter eos ipſo iure priuatos, & incapaces, ac inhabiles, ad ſuccedendum in quibuſcunque Ducatibus, Principatibus, Dominijs, & Regnis, ac ſpecialiter in Regno Franciæ, in quo tot atrocia, & nefaria crimina patrarunt, ac Regno ipſi annexis dominijs, iuriſdictionibus, & locis, cæteriſque omnibus bonis, & rebus prædictis, & ad illa, alias quomodocunque acquirendum prout etiam ex abundanti, & in quantum opus eſt, nos illos, illorumque poſteros priuamus in perpetuum, videlicet Henricum q. Regem Regno Nauarrę, & illius parte, ac Bearni, & alterum Henricum Condenſi, ac vtrumque, & eorum poſteros, alijs Principatibus, Ducatibus, Dominijs, Feudis, ac cæteris omnibus bonis, & rebus, necnon iure ſuccedendi, & acquirendi, alijſque prędictis vniuerſis, & ſingulis: Ac etiam in perpetuum inhabilitamus eoſdem, eorumque poſteros ad illa, & ad ſucceſſionem in quibuſuis Principatibus, Ducatibus, Dominijs, Feudis, & regnis, & ſignanter in Francię Regno, & illi annexis omnibus ſupradictis, ſupplentes omnes iuris, & facti defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem.

Inhabiles etiã eos, & eorũ ſucceſſores declarat ad ſuccedẽdum in Regno Franciæ, &c.

Quinetiam Proceres, Feudatarios, Vaſallos, Subditos, & populos Regnorum, Ducatuum, Principatuum, & aliorum Dominiorum prędictorum, etiam alium ſuperiorem non recognoſcentes, ac cęteros omnes, qui illis quomodocunque iurauerunt à iuramento huiuſmodi, ac omni prorſus Dominij, fidelitatis, & obſequij debito perpetuo abſolutos eſſe, prout nos illos omnes tam vniuerſæ, quàm ſingulatim, auctoritate pręſentium abſoluimus, & liberamus;

Subditoſq; a iuramẽto fidelitatis, & obſequij debito abſoluit.

Pre-

Pręcipimuſque, & interdicimus eis vniuerſis, & ſingulis, ne illis, eorumve monitis, legibus, & mandatis audeant obedire: qui ſecus fecerint, eos excommunicationis ſententia innodamus eo ipſo, Cęterum eundem chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Henricum Francorum Regem Chriſtianiſſimum per viſcera miſericordię Ieſu Chriſti hortamur, rogamus, ac etiam monemus, vt memor pręſtantiſſimę fidei, & religionis Regum maiorum ſuorum, quam quaſi hæreditatem lōge ipſo Regno potiorem ab eis accepit, memor etiam illius iuramenti, quod in eius coronatione de exterminandis hæreticis ſolenniter præſtitit, auctoritate, poteſtate, virtute, atque animi magnitudine verè regia ad executionē, tam iuſtę huius ſententiæ noſtræ incumbat, vt ſcilicet in hoc quoque gratum ſe omnipotenti Deo exhibeat, & matri ſuæ Eccleſiæ obſequium debitum perſoluat. Præterea omnibus venerab. fratribus noſtris Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis per Regnum Franciæ, & Nauarræ, Bearni, & alia prænominata loca conſtitutis in virtute ſanctæ obedientiæ præcipimus, & mandamus, vt cū primum harum litterarum exempla ad eorū manus peruenerint, illa publicari faciant, & quantum in ipſis erit, ad effectum perduci curent. Volumus autem, quod eædem pręſentes noſtræ litterę ad valuas Baſilicę Principis Apoſtolorum, & in acie Campi Florę, vt moris eſt, affigantur, & publicentur, quodq; earum exemplis, etiam impreſſis, ac Notarij publici manu, & pręlati Eccleſiaſtici, eiuſve Curię ſigillo obſignatis eadem prorſus fides in iudicio, & extra illud vbiq; gentium habeatur, quæ haberetur ipſis pręſentibus, ſi eſſent exhibitę, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginā noſtrę pronunciationis, declarationis, priuationis, inhabilitationis, ſuppletionis, abſolutionis, liberationis, pręcepti, interdicti, innodationis, hortationis, rogationis, monitionis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romę, Apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicę, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo quinto. v. Id. Septembris. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Regem quoq; Franciæ hortatur, vt hāc ſententiam exequatur.

Ordinariiſq; locorum præcipit, vt hac conſti. publicari faciant.

Forma publ. hanc conſt.

Quæ publ. eſt hic in fine.

✠ Ego Sixtus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

✠
✠
✠ Ego Io. Ant. Epiſc. Tuſc. Card. S. Georg.
✠
✠
✠
✠
✠ Ego M. S. Card. ab Altaemps.
✠ Ego Inn. Aualus Card. de Arag.
✠ Ego P. Card. Sancta Crucius.
✠ Ego Gulielmus Sirletus Card.
✠ Ego Fr. Michael Bonellus Card. Alex.
✠ Ego Ludouicus Card. Madrucius.
✠ Ego Nic. Card. Senonenſis.
✠ Iul. Ant. Sanctorius Card. S. Seuerinæ.
✠ Ego P. Card. Cæſius.
✠ Ego Hier. Card. Ruſtic.
✠ Ego Io. Hier. Card. Albanus.
✠
✠ P. Card. Deza.
✠ Ego Ant. tt. SS. Io. & Pauli Card. Carafa.
✠ Io. Ant. Card. SS. Quatuor.

✠ Io. Bap. Card. S. Marcelli.
✠
✠
✠
✠
✠
✠
✠ Ego Aug. Card. de Verona.
✠ Ego Vin. Card. Montis Regalis.
✠
✠ M. Card. S. Stephani.
✠ Scipio Card. Lancellotus.
✠
✠ Ferd. Card. de Medicis.
✠ Phil. Vaſt. Card. Cam.
✠
✠
✠ Ego Vincen. Card. Gonz.
✠ Ego Franciſcus Card. Sfortia S. Nicolai.
✠
✠ Alex. Card. de Montealto.

Publicatio.

Anno a Natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo quinto, Indictione xiij. die vero vigeſimaprima Menſis Septembris, Pontificatus Sanctiſſ. in Chriſto Patris, & D. N. D. Sixti diuina prouidentia Papæ V. Anno Primo. Retroſcriptæ litteræ affixæ, & publicatæ fuerunt in Baſilica Principis Apoſtolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ per nos Hieronymū Lucium, & Nicolaum Tagliettum Sanctiſsimi Domini Noſtri Papæ Curſores.

Io. Andreas Panizza Mag. Curſ.

Erectio

XIII.

Indulgentia plenaria perpetua, pro omnibus Christifidelibus qui in Feſtiuitatibus SS. Franciſci, Antonij de Padua, Ludouici Epiſcopi, & confeſſoris, Bonauenturæ, & Bernardini, Eccleſias Fratrum Minorum Conuentualium, Capuccinorum, & de Obſeruantia; Et in Feſtiuitate S. Claræ Eccleſias Monaſteriorum dicti Ordinis Monialium viſitauerint, &cęt.

Huius Sancti Antonij de Padua Feſtum in Calendarium Romanum reponi, & die xiij. Menſis Iunij, ſingulis annis celebrari iuſſit hic idem Sanctiſſ. Pont. vt infra, in conſtit. xix.

Et in Eccleſia huius Sancti Franciſci Aſsiſien. Archiconfraternitatem Chordigerorum erexit, vt infra in conſtit. 59.

SIxtvs Papa V. Vniuerſis Chriſtifidelibus præſentes litteras inſpecturis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

CVM à primæua inſtitutione Regulæ B. Franciſci, tam ob illius, & ſanctorum Antonij de Padua, Ludouici Epiſcopi, & Confeſſoris, Bonauenturę, & Bernardini, necnon diuæ Claræ, aliorumq; eiuſdem Ordinis ſequacium ſanctitatem, & miraculorum multitudinem, quàm etiam ob multorum ipſius religionis ſummorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum merita, ingens vbiq; Chriſtifidelium multitudo ſingularem erga quemcunq; dictorum ſanctorum gerat deuotionis affectum. Nos vt ipſorum fidelium deuotio huiuſmodi non modo conſeruetur, ſed in dies magis augeatur, animarumq; ſaluti vberius conſulatur, precibus etiam dilecti filij Clementis Bontadoſij Ordinis Fratrum Minorum Conuentualium Magiſtri generalis ſuper hoc nobis humiliter porrectis inclinati, tam omnibus, & ſingulis dicti ordinis Minorum Conuentualium, Capuccinorum, & de Obſeruantia nuncupatorum fratribus, & monialibus, quam cæteris vtriuſq; ſexus Chriſtifidelibus, qui verè pœnitentes, & confeſſi, ac ſanctiſſima Communione refecti, diebus feſtis SS. Franciſci, Antonij de Padua, Bonauenturæ, Ludouici Epiſcopi, & Confeſſoris, ac Bernardini prædictorum eorũdem Fratrum Minorum Conuentualium, Capuccinorum, & de Obſeruantia: Necnon die Feſtiuitatis S. Claræ Monialium dicti Ordinis Monaſteriorum vbilibet conſtitutorũ Eccleſias, tam erectas, quàm erigendas, vel earum aliquam, a primis veſperis, vſq; ad occaſum Solis eorundem dierum, ſingulis annis deuotè viſitauerint, & ibi pro Chriſtianorum principum concordia, hæreſum extirpatione, & Sanctæ matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die præfatorum id egerint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus, & elargimur. Præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Non obſtan. conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſq; contrarijs quibuſcunque. Vt autem præſentes litteræ ad ipſorum Chriſtifidelium notitiam facilius, citiuſq; perueniant, volumus quòd earum exemplis etiam impreſſis, manu alicuius Notarij ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipſis præſentibus ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Cauſæ huius conceſsionis.

Indulgentia plenaria perpetua conceſsio.

Clauſula derogatoria.

Datum Romæ, Apud S. Marcum, ſub Annulo piſcatoris, die xxviij. Septembris, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo quinto. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Erectio

XIIII.

Erectio Archiconfraternitatis Chordigerorum in Eccleſia S. Franciſci Aſſiſienſis, & Indulgentiarum conceſsio, Generaliſque Miniſtri Conuent. Facultas, erigendi in Eccleſijs Conuentualium, Capuccinorum, & de Obſeruantia totius Orbis, Chordigerorum Confraternitates, easq; dictæ Archiconfraternitati aggregandi, & Indulgentias eiſdem communicandi.

Hanc erectionem confirmauit, & alias Indulgentias conceſsit hic idem Sanctiſſ. Pont. vt infra in conſtit. 59.

SIxtvs Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. EX ſupernæ diſpoſitionis arbitrio, gregi Dominico præſidentes, inter curas multiplices, quæ ex Paſtoralis officij miniſterio nobis incumbunt, illam libenter amplectimur, per quam omnium Chriſtifidelium, præſertim ſub ſuaui Religionis iugo, & vexillo Altiſsimo famulantium, animarum ſalus cum diuini cultus incremento proueniat; ipſoſque Chriſtifideles, vt eorũ vota ad id facilius concurrant, ſpiritualibus muneribus, indulgentijs videlicet, & peccatorũ remiſsionibus, in apricum eis adducendo, iuſtos varijs ſignis, & miraculis coruſcantes, inuitamus, & confouemus, ac alias deſuper diſponimus, prout ad eorundem Chriſtifidelium ſpiritualem deuotionem conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Cauſæ huius erectionis.

S. Franciſcus Ordinis Minorum inſtitor, miraculis claruit, &c.

Cum itaq; Beatus Franciſcus, à quo Ordo dilectorum filiorum fratrum Minorum inſtitutus fuit, quiq; inter cæteros in numerum Sanctorum cooptatos, ſignis, & miraculis maximè claruit, ita vixerit, vt penè omnes ad ſui deuotionem, & imitationem pertraxerit, multiq; ex ipſis Chriſtifidelibus, cordam ſimilem ei, qua ipſe, dum in hoc ſæculo verſaretur, cinctus erat, hodie deferant; quinetiam plures eius laudabile inſtitutum amplexi, & ſub ſuaui iugo Religionis ab eo inſtitutæ, diuerſiſq; S.R.Catholicæ Eccleſiæ Prælatis, etiam Cardinalatus honore fulgentibus, & poſtea ad ſummi Apoſtolatus apicem euectis illuſtratæ, militantes, tantumq; virum imitati, in numerum eorundem Sanctorum relati fuerint.

Hic igitur Sanctiſſ. Pót. eiuſdem Ordinis profeſſor, cupiens Eccleſiã Aſſiſien. in qua requieſcit corpus S. Franciſci, ampliꝰ decorare, & Chriſtifideles ad maiorẽ trahere deuotionẽ, Archiconfraternitatẽ Chordigerorum erigit in illa Eccleſia.

Nos qui etiam à teneris annis ſingularem deuotionis affectum erga ipſum Sanctum Franciſcum, cuius corpus ſub Altari maiori Eccleſiæ, domus Fratrũ Ordinis Fratrum Minorum Conuentualium nuncupatorum Aſſiſieñ. quæ inibi inſignis, maximæq; celebris, & diuerſis priuilegijs decorata exiſtit, requieſcit ſub habitu dicti ordinis ſui incedentes geſsimus, cupientes domum, & Eccleſiam huiuſmodi amplius decorari, pietatiſque, & Chriſtianæ charitatis opera, vbiq; cum diuini cultus augmento, ac ad eiuſdem S. Franciſci honorem, & venerationem, animarumq; ſalutem exerceri, fideleſq; ipſos ad faciendum ea per quæ ad æternam beatitudinem valeant facilius peruenire, medijs opportunis excitare, infraſcriptum Fratrem Clementem magiſtrum Generalem, ac ſingulares perſonas Conuentus, domus prædictæ à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſq; Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine; quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes. Motuproprio, non ad alicuius nobis deſuper oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, & certa ſcientia, in Eccleſia domus, & ad Altare huiuſmodi, vnam Archiconfraternitatem vtriuſque ſexus Chriſtifidelium, qui Chordam per eiuſdem Ordinis Fratres geri ſolitam, ex illorum deuotione deferant, ac illa cingantur, ſub inuocatione eiuſdem Sancti Franciſci, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, perpetuo erigimus, & inſtituimus.

Vt autem ipſa Archiconfraternitas Confratrum cordigerorum præfatæ cordæ, numero

mero in dies magis ampliata decoretur, ipſiq; Confratres ad piorum operum exercitium propenſiores reddantur, ac ad Eccleſiam, & altare huiuſmodi deuotionis cauſa confluant, quò per hoc ſe maiora cœleſtis gratiæ dona cognouerint adipiſci; De Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi.

Ingredientibusq; dictã Archiconfraternitatem, Indulgentias hic expreſſas concedit.

Omnibus, & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus, qui vere pœnitẽtes, & confeſſi, ac præfatam cordam, quæ prius à ſuperioribus dicti Ordinis benedici debeat, ad reuerentiam, & memoriam eiuſdem ſancti Franciſci gerentes, ſacraque Communione refecti, præfatam Archiconfraternitatem ingredientur, die prima illorum ingreſſus, ac in mortis ipſorum articulo, Nomen IESV, ore, vel corde inuocantibus, ſi etiam verè pœnitentes, & confeſſi fuerint, plenariam omnium peccatorum ſuorũ Indulgentiam, & remiſſionem.

Indulgentias Archicõfraternitati Confalonis Vrbis conceſſas, prędictis Confratribus concedit.
De his Indulg. vide infra in conſtit. 27. vbi notabo.

Et inſuper eidem Archiconfraternitati, illiuſq; Confratribus, omnes, & ſingulas *Indulgentias*, & peccatorum remiſſiones, ac relaxationes Archiconfraternitati Confalonis Beatæ Mariæ Virginis in Eccleſia S. Luciæ de Vrbe inſtitutæ, necnõ prædicto Ordini, ac illius Fratribus, & perſonis, quandocunque, & per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac etiam per nos cõceſſas, quoad illas tantum, quę hactenus reuocatæ non fuerunt, motu, & auctoritate, ac tenore ſimilibus, etiam perpetuo concedimus, & elargimur, ac communicamus.

Facultatemq; concedit Generalis ordinis Conuentualiũ Cõfraternitates Chordigerorũ in Eccleſiis Cõuentualium Capuccinorum, & de Obſeruãtia erigendi, & prædictas Indulg. eis communicãdi.

Poſtremo, dilecto filio Fratri Clementi Bontadoſio nunc, & pro tempore exiſtenti dicti Ordinis Generali Magiſtro Ordinis Fratrum Minorum Conuentualium nuncupatorum quaſcunque Confraternitates vtriuſque ſexus Chriſtifideliũ Cordigerorum huiuſmodi in quibuſcunque Eccleſijs, domorum, tam Minorum Conuentualium, quàm Capuccinorum, & de Obſeruantia nuncupatorum Fratrum, prædictorum in quibuſcunque mundi partibus, & locis pro tempore erigendis, & inſtituendis, erigendi, & inſtituendi, illaſque, poſtquàm erectæ, & inſtitutæ fuerint, præfatæ Archiconfraternitati per præſentes erectæ, & inſtitutæ, cum omnibus, & ſingulis Indulgentijs, peccatorum remiſsionibus, & relaxationibus aggregandi, ac ipſas Indulgentias, illis, & earum Confratribus communicandi, pariterque concedendi, plenam, liberam, & omnimodam facultatem, & auctoritatem damus, & concedimus, prout nos eaſdem omnes Confraternitates, ex nunc, prout ex tunc, poſtquam erectæ, & inſtitutæ fuerint, ipſi Archicõfraternitati per pręſentes erectę, & inſtitutę huiuſmodi, aggregamus, pręfataſq; Indulgentias, illis, & earum Confratribus, communicamus, & concedimus.

Clauſulæ præſeruatiuæ.

Decernentes eaſdem præſentes litteras, nullo vnquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis, ſeu quopiam alio defectu, notari, impugnari, vel retractari, aut reuocari vllatenus poſſe, neque debere; ſed ſemper, & in perpetuum, validas, & efficaces exiſtere, ſuoſq; plenarios effectus ſortiri debere.

Clauſulæ derogatoriæ.

Non obſtantibus præmiſsis, ac Regula noſtra, de indulgentijs ad inſtar non concedendis, ac alijs conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cęteriſque contrarijs *quibuſcunque*.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę abſolutionis, erectionis, inſtitutionis, conceſsionum, elargitionis communicationum, dationis, & decreti infringere, vel ei auſu, temerario contraire. Siquis autem hoc attentare pręſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ, Apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicę, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo quinto, tertiodecimo Kalendas Decembris, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

H. Dat.

X V.

Contra Officiales Status Eccleſiaſtici dantes participationes prouentuum officiorum pro illis obtinendis, aut retinendis, & contra participationes ipſas recipientes, ac Bariſellos, & alios vltra eorum ſtipendia aliquid exigentes.

Conſonat Sixti IIII. conſt. 8. ſup. fol. 101. & Pij V. conſtit. 145. fol. 1151.

SIXTVS Papa Quintus. Motuproprio, & cętera.

ET ſi nos diuina prouidentia vniuerſæ S. Eccleſiæ curæ, licet immeriti præpoſiti, ea potius reſpicere debeamus, quæ maiora ſunt, & ſublimiora tangunt negotia, cogimur tamen paterno quodam affectu, quo eccleſiaſtici ſtatus ſubditos proſequimur, vt ea etiam, quæ minora videntur pro eiuſdem ſtatus felici regimine minimè negligamus: ſiquidem ad nos peruenit plurimarũ Prouinciarum, Ciuitatum, ſeu locorum Centuriones, quos Barigellos appellamus, vel etiam Gubernatores, Poteſtates, Commiſſarij, & Officiales quouis nomine nuncupentur, vt talia officia adipiſcantur, vel in eiſdem confoueantur diuerſis perſonis, etiam quandoq; locorum Gubernatoribus ipſis, ſeu eorum, aut legatorũ familiaribus de parte ſalarij, & mercedis contribuere, & (vt dicitur) correſpondere, & ſic donationis, ſeu recognitionis, & gratitudinis, vel alijs diuerſis titulis coloribus, & adinuentionibus eos participes facere, ita vt quadã ſimoniæ ſimilitudine fauores, & gratias huiuſmodi aucupentur quo fit, vt qui officia, ſeu adminiſtrationes hoc modo emũt potiuſquã ad ea eligantur illas pariter vendere curent ſubditos noſtros diuerſimodè grauãdo indebita exigẽdo, & extorquendo.

Cauſa huius prohibitionis.

Volentes igitur huiuſmodi grauaminibus, & ſordibus obuiare omnibus, & ſingulis Officialibus prędictis, tam dantibus, quàm recipientibus diſtrictè præcipimus, & mandamus, ne de cætero talia agere, ſeu tentare præſumant ſub pœna priuationis officij, & inhabilitatis ad alia, ac perpetuæ infamiæ, alijſq; pęnis arbitrio ſuperiorũ imponendis.

Prohibitio recipiẽdi, & dandi participationes de prouentibus officiorũ pro illis conſequendis.

Mandantes Venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus de latere Prouinciarum legatis, necnon earumdem Gubernatoribus, vt omni cura, ac diligentia inter officiales, & familiares ſuos inquirant, an talia committantur, quod ſi reos inuenerint puniant intelligentes, quod ſi in hoc negligentes, ſeu remiſſi fuerint, ipſi quicunq; ſint noſtræ indignationis effectum non euitabunt.

Præcipimus igitur eiſdem Legatis, Gubernatoribus, ac Magiſtratibus omnibus, & ſingulis, vt prouide, & cum effectu prouideant, vt miniſtri, & officiales huiuſmodi contenti ſint ſuis ſtipendijs, & nullo prorſus pretextu etiam quod dicant a ſponte dantibus recipere, Ciues, vel Comitatiuos moleſtent, ſed taxatis paucis aliquibus, quæ gratis habere ſolent iuxta cuiuſuis Prouinciæ, vel Ciuitatis laudabilem conſuetudinem, ſeu alias prout eorum legatorum prudentiæ, pietati, ac diſcretioni conueuire videbitur ſi quid vltra debitum aliquis ex militibus, ſeu birruarijs receperit ſi talis non apparuerit, vel ſoluere non poſſet tantum de ſalario ipſius Barigelli retineatur quantũ res ipſa extorta valet, & de eo Domino plenè ſatisfiat, vel alio modo ſatisfactioni prouideatur.

Prohibitio recipiendi aliqd vltra debita ſtipendia.

Recenſitis autem in principio cuiuſlibet Menſis Militibus prouideant, vt ſcriptus numerus verè, ac integrè retineatur.

Barigelli retineant verũ numerum Birruariorum.

Nec mercedes exequutionum, tam ciuilium, quam criminalium recipiant, niſi iuxta taxam à ſuperioribus prædictis conſtitutam, vel conſtituendam, & non niſi perfecta exequutione, & ſemel tantum Cedula ipſa taxarum vbiq; in omnibus Cancellarijs ciuilibus, & criminalibus affigatur vulgari ſermone deſcripta.

Mercedes iuxta taxam, & ſemel tantũ pro executione iã pfecta recipiãt Taxarum cedula retineatur i omnibus Cancellarijs.

Et demum vltra hęc ipſi legati, Gubernatores, Præſidentes vniuſcuiuſq; Prouinciæ, & Ciuitatis qualitate, & neceſſitate penſata ea conſtituant, ac ſeruari mandent quibus abuſus prorſus tollantur, laudabiles vero conſuetudines, conſtitutiones, ſubditorumq; indemnitas, paxque, ac iuſtitia conſeruetur in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumq;. Datum Romæ, Apud S. Petrum Idibus Octobris Anno Primo.

Gubernatores locorum tollant omnes abuſus.

Iuriſdictio

X V I.

Iuriſdictio, & Facultates DD. Conſulum Artis lanæ, Priuilegiaq; Mercatorum, circa exercitium dictæ Artis in Vrbe introducendum, ſiue renouandum.

Conſonat Pij Quinti. conſtitutio. xxxj. fol. 971.

SIxtvs Papa V. ad futuram rei memoriam.

CVM alias conſiderantes artem lanæ, quam in multis Italiæ ciuitatibus inſignibus in decus, & ornamentum illarum, publicamque vtilitatem exerceri accepimus, eius eſſe induſtriæ, vt facile omnes, omnis generis perſonæ ex ea, & eius exercitio viuere, & ſe manutenere poſſent. Cupienteſq; exercitium huiuſmodi in hanc noſtram Vrbem introducere, ſeu iam alias introductũ hodie tamen penè extinctum renouare, vt ſic pauperes, & miſerabiles perſonæ, etiam vagabundè vtriuſque ſexus, huius noſtrę Vrbis haberent in quo ſe exercerent, & exercendo victum ſibi compararent, Dilectum filium noſtrum Proſperum, tituli ſancti Clementis presbyterũ Cardinalem, de ſancta Cruce nuncupatum, deſuper deputauerimus. Et dilecti filij Alexander Capoceſalus, & Fenizius Alfanus, mercatores lanæ, ſeſe eidem obtulerint, & paratos eſſe dixerint, id onus, & hanc curam artis lanæ, & illius exercitium in dictam Vrbem introducendi, & vt panni cuiuſcunq; generis conficiantur, curandi ſuſcipere, ſub his conditionibus, capitulis, & ſtatutis nimirum, quod per Cameram noſtram Apoſtolicã duodecim millia ſcuta eis mutuo, & in contanti (idoneæ per eos cauto) de illis infra decem annos proximè vẽturos reſtituendis, darentur, & prętcrea alia mille ſcuta ex pecunijs eiuſdem Camerę ad ſatisfactionem, & ſeu commoditatẽm eorundem Alexandri, & Fenizij pro ædificio purgamenti, vulgo dicti il Purgo, quod dudum tempore Pontificatus, fel. record. Pij Papæ Quinti, prędeceſſoris noſtri, prope fontẽ Triuij de Vrbe cæptum fuit, & tincturiæ, ac inſtrumentis ad dictam artem neceſſarijs, ſtatim exponerentur, nec ipſi Alexander, & Fenizius ad horũ mille, nec aliorum mille ſcutorum, quæ tempore prædicto pro eodẽ ędificio a dicta Camera data fuere, aliter reſtituere tenerentur: ſed ipſa bis mille ſcuta commodo, & beneficio dictæ artis omnino cederent, & ſtatuta Collegij, ſiue ſocietatis Mercatorũ artis lanę huiuſmodi, necnon ſtatuta, & alia pręmiſſa ipſis confirmarentur, nec qui de dicta arte eſſent, tenerentur pro eorum creditis concernentibus materiam, & exercitium lanę, atq; tincturię, eiuſq; membra decoctis debitoribus cum alijs creditoribus diſcutere: ſed ſemper pręferentur, prout, & quemadmodum Mercatores Ripę pręferuntur: dictiq; Alexander, & Fenizius, ac pro tempore exiſtentes Conſules dictę artis lanę ad tres annos proximos, & continuos confirmarentur, vt ſic melius, & cõmodius ipſi formam, & modum introducendi artem, & exercitium lanę, atque tincturę cum ſuis annexis, & dependentijs tradere, ac ſtatuta Collegij, ſiue Societatis prędictæ ad vſum, & obſeruantiam reducere, nec prędicta duodecim millia, & alia mille ſcuta ipſis Alexandro, & Fenizio per ſuccedentes eis Conſules, aut alios quoſcumque dictę artis auferri poſſent. Quodque Conſules huiuſmodi pro tempore exiſtẽtes quemcunque in vlla afflictiua pęna etiam in cauſa criminali, vel mixta abſque voto aſſeſſoris ipſorũ ex omnibus, qui de dicta arte extiterint ad tempus eis beneuiſum eligendi condemnare nequirent. Econtra verò dicti Alexander, & Fenizius obligati eſſent dare lanam omnibus ijs, qui voluerint tali exercitio vacare, obſeruando ſtatuta, ac prępſtita cautione de reſtituendo valore lanę in termino ab ipſis Conſulibus ſtatuẽdo, vt ſic capitale, & corpus perpetuo eidem Camerę conſeruaretur. Inſuper tenerentur prędicti Alexander, & Fenizius ſtatim habitis dictis pecunijs incipere, facere, & conficere, ac fieri, & confici facere hic in Vrbe pannos cuiuſcunq; generis, & in ſpecie conficere, & fabricare ſingulis annis, excepto primo anno dictorum decem quolibet reliquorum nouem annorum centum petias pannorum, vt dicunt, mixtorum, & quinquaginta pan-

Sanct. hic Pontifex volens in Vrbe introducere Artem lanæ, in qua omnes, maxime pauperes victũ ſibi acquirere poſſunt, Illuſtriſsimũ Cardina. Sanctacrucĩũ ad hoc deputauit.

Qui Card. deſuper fecit ordinationes hic expreſſas, cum Vniuerſitate dictæ Artis.

ta pannorum exquiſitorum, alias finorum, & vigintiquinque ſtameggiatorum nigrorum guadi de ſeptuaginta in octuaginta, vt vocant. Pannorum verò monachinorum, etiam vigintiquinque petias, & totidem raſciæ, ac petias quinquaginta ſaiette. Non poſſent antem vllo modo pro pannis ſtameggiatis, monachinis, raſciæ, & ſaiettis huiuſmodi lanam ex pellibus pecorum euulſam, quam alias appellant pelatam, adhibere, ſub pœna amiſſionis ipſorummet pannorum, & quinquaginta ſcutorum pro qualibet petia, & in fine cuiuſcunq; anni docerent in Camera Apoſtolica ſe huiuſmodi pannos confeciſſe ſub reſtitutionis illico faciendæ earum pecuniarum, quas receperint, & aliis pœnis ad beneplacitum dictæ Cameræ, ſeu præſidentium ipſius infligendis. Et caſu quo monachini, & raſciæ, non ita expeditè venderentur, poſſent de licentia tamen eorumdem præſidentium Cameræ Apoſtolicæ tales pannos, ſeu confectionem ipſorum intermittere, & alios conficere, ita vt pecuniæ non remanerent inutiles, & pauperes haberent, in quo ſe ad vitã ſuſtentandam exercerent. Cum hoc tamen quod dicti Alexander, & Fenizius teneantur cõtinuo habere in eorum fundaco monachinos, raſciam, & alios pannos exquiſitos, Romæ confectos, & elaboratos, & alias, vt in ipſis capitulis, conditionibus, & ſeu ſtatutis plenius dicitur contineri. Quæ omnia per dictum Proſperum Cardinalem, vt ſupra a nobis deputatum, approbata, & confirmata fuerunt. Propterea nos exercitium hoc magis, ac magis promoueri peroptantes, ac dilectos filios Collegium, ſeu ſocietatem Mercatorũ artis lanæ dictæ Vrbis ad id excitare eoſdemq; ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, ac capitula, conditiones, & ſtatuta huiuſmodi rata habentes, illorumq; omnium tenores, & qualitates pro expreſſis habentes, & Alexandrum, & Fenizium, ac mercatores prædictos, & eorum ſingulos a quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſq; eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis a iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt ad effectum præſentium duntaxat cõſequendum, harum ſerie abſoluẽtes, & abſolutos fore cenſentes, capitula, & conditiones, ac noua huiuſmodi, necnon vetera Collegij prędicti ſtatuta, & ordinationes, fœlix regimen, & gubernium ipſius Collegij, ſeu ſocietatis concernentia, ac aliàs licita, & honeſta, nec ſacris canonibus, aut Concilio Tridentino contraria, quæ deſcripta ſunt in quodam eiuſdem Collegij libro in membrana manuſcripto, & coperturis ligneis corio rubro tectis compacto cum quatuor non cartulatis, ſic incipien. (Cum hoc ſit, quod ex forma cuiuſdam ſtatuti, ac finien. in hunc modum, & onera ſuſtinendo recipiant, & honores, & alijs 150. cartis, ſeu folijs cartulatis, vt præfertur, ſcriptis, & ſic pro rubrica incipien. Incipiunt ſtatuta Mercatorum artis lanæ, & deinde hæc verba ſubiunguntur. In nomine Dei patris, & filij, & Spiritus Sancti, & ad honorem, &c. Quæ quidem verba nigro colore ſine atramẽto ſunt ſcripta, in fine autem eiuſdem libri, videlicet vltimo fol. ſubſequens Notarij recognitio finẽ facit. Die 21. Ianuarij 1574. D. Horatius Fuſcus Notarius medio iuramento tactis, &c. recognouit prædicta ſtatuta eſſe vniuerſitatis artis lanæ Vrbis in forma) auctoritate Apoſt. per præſentes perpetuo approbamus, & confirmamus, ſupplentes ſingulos, tam iuris, quam facti defectus, ſiqui deſuper interuenerint. Ac inſuper nunc, & pro tempore exiſtentibus dicti Collegij Conſulibus, vt in eorum congregatione ſtatuta, & ordinationes prędicta toties quoties pro rerum, & temporum qualitate expediens fuerit reformare, corrigere, & in toto, vel in parte mutare, & de nouo condere, Ac de omnibus, & ſingulis cauſis, tam ciuilibus, quam criminalibus, ſeu mixtis, etiam ratione præteritorum lanæ artem concernentibus, iuxta prędicta ſtatuta, & ordinationes in futurum recognoſcere, eaſq; decidere, & terminare, ac etiam pœnas per dicta ſtatuta contra non obſeruãtes illa, aut aliàs impoſitas augere, ſeu immutare liberè, & licitè valeant. Ita quod cauſæ prędictæ per modernos, & pro tempore exiſtentes dictæ Vrbis Gubernatorem, Senatorem, & Conſeruatores, alioſq; Capitolinos Iudices, & cęteros etiam maiores Magiſtratus quouis prętextu, vel colore reaſſumi non poſſint. Quodq; dum ipſi Conſules in vnum conuenerint, aut totum Collegium prędictum congregabunt, pro negotijs dictæ artis lanæ licentiam a dilectis filiis dictę Vrbis Conſeruatoribus petere minimè teneantur, licentiam concedimus, & facultatem, eoſdemq; ad hunc effectum in Iudices ordinarios idoneos, & competentes,

Et modo idẽ Pontifex ordinationes prædictas, & etiam ſtatuta Concilio Tride. non contraria confirmat.

Iuriſdictionẽq; Conſulibus cõcedit cognoſcendi cauſas cõcernentes artẽ lanæ, & credita ab Hebræis conſequenda.

petentes, coram quibus ſolis, qui dictam artem lanæ exercuerint, etiam pro creditis eorum ab Hebręis conſequendis, non autem coram Vrbis prędictę Vicario, aut eius Vicegerente, nunc & pro tempore exiſtente, vel quoquam alio conueniri, & ipſos Hebręos conuenire debeant, perpetuo conſtituimus, ac deputamus. Decernentes pręſentes litteras ſemper, & in perpetuum ab omnibus vbiq; inuiolabiliter obſeruari, ac ſub quibuſuis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum a nobis, & ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſedeq; Apoſtolica pro tempore emanatis reuocationibus, ſupenſionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, & ad quorumuis inſtantiam, & etiam motuproprio conceſſis cõpręhendi: ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum reſtitutas, & de nouo etiam ſublata per eoſdem Collegium, ſeu ſocietatem eligenda conceſſas, ac validas, & efficaces eſſe cenſeri. Et ſic per quoſcunque iudices ordinarios, & delegatos, etiam S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his a quoquam quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus pręmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon tam dictæ Vrbis, quam aliarum quarumcumq; Ciuitatum, & locorum dicti ſtatus noſtri mediatè, vel immediatè ſubiectorum, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoq; indultis, & litteris Apoſtolicis quibuſuis perſonis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac clauſulis in contrarium forſan quomodolibet conceſſis. Quibus omnibus etiam ſi de illis ſpecialis ſpecifica, & ad verbum expreſſa mentio habenda eſſet illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſę derogamus, cęteriſq; contrariis quibuſcunque.

Clauſulæ præſeruatiuæ.

Decretum irritans.

Clauſulæ derogatoriæ.

Datum Romę, Apud S. Petrum ſub Annulo piſcatoris, die 18. Decembris 1585. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

XVII.

De Viſitandis, certis hic ſtatutis temporibus, SS. Apoſtolorum Petri & Pauli liminibus, ab omnibus Epiſcopis, &c.

SIXTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. ROMANVS Pontifex, Beatiſſimi Petri Apoſtolorum Principis ſucceſſor, in altiſſima militãtis Eccleſiæ ſpecula, diuina diſpoſitione, collocatus, ex credito ſibi Apoſtolicæ ſeruitutis officio omnium Eccleſiarum ſollicitudinem habere, totiuſque Dominici Gregis, qui vnius ſanctæ Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ per vniuerſum Orbem terrarum diffuſæ, ſacro ouili concluditur, curam gerere tenetur. Huius verò tam grauis, & ingentis oneris, angelicis planè humeris formidãdi, magnitudinem, vt facilius ferre poſſet, venerabiles fratres ſuos Catholicos Epiſcopos in partem ſuæ ſollicitudinis aduocauit, qui tanquam ſeniores in populo Dei, pleni ſapientiæ ſpiritu, in ſua quiſq; paſtorali vigilia excubantes, illius ſupremi in terris paſtoris immenſos labores ſubleuarent, in quo vno Deo auctore, plenitudo reſidet poteſtatis. Nimirum, vt Epiſcoporũ opera, & adiumento, vbiq; locorum gregis ſibi commiſſi vultum agnoſceret, & ſpiritualium ouium morbos intelligeret, curationeſq; adhiberet, atq; ex ſui muneris officio, perdita requireret, abiecta reduceret, confracta alligaret, infirma conſolidaret, pinguia, & fortia cuſtodiret: deniq; aſſiduis paſtorum vocibus admonitus, de toto Eccleſiarum ſingularum ſtatu certior redderetur, ne quicquam omnino illum lateret earum rerum quas ad Dei gloriam augendam, ad Chriſtianam Religionem propagandam, ad animarum ſalutem procurandam, neceſſario eundem ſcire, atq; intelligere oportet, vt omnibus cognitis, & examinatis, pro

Cauſæ huius conſtitutionis.

ea, quæ ſibi a Chriſto Domino tributa eſt, ſumma poteſtate, alia in Vinea Domini Sabaoth euellat, alia plantet, alia ædificet, alia deſtruat, quemadmodum ex rerum, & temporum conditione ſalubrius in Domino viderit expedire. Ob quas ſanè cauſas iure optimo, & Spiritus ſancti inſtinctu, à ſanctiſſimis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris iam ab antiquiſſimis temporibus inſtitutum eſt, & per multas ætates magno Eccleſiæ Dei commodo obſeruatum, vt ſinguli Epiſcopi, Archiepiſcopi, Primates, & Patriarchæ, cæteris præſcriptis temporibus, per ſe ipſos, vel per certum eorum Nuncium, omni occaſione ſepoſita, Beatiſſimorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, qui hanc Almam Vrbem ſuo ſanguine conſecrarunt limina, tanquam fidei petram, & totius ſacerdotalis vnitatis fontem iureiurando ſe viſitaturos pollicerentur, atque ita S. R. E, matris ſuæ complexu recreati, & paterno ſummi Pontificis colloquio roborati, ad Eccleſias ſuas regendas alacriores, & inſtructiores redirent. Cæterum hæc tam ſalutaris, atq; neceſſaria Conſtitutio, partim hominum negligentia, partim antiqui humani generis hoſtis aſtutia, varijs etiam inſurgentibus temporum calamitatibus, valde refriguit, alijs alia, atq; alia impedimenta prætexentibus, in graue animarum ſuarum periculũ, & quibus præſunt, Eccleſiarum detrimentum. Nec verò dubitandum eſt, quod ſine maximo animi mœrore commemorare non poſſumus, pernicioſiſſimas hæreſes, quibus multis iam annis, hominum peccatis ita promerentibus, Eccleſia vexatur, & Chriſti Domini veſtis dilaceratur, ex eiuſmodi ſaluberrimæ viſitationis intermiſſione, partim ortas eſſe, partim latenti progreſſione magnum incrementum accepiſſe. Nam ſi celeriter in ipſo naſcentis mali initio, ab ipſis Epiſcopis pro rei grauitate ad Romanum Pontificem relatum eſſet, ſanè illius prouidentia, & auctoritate, ſtatim venenatæ ſtirpes ex agro Domini euulſæ eſſent, & diabolici ignis ſcintillæ ſubito oppreſſæ, atq; reſtinctæ in tot flammas, & luctuoſa incendia non erupiſſent. Hæc, atque alia grauiſſima incommoda, cum primum ad ſummi Apoſtolatus apicem, meritis licet imparibus Deo ita volente, vocati ſumus, attentius conſiderantes, non ſolum ex intimis animi ſenſibus indoluimus, ſed ſtatim de adhibendo remedio, diuina gratia adiutrice, cogitare cœpimus: Vrget enim nos Dei timor, & acres animo noſtro ſtimulos dies noctesq; ſubijcit, quemadmodum in tremendo illius iudicio, adminiſtrationis noſtræ rationem reddamus. Nam ſi huic tanto malo, quod magis quotidie ingraueſcit, non occurramus, non poſſumus nobis ipſis nõ valde timere, cum crebro in mentem veniant, & quaſi aures noſtras perſonent ſacræ illæ voces, comminationis, & terroris plenæ:

Ezech. c. 3. *Fili hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſrael, & ſanguinem eius de manibus tuis requiram.* Et quod Petro à

Luc. c. 22. *Domino* dictum eſt: *Confirma fratres tuos.* Et illud Apoſtoli *Pauli*, (quod tanto magis ad nos pertinet, quanto maiorem præter cęteros, paſtoralis officij curã ſortiti ſumus:)

Act. c. 20. *Attendite vobis, & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.* Quocirca eorundem prędeceſſorum noſtrorum veſtigijs inhærentes, ſimulque modum, & temporum ſpatia Eccleſiarum earundem Præſulibus, pro cuiusque interuallo, & locorum diſtantia, moderantes hac perpetua Conſtitutione ſancimus, decernimus, & mandamus: vt omnes Patriarchę, Primates, Archiepiſcopi, Epiſcopi per vniuerſum terrarum Orbem conſtituti a nobis deinceps ordinandi, etiam ſi Cardinalatus honore præfulgeant, antequam munus conſecrationis ſuſcipiant, ſeu eis conſecratis Pallium de Beati Petri corpore ſumptum tradatur, aut ſi ad aliam Eccleſiam traſferantur, antequam illius regimini, & adminiſtrationi ſe immiſceant ſiquidem præſentes in Curia fuerint, in manibus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis ordine prioris, ſi verò abſentes in manibus Antiſtitis, qui ad impendendum munus prædictum, aut ad tradendum Pallium huiuſmodi a Sede Apoſtolica delegabitur: iurent iuxta formulam in libro Cancellariæ Apoſtolicæ Quinterno appellato, nuper deſcriptam, ſe Beatiſſimorum Apoſtolorum Petri, & Pauli limina, ſtatutis in hac noſtra Conſtitutione temporibus, perſonaliter, ac per ſe ipſos viſitaturos, ac nobis, & ſucceſſoribus noſtris pro tempore exiſtentibus Romanis Pontificibus rationem reddituros de toto eorum paſtorali officio, deque rebus omnibus ad ipſarum, quibus præſunt Eccleſiarum ſtatum, ad Cleri, & Populi diſciplinam, animarum denique, quæ illorum fidei creditæ ſunt ſalutem, quouis modo pertinentibus, & viciſſim

Sanctiſſimus iſte Pont. ob vrgẽtiſſimas cauſas hic expreſſas præcipit omnibus Prælatis ad aliquam Eccleſiã ordinandis, ſiue transferendis, vt iurent, quod limina Apoſtolorũ ſtatutis hic tẽporibus viſitabunt, & Põtifici de eorum paſtorali officio, &c. rationẽ dabũt, mandataq; Apoſtolica diligentiſſimè exequentur.

viciſſim Mandata Apoſtolica humiliter recepturos, & quam diligentiſſimè executuros.

> Et ſi impediti fuerint, præmiſſa per certum Nuncium adimplebunt.

Quod ſi legitimo impedimento detenti fuerint, iurent ſe prædicta omnia adimpleturos per certum nuncium ad id ſpeciale mandatum habentem, de gremio ſuorum Capitulorum, aut alium in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutum, ſeu alias perſonatũ habentem, aut ſi huiuſmodi hominem Eccleſiaſtica dignitate, & perſonatu præditũ non habeant, per Diœceſanum Sacerdotem, & ſi Clero careant, omnino per aliquem alium Presbyterum ſecularem, vel regularem ſpectatæ probitatis, & religionis de ſupradictis omnibus plenè inſtructum. De huiuſmodi autem impedimento docere debeant per legitimas probationes, ad dictum primum Diaconum Cardinalem per ſupradictum Nuncium tranſmittendas.

> Idẽ Pont. hortatur Principes Tẽporales, vt per ipſos Epõs, & eorum nuncios eis fidos, a Sede Apoſt. cõſilia, & ſubſidia petant.

Quinetiam Principes temporales, ſi quid pro eorum pietate, & erga hanc Apoſtolicam Sedem obſeruantia Romano Pontifici voluerint ſignificare, eoſdem, ſiue epiſcopos, ſiue alios, qui ab eis mittentur, fidos habebunt nuncios, ac relatores, quorum opera, ab eadem ſede pro illorum Dominijs, Ditionibus, & rebus firmandis, ac ſtabiliendis, & eum Dei, & Sanctæ Religionis cauſa, ſine qua tuto conſiſtere haud poſſunt, coniungendis, opportuna ſinceræ charitatis officia, conſilia, atque ſubſidia expectare certo poterunt.

> Temporaque omnibus Prælatis præfinit, ad complendũ hoc Viſitationis Officium.

Ad hoc autem debitum Viſitationis officium commodè explendum ſupradicti omnes Patriarchæ, Primates, Archiepiſcopi, & Epiſcopi Itali videlicet, vel ex Italicis Inſulis, vnde in Italiam commodius traijci poteſt, veluti Siculi, Sardi, Corſi, & alij adiacentium Prouinciarum Italiæ, ac etiam Dalmatiæ, & Græcarum, quæ è regione ipſis Italiæ, & Siciliæ oris ſunt, tertio anno, Germani vero, Galli, Hiſpani, Belgæ, Bohemi, Vngari, Poloni, Angli, Scoti, Iberni, & cæteri omnes, qui in Europa ſunt citra mare Germanicum, & Balticum, ac omnium inſularum Maris Mediterranei, quarto anno, & qui intra Europæ fines ſunt, his Prouincijs remotio res, ac etiam Africani littoribus noſtris aduerſi, ac Inſularum Maris Oceani Septentrionalis, & Occidentalis Europæ, & Africæ citra continentem noui Orbis, tam qui nunc ſunt, quàm qui ad Catholicam fidem per miſericordiam Dei aliquando redierint, quinto anno. Aſiatici vero, & qui extra Aſiam, & in alijs nouis terris Orientalibus, Meridionalibus, Occidentalibus, & Septentrionalibus, tam in inſulis, quàm in Continentibus, & denique in quibuſlibet Mundi partibus decimo anno iter ſuſcipiant, & Deo concedente perficiant, idemque inſtitutum tertio quoq; quarto, quinto, & decimo anno repetant, & obſeruent. Hæc autem annorum ſpatia à tempore ſuſcepti muneris conſecrationis, vel Pallij traditionis, aut tranſlationis, vt præfertur, incipiant. Quæ ne longius differatur.

> Tempus Viſitationis Anteceſſoribus excurſum, Succeſſoribus excurriſſe declarat.

Volumus q tẽpus qualecũq; excurſum alicui ex ſupradictis Præſulibus, qui ſiue morte præuentus, ſiue alia quacũq; de cauſa ob non finitum tempus ei præſcriptum, dicta limina non viſitauerit, ita illius ſucceſſori effluxiſſe, & excurriſſe intelligatur, vt termino ipſo iuxta prædeceſſoris ſui iuſiurandum completo debitã tunc viſitationem quamprimum conficere teneatur.

> Prelatos hactenus ad Eccl. ordinatos, & trãslatos, a die publi. huius conſtit. ligari decernit.

Hi vero ex ſupradictis Antiſtitibus, qui hactenus ab hac ſancta Sede ordinati ſunt, aut dictum Pallium ab ea ſuſceperunt, aut ad aliam Eccleſiam tranſlati ſunt, prout cuique diſtantia locorum, & temporum interualla præſcripta ſunt, ad ſupradicta omnia obſeruanda a die publicationis præſentis conſtitutionis omnino teneantur.

> Inobediẽtibus circa huius Viſitationis officium pœnas infligit.

Iubemus igitur in virtute ſanctæ obedientiæ ſupra dictis omnibus Antiſtitibus præſentibus, & futuris, vt viſitationem prædictam ſibi, ſuiſque Eccleſijs adeo vtilem, ac neceſſariam iuxta præſcriptam formulam omnino cõficiant. Si verò, quod abſit, non egerint, eos ab ingreſſu Eccleſiæ, ac etiam ab adminiſtratione, tam ſpiritualium, q̃ temporalium, necnõ à perceptione fructum ſuarum Eccleſiarum, à Capitulis eorum omni exceptione, & mora ceſſante, interim liberè exigendorum, & in opus fabricæ, ſeu ornamentorũ Eccleſiæ emptionem, prout maior exegerit neceſſitas, inſumendorum, ipſo facto tam diu ſuſpenſos eſſe volumus, donec à contumacia reſipiſcentes relaxationem ſuſpenſionis huiuſmodi à ſede prædicta meruerint obtinere.

> Clauſulæ derogatoriæ.

Non obſtantibus Priuilegijs, abſolutionibus, Indulgentijs, & alijs conceſſionibus de non viſitandis liminibus eiuſmodi quibuſcumque Eccleſiarũ Prælatis, & per quoſcunque

cunque Rom.Pont.ac etiam nos, & dictam ſedem ex quibuſuis cauſis perpetuo,vel ad tempus cõceſſis, extenſis, & innouatis, quæ omnia contra præmiſſa quicquam nolumus ſuffragari, alijſque contrarijs quibuſcunque.

Abſolutionẽq; a reatu periurij, his qui Viſitationem vſque modo diſtulerunt, concedit.

Cæterum nos ſaluti,& conſcientiæ ſecuritati eorum Pręſulum, qui ad huiuſmodi viſitationem obligati, eam contra iuſiurandum hucuſque diſtulerunt, conſulere volentes, eos ſingulos à periurij reatu, & à Canonicis, Apoſtolicisque omnibus ſententijs, quas propterea incurrerunt, auctoritate præſentium abſoluimus, quos tamen, pro exceſſu huiuſmodi eleemoſynam quantam, & cui, vel quibus eorum Confeſſarius ſtatuerit applicandam, volumus erogare. Quia verò difficile nimis eſſet præſentes litteras quocunque illis opus erit, perferri, Volumus quoque, vt earum exemplis etiam impreſſis manu Notarij publici, & ſigillo perſonę in dignitate Eccleſiaſtica cõſtitutæ obſignatis, eadem prorſus adhibeatur fides, quæ ijdem præſentibus, etiã in dicto Quinterno deſcribendis haberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ſanctionis, decreti, mandati, iuſſionis, abſolutionis, & voluntatum infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationis omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ, Apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo quinto, 13. Calend. Ianuarij, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

H. Prodat.

Io. Baptiſta Canobius.

Publicatio.

Anno à Natiuitate Domini, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo quinto, Indictione xiij. die vero xx. Menſis Decembris, Pontificatus Sanctiſſ. D.N.D. Sixti diuina prouidentia Papæ V. Anno I. Retroſcriptæ litteræ affixæ, & publicatæ fuerunt in valuis, ſeu portis S. Ioannis Lateranenſis, & S. Petri Principis Apoſtolorum de Vrbe, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ, & in acie Campi Floræ, & per aliquod temporis ſpatium dimiſſæ, per nos Ioannem Freile, & Nicolaum Taglıettum Sanctiſsimi Domini Noſtri Papæ Curſores.

Alex. Parabiacus Mag. Curſ.

XVIII.

De Feſto S. Nicolai de Tolentino (qui Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini profeſſor fuit) ſingulis annis, die decima Menſis Septembris, celebrando, & in Calendarium Romanum reponendo.

SIXTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. SANCTA Romana vniuerſalis Eccleſia, quos Omnipotens Deus ſicut ſol in conſpectu ſuo fulgentes in Cœlo coronat, pio cultu & admirabili honore, per anni circuitum die, vt plurimum, qua eos ad cęleſtia regna migrare contigit, in terris voluit venerari, vt eorum Chriſtifideles glorioſa memoria incenſi, & exemplis inflammati per exercitium bonorum operum, pijs etiam ſuffragijs adiuti, diuinæ Maieſtatis gloriam in Sanctis ſuis agnoſcere, & ipſius beneficia promereri facilius valeant. Ad hunc itaq; laudabilem ſanctorum numerum Beatus Nicolaus Tolentinas, de cuius vita, conuerſatione, & ſancta obdormitione in Domino Tolentinates gloriantur, regularia Sancti Auguſtini Eremitarum inſtituta amplexus, cum tanta vitæ puritate, & integritate contendit, vt ipſius viri ſanctitas longè, latèque per diuerſas mundi regiones ad Indos vſque Occidentales propagata, diffuſaq; ſit. Hunc itaq; miraculorum ſignis, in quo inexhauſta Dei benignitas, in vita, ac poſt mortem operari voluit adducti, fœlicis recordationis Ioannes xxij. & Innocentius vj. primo in numerum Sanctorum referre concurrerunt, & deinde piæ memoriæ Eugenius iiij. Roman.

S. Nicolai de Tolentino merita, & laudes recenſentur.

Roman. Pontifices prædeceſſores noſtri eorundem Sanctorum Catalogo ſolemni ritu adſcripſit poſt cuius relationem inter numerum ſanctorum celeberrimũ, maximumque illud miraculum extitit, quòd Eccleſia Romana iam per annos amplius quinquaginta ſchiſmatum diſſidijs grauiter afflicta, huius Beati viri meritis, & interceſſione, ſublatis erroribus pacem, præter ſpem, ſummam conſecuta eſt, Quare nos qui Eccleſię Firmanæ, in cuius diœceſi Oppidum ſancti Angeli, vbi ſanctus ipſe Nicolaus eſt ortus, conſiſtit, in minoribus conſtituti præfuimus, nomen, & ſanctitatem ipſius Beati Nicolai dignis, quantum noſtra patitur infirmitas honoribus decorare volentes; hac preſenti noſtra conſtitutione mandamus, vt eiuſdem Beati Nicolai Confeſſoris glorioſi dies feſtus quarto idus Septembris agatur, duplicique poſthac, & proprio, & vbi propria non erunt, de communi Confeſſorum non Pontificum officio, per cunctas totius Chriſtiani Orbis Eccleſias ſingulis annis perpetuis futuris temporibus celebretur, & in Kalendario Romano cum duplicis feſti adiectione inſcribatur. Sicubi verò feſtus Beati Nicolai dies ſupradictus ex fidelium deuotione, ſeu conſuetudine, præcepto, aut Indulto Apoſtolico maiori aliqua celebrari conſueuerit obſeruantia, ea omnino ibidem retineatur. Mandantes omnibus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, cæteriſq; Eccleſiarum Prælatis in toto Orbe terrarũ conſtitutis, vt faciant in ſuis quiſq; Eccleſijs, Prouincijs, Ciuitatibus, & diœceſibus præſentes noſtras litteras ſolemniter publicari, & ab Eccleſiaſticis perſonis ſæcularibus, & quorumuis ordinum regularibus, omnino obſeruari, quamuis in vltimis Breuiarij, & Miſſalis reformationibus adnotatio huius ſolemnitatis poſita nõ fuerit. Volumus quoque, vt præſentium exemplis etiam impreſſis, manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides vbiq; locorum, & gentium adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ, Apud ſanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo quinto. Decimo Kal. Ianuarij. Pont. Noſtri Anno Primo.

S. Nicolaus, a Ioanne xxij. & Inn. 6 in numerum SS. relatus, & ab Euge. iv. Catalógo SS. aſcriptus fuit.

Et modo a Sãctiſſ. Sixto V. q Eccleſiæ Firmanæ in cuius diœceſis oppido S. Angeli, ipſe S. ortus eſt, Epiſcop' fuit, die x. Septembris, ſingulis annis eius feſtum celebrari præcipitur.

H. Prodat.

Anno à Natiuitate Domini, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſexto, Indictione decimaquarta, die vero vigeſimaoctaua Menſis Ianuarij, Pontificatus Sanctiſsimi Domini Noſtri, Domini Sixti diuina prouidentia Papæ Quinti. Anno Primo. Retroſcriptæ litteræ Apoſtolicæ affixæ, lectæ, & publicatæ fuerunt in valuis, ſeu portis Eccleſiarum Sancti Ioannis Lateranenſis, & Sancti Petri Principis Apoſtolorum de Vrbe, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ, & in acie Campi Floræ, & per aliquod temporis ſpatium in ipſis valuis dimiſſæ, per nos Io. Freile, & Nicolaum Tagliettum Sanctiſsimi Domini Noſtri Papæ Curſores.

Publicatio.

Alex. Parabiachus Mag. Curſ.

XIX.

De Feſto S. Antonij de Padua (qui Ordinis S. Franciſci profeſſor fuit) ſingulis annis, die 13. Menſis Iunij, celebrando, & in Calendarium Romanum reponendo.

Indulgentiam quoque plenariam perpetuam hic idem Sanctiſſ. Pont. Sixt. V. conceſsit pro Feſtiuitate huius Sancti, vt ſup. in conſt. 13. fol. 39.

SIXTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. IMMENSA diuinæ ſapientiæ altitudo, cuius inſcrutabilia ſunt iudicia dignata eſt olim per Prophetam reuelare, Deum in Sanctis ſuis laudari velle. Quod nos ad eorumdem Sanctorum memoriam debita ſolemnitate celebrandam eo magis inuitat, quia dum eorum merita recenſentur, virtutum quoque

exempla fidelibus imitanda proponantur, vt per ea fideles ipſi gradientes, ad cęleſtem beatitudinem eorundem Sanctorum ſuffragijs adiuti facilius valeant peruenire. Quapropter nos conſiderantes quòd inter multos ſanctitate, & doctrina præclaros viros, qui ſancti Franciſci veſtigia ſequti fuerunt, beatus Antonius Vlyſſiponenſis, Patauinus nuncupatus, eximiæ ſanctitatis vir fuit, qui ab ineunte ætate mundum eiuſque illecebras veluti venenum aſpidum fugiens, Deo ſe dicauit, ipſiuſque Seraphici Franciſci inſtitutum magna cum ſpe deſiderioque martyrij religioſe eſt complexus, in ſuſcepta vitæ diſciplina progrediens, cooperante Domino, mundi, carnis, & diaboli humani generis hoſtium egregijs dimicationibus triumphum reportauit: diuina præterea imbutus ſapientia, multiſq; varijſque prouincijs peragratis, maxima hominum ab eo qui lux, via, veritas, & vita eſt, aberrantium copia præclaris Chriſtianorum virtutum exemplis illuſtrauit, ac verbi Dei, quod velut imber de cælo deſcendens, terramque inebrians facit eam germinare, pia fœcundaque prædicatione mentes hominum ſalutaribus præceptis fœcundauit, multoſque ad catholicæ doctrinæ lucem, & verbis, & conſequentibus ſignis perduxit, ac demum diuerſis in vita, & poſt obitum miraculis clarus, ad permanentem illam, nullique mutationi obnoxiam patriam, recto atq; incitato curſu euolauit, vbi in ęternis cæleſtis regni manſionibus beatus perfruitur. Ipſe autem a felicis recordationis Gregorio Papa nono prædeceſſore noſtro, Sanctorum quos catholica venaratur Eccleſia, catalogo ſolemni ritu adſcriptus, in cælo pro ipſa ſemper Eccleſia apud Deum vna cum omnibus Sanctis eiuſdem gloriæ conſortibus aſſiduæ, & pro peccatoribus intercedit. Quare vt eiuſdem beati viri qui ordinis ipſius ſancti Franciſci profeſſor fuit, memoria a fidelibus crebrius recolatur, celebrique totius Eccleſiæ veneratione celebretur, Nos, & diuinis illius meritis adducti, & præcipuæ erga illum noſtrę deuotionis ſtudio excitati, hac præſenti conſtitutione præcipimus, & mandamus, vt eiuſdem beati Antonij de Padua nuncupati confeſſoris glorioſi dies feſtus Idibus Iunij, quo die ex hoc collacrymabili ſæculo ad cæleſtem patriam abijt, ſolemniter peragatur, ac ſub duplici minori, & proprio officio, atque vbi propria non erunt, de communi Confeſſorum non Pontificum poſt hac perpetuis futuris temporibus in omnibus vniuerſis orbis eccleſijs rite celebratur, & in Calendario cum duplicis feſti adiectione inſcribatur: ſicubi vero dies ſupradictus ex fidelium deuotione, ſeu conſuetudine, aut præcepro, vel indulto Apoſtolico maiori obſeruãtia, etiam ſi duplici maioris in die feſti, & duplici minoris per octauam, vt apud Fratres eiuſdem ordinis ſancti Franciſci, celebrari conſueuerit, id omnino ibidem retineatur. Præcipientes omnibus, & ſingulis Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, ceteriſq; eccleſiarum prçlatis, ac quorumcumque regularium locorum, & Ordinum ſuperioribus, quatenus in ſuis quiſque eccleſijs, prouincijs, ciuitatibus, & diœceſibus, ac regularibus locis pręſentes litteras ſolemniter publicari, & ab omnibus eccleſiaſticis perſonis tam ſęcularibus quàm quorumuis Ordinum regularium ſecundum ritum Sanctę Romanę Eccleſiæ officiũ perſoluentibus, omnino obſeruari faciant, ſi in Breuiarij & Miſſalis reformationibus nuper editis præfata ſolemnitas appoſita non fuerit. Quoniã autem difficile eſſet eaſdem pręſentes ad ſingula orbis loca peruenire, & volumus, Apoſtolica auctoritate decernimus, vt earum tranſumptis, & exemplis etiã impreſſis, manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica cõſtitutę munitis, eadem prorſus fides vbique gentium, & locorum adhibeatur, quę ipſis præſentibus litteris adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ, Apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ. Milleſimo quingenteſimo octuageſimo quinto, decimonono Kal. Februarij, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

S. Antonii de Padua merita, & laudes recenſentur.

S. Antonius de Padua a Greg. nono, Catalogo SS. adſcriptus fuit.

Ordiniſq; Sancti Franciſci profeſſor fuit.

Et modo a Sanctiſſ. Six. V. ex eodem ordine S. Franciſci, ob præcipuam in eum deuotionem Feſtũ eiuſdem S. Antonij die 13. Iunij celebrari, & in Calendarium Romanum reponi præcipitur.

H. Prodat.

Io. Baptiſta Canobius.

De Feſto

X X.

De Feſto S. Ianuarij Epiſcopi, & ſociorum eius Martyrum, ſingulis annis die decimonono Menſis Septembris celebrando, & in Calendarium Romanum reponendo.

SIXTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

PIA Sanctorum patrum prouidentia inſtitutum eſt in Eccleſia Dei, & poſteris traditum, vt complurium martyrum inſignium memoria ſtatis diebus, ſolemnibuſque cęremonijs, atque anniuerſarijs ſacris in cunctis Eccleſijs recolatur. Ita enim, & illis honor debitus tribuitur, & fideles ad eorum imitanda exempla pro ſuo quiſque modulo inuitantur. Proinde nos operę pretium duximus efficere, vt ſanctorum Martyrum Ianuarij Epiſcopi, & ſociorum eius, qui poſt vincula, & carceres glorioſa Martyrij corona propter Chriſti nominis confeſſionem ſunt donati, iucundam recordationem, diu intermiſſam renouando, plebem Dei hilaremus: cuius quidem beati Ianuarij ſanctitatem, Deus omnipotens multis, iiſque clariſſimis editis miraculis ad noſtram vſque ętatem in Neapolitan. potiſsimum Ciuitate, in qua eius corpus ſepultum religioſe aſſeruatur celeberrimè apud omnes gentes, teſtatam eſſe voluit, adeò vt non immeritò tum in dininis officiis, tum in ipſo ſacrificio ab vniuerſo fidelium cœtu eorum commemoratio fieri debeat, prout ante nouam reformationem Roman. Miſſalis, & Breuiarij fieri conſueuerat. Hac igitur noſtra perpetuò valitura conſtitutione pręcipimus, vt eorundem ſanctorum Ianuarij, & ſociorum eius dies feſtus tertiodecimo Calendas Octobris, in totius orbis terrarum Eccleſijs ſimplici officio de communi plurimorum martyrum celebretur: ac decernimus, vt in nouo etiam quo nunc vtimur, ſicut antea in veteri Calendario ad eum diem ſanctorum eorundem nomina, & Simplicis nota aſcribatur. Mandantes omnibus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, cęteriſq; Eccleſiarum Prælatis in vniuerſo orbe conſtitutis, vt in ſuis quiſq; Eccleſijs, Prouincijs, Ciuitatibus, & diœceſibus præſentes noſtras ſolemniter publicari faciant, ab omnibuſq; eccleſiaſticis perſonis ſecularibus, & quorumuis ordinum regularibus omnino obſeruari: licet adnotatio huius celebritatis in poſtremis Breuiarii, & Miſſalis reformationibus fuerit prętermiſſa. Volumus autem, vt pręſentium exemplis, etiam impreſsis, manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutę munitis, eadem prorſus fides vbique adhibeatur, quę ipſis pręſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſę.

S. Ianuarii, & ſociorum merita, & laudes recenſentur.

Borumq; Feſtum dio 19 Septembris ſingulis annis celebrari præcipitur ab iſto Sanctiſſ. Six. V. Pont. Max.

Datum Romę, Apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicę, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo quinto, Sexto Calend. Februarij, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

H. Prodat.

Io. Baptiſta Canobius.

Anno à Natiuitate Domini, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſexto, Indictione xiiij. die vero x. Menſis Februarij, Pontificatus Sanctiſſ. D.N. D. Sixti diuina prouidentia, Papæ V. Anno I. Retroſcriptæ litteræ Apoſtolicæ affixæ lectæ, & publicatæ fuerunt, & per aliquod temporis ſpatium dimiſſæ in valuis, ſeu portis SS. Ioannis Lateranenſis, & S. Petri Principis Apoſtolorum de Vrbe, nécnon Cancellariæ Apoſtolicæ, & aciei Campi Floræ per nos Ioannem Freile, & Nicolaum Tagliettum Sanctiſsimi Domini Noſtri Papæ Curſores.

Publicatio.

Regiſtrata apud Io. Bapt. Secretarium.

Alex. Parabiacus Mag. Curſ.

G 2 Prohibitio

XXI.

Prohibitio Iudiciariæ Aſtrologiæ artem exercendi, Incantationes, diuinationes, & ſortilegia faciendi, ac libros de eis legendi, & tenendi, Ordinariorumque, & Inquiſitorum facultas, inobedientes coercendi.

De pœnis huiuſmodi Incantatorum, & Sortilegiorum, vide ſup. in Leon. x. conſt. 11. circa fi. fol. 195. & Alex. vj. conſt. 5. fol. 277. & ibi not.

SIxtvs Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.
COELI, & Terræ Creator Deus, quem vnum Omnipotentem corde
credimus ad iuſtitiam, & ore confitemur ad ſalutem, etſi homini, quem ad
imaginem, & ſimilitudinem ſuam creauit, mentem dederit, quæ non ſolum
diuino fidei lumine illuſtrata, myſteria illa cognoſceret, quæ humanam intelligentiam
ſuperant, ſed etiam naturæ ſuæ vi, magno licet cum labore, præclara multa inueſtigaret;
atq; intelligeret. Tamen, vt ſuperbum animal homo non altum ſaperet, ſed time-
Cauſæ huius conſtitutionis. ret, & immenſam conditoris ſui maieſtatem, humi ſtratus veneraretur, ſibi ſoli eorũ,
quæ euentura ſunt, ſcientiam, & futurarum rerum cognitionem reſeruauit. Solus enim
ipſe, cuius oculis omnia nuda, & aperta ſunt, & ad intimas hominum cogitationes penetrat,
& conſequentes eorum actiones intuetur, ſolus ipſe, qui vocat ea, quæ nõ ſunt,
tamquam ea, quæ ſunt, omnia præſentia, & ante oculos poſita habet, ſolus deniq; omnia,
& ſingula quæcunq; totius temporis decurſu, & ſæculorum ætatibus futura ſunt,
ab omni æternitate nouit, & admirabili prouidentia diſpoſuit, quæ non modo humanæ
mentis imbecillitas ignorat, ſed nec dæmones ipſi præſentire poſſunt. Quare Idolorũ
in futuris annuntiandis falſitatem, & imbecillitatem, & eorum qui eis cultum adhibebant,
vanitatem irridet Spiritus Sanctus apud *Iſaiam* illis verbis. *Annuntiate quæ ventu-*
Iſa. c. 41. *ra ſunt in futurum, & ſciemus, quia Dij eſtis vos:* & in nouo Teſtamento *Christus* Dominus
diſcipulorum ſuorum de futuris euentis paulo cupidius inquirentium, interrogationem
graui illa reſponſione retudit, qua etiam omnium fidelium ſuorum curioſitatem
Act. c. 1. tem coercuit. *Non eſt veſtrum ſcire tempora, vel momenta, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate.*
Nec vero ad futuros euentus, & fortuitos caſus prænoſcendos (futuris euentibus
ex naturalibus cauſis neceſſario, vel frequenter prouenientibus, quæ ad diuinationem
non pertinent, dumtaxat exceptis) vllæ ſunt veræ artes, aut diſciplinæ, ſed fallaces,
& vanæ improborum hominum aſtutia, & dæmonum fraudibus introductæ, ex quorum
operatione, cõſilio, vel auxilio omnis diuinatio dimanat, ſiue quòd expreſſè ad futura
manifeſtanda inuocentur, ſiue quod ipſi prauitate ſua, & odio in genus humanum,
occultè, etiam præter hominis intentionem ſe ingerant, & intrudant vanis inquiſitionibus
futurorum, vt mentes hominum pernicioſis vanitatibus, & fallaci contingentium
prænunciatione implicentur, & omni impietatis genere deprauentur. Quæ quidẽ ipſis
cognita ſunt, non diuinitate aliqua, nec vera futurarum rerum ſcientia, ſed naturæ ſubtilioris
acumine, & alijs quibuſdam modis, quos hominum obtuſior intelligentia ignorat.
Quamobrem dubitandum non eſt, in huiuſmodi futurorum, cõtingentium, & fortuitorum
euentuum inquiſitione, & præcognitione, Diaboli operationem ſe fallaciter
immiſcere, vt ſua fraude, ac dolis, miſeros homines à via ſalutis auertat, & laqueo damnationis
inuoluat. Quæ cũ ita ſint, nonnulli hæc fideliter, & religioſè, vt debent, non
attendentes, ſed curioſa ſectantes, grauiter Deum offendunt, errantes ipſi, & alios in
errorem mittentes; tales in primis ſunt Aſtrologi olim Mathematici, Genethliaci, &
Planetarij vocati, qui vanam, falſamq; ſyderum, & aſtrorum ſcientiam profitentes, diuinæq;
diſpoſitionis ordinationem, ſuo tempore reſeruandam præuenire audaciſſimè
ſatagentes, hominum natiuitates, ſeu genituras, ex motu ſyderum, & aſtrorum curſu
metiuntur, ac iudicant futura, ſiue etiam præſentia, & præterita occulta, atq; ex puerorum
ortu, & natali die, ſiue quauis alia temporum, & momentorum vaniſſima obſer-
uatione,

uatione, & notatione, de vniuſcuiuſq; hominis ſtatu, conditione, vitę curſu, honori-
bus, diuitijs, ſobole, ſalute, morte, itineribus, certaminibus, inimicitijs, carceribus, cę-
dibus, varijs diſcriminibus, alijſq; proſperis, & aduerſis caſibus, & euentibus præco-
gnoſcere, iudicare, & affirmare temerè pręſumunt, non ſine magno periculo erroris, &
infidelitatis; *cum S. Auguſtinus* pręcipuum Eccleſiæ lumen, eum, qui hęc obſeruat,
qui attendit, qui credit, qui in domum recipit, qui interrogat, Chriſtianam fidem, &
baptiſmum præuaricaſſe affirmet, vt illos merito *Apoſtolus* arguat, atque increpet illis
verbis: *Dies obſeruatis, & menſes, & tempora, & annos timeo vos, ne forte ſine cauſa laborauerim in* Galat. c. 4.
vobis. Hi igitur leniſſimi, & temerarij homines in miſerandam animarum ſuarum rui-
nam, graue fidelium ſcandalum, & Chriſtianę fidei detrimentum, futuros rerum euen-
tus, & quęcumq; proſperè, vel aduerſę obuentura ſunt, ac actus humanos; ea denique
quæ ex libera hominum voluntate proficiſcuntur, aſtris, ſyderibuſq; aſcribunt, eiſque
eam facultatem, vim, ſeu virtutem, & efficaciam tribuunt ſignificandi futura; & ad præ-
cognita ita inclinandi, vt ſic omnino, nec aliter euentura ſint, atq; ob eam cauſam de
ijs rebus omnibus iudicia facere, prognoſtica, prædictiones, & pręcognitiones ſibi aſſu-
mere, & palam venditare non dubitant; quibus non pauci rudes, & imperiti, aliiq; ni-
mis creduli, & imprudentes tantam fidem præſtant, vt ex huiuſmodi iudiciorum, &
prædictionum præſcripto, aliquid certo eſſe credant, aut ſperent, quorum ſanè, &
mendacium magiſtrorum temeritas, & infœlicium diſcipulorum credulitas magnope-
re deploranda eſt, qui vel diuinis litteris admoniti non intelligunt hominis præſtantiã,
cui Cœli, & Stellæ, & clariſſima Cœli ſidera Sol, & Luna, Deo ita diſponente, non
imperant, ſed inſeruiunt, ſic enim *Moyſes* populum Dei, vt hunc errorem caueret,
pręmonebat: *Ne forte eleuatis oculis ad Cœlum, videas Solem, & lunam, & omnia aſtra Cœli, &* Deut. c. 4.
errore deceptus adores ea, & colas, quæ creauit Dominus Deus tuus in miniſterium cunctis gentibus, quæ
ſub Cœlo ſunt. Sed quid ſydera mirandum eſt homini ſeruire? nonne nobiliſſimę intelli-
gentiæ Angeli ipſi, omnes ſunt adminiſtatorij ſpiritus, in miniſterium miſſi propter
eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis? nam rationales oues, ita diligit Deus, vt non
ſolum Epiſcopos, quemadmodum *à S. Ambroſio* ſcriptum eſt, ad tuendum gregem or- lib. 2. in Luc.
dinauerit, ſed etiam Angelos deſtinauerit. Præclare etiam *S. Hieronymus*: *Magna digni-*
tas animarum, vt vnaquaque habeat ab ortu natiuitatis in cuſtodiam ſui Angelum delegatum. Quod lib. 3. in Matt.
ſi Angeli homines cuſtodiunt, quid aduerſus Angelorum cuſtodiam, & tutelam aſtra
moliri, aut efficere poterunt, quæ cum ipſis Angelis nullo modo ſunt comparanda?
Nec ſanè hoc loco pretereunda eſt, eximii Eccleſię Doctoris, & Beatiſſimi Pontificis
Magni *Gregorij* ſententia, qui Priſcillianiſtas hereticos vnumquemq; hominem ſub cõ- Homel 10.
ſtitutionibus ſtellarum naſci putantes, magno rerum, & verborum pondere confutat.
Abſit (inquit) *à fidelium cordibus, vt aliquid eſſe Fatum dicant, vitam quippe hominum ſolus hanc*
conditor, qui creauit adminiſtrat; neque enim propter ſtellas homo, ſed ſtellæ propter homines factæ ſunt;
etſi ſtella fatum hominis eſſe dicitur, ipſis ſuis miniſterijs ſubeſſe homo perhibetur. Vtinam inſani
homines hęc ſaperent, & intelligerent, ac *Dei* monitis obtemperarent in Leuitico di-
centis. *Non declinetis ad Magos, nec ab Ariolis aliquid ſciſcitemini, vt polluamini per eos*: Ne-
que enim quæ Chriſtiana, & vera pietas repellit, ac damnat, tanto ſtudio inueſtiga- Leuit. c. 10.
rent, ijſdemque miſere ſe decipi, atque irretiri paterentur. Sunt etiam inanes qui-
dam homines, & curioſi, vel impij, & irreligioſi, qui futurarum, & occultarum alia-
rum rerum notitiam adeo anxie habere ſtudent, vt ob eadem pręnoſcenda, & inueſti-
ganda in diuinæ legis offenſionem multipliciter incurrant. Alij enim Geomantiæ, Hy-
dromãtiæ, Aeromantię, Pyromantię, Onomantię, Chiromantię, Necromantię, alijſ-
que ſortilegijs, & ſuperſtitionibus, non ſine Dæmonum ſaltem occulta ſocietate; aut
tacita pactione, operam dare, ſeu illis, ac ſortibus illicitis taxillorum, granorũ triticeo-
rum, vel fabarum iactu vti non verentur. Alij verò aliquas priſtinę, & antiquatę, ac
per Crucis victoriam proſtratę Idololatrię reliquias retinentes, quibuſdam augurijs,
auſpicijs, ſimilibuſue ſignis, & vanis obſeruationibus ad futurorum diuinationem in-
tendunt. Alij item ſunt, qui cum Morte fœdus ineunt, & pactum faciunt cum Infer-
no, qui ſimiliter ad occultorum diuinationem ad inueniendos theſauros, vel ad alia fa-
cinora perpetranda, etiam expreſſa cum Diabolo pactione facta, in manifeſtã ſuarum
perniciem

perniciem animarum, nefarias magicæ artis incantationes, inſtrumenta, & veneficia adhibent circulos, & diabolicos characteres deſcribunt, Dæmones inuocant, aut conſulunt, ab eis reſponſa petunt, aut accipiunt, eis preces, & thuris, aut aliarum rerum ſuffimenta, ſeu fumicationes, aliave ſacrificia offerunt, candelas accendunt, aut rebus ſacris, vel Sacramentis, aut Sacramentalibus ſacrilegè abutuntur, adorationis, genuflexionis, aut quæuis alia impietatis obſequia præſtant, cultum venerationemve tribuunt, aut annulum, vel ſpeculum, aut paruas phyalas ſibi fabricant, aut fabricari curant ad Dæmones in eis alligandos, ſeu includendos, vt putant, ad reſponſa ab ipſis inde petenda, aut habenda. Alij præterea etiam in corporibus obſeſſis, vel lymphaticis, & phanaticis mulieribus Dæmones de futuris, vel occultis rebus, aut factis exquirunt, vt merito ab eis, quos Dominus in Euangelio tacere imperauit, vanas, mendaceſque referant reſponſiones. Alij quoq; præſtigiatores, frequentius vero mulierculæ quædam ſuperſtitionibus deditæ in phyalis, ſeu vaſculis vitreis aqua plenis, vel in ſpeculo accenſis candelis, etiam benedictis ſub nomine Angeli Sancti, & albi, Diabolum omnium malorum ſatorem ſupplices adorantes, vel in vnguibus, aut palma manus, quandoq; etiam oleo perunctis eundem omnium fallaciarum architectum orant, vt ſimiliter futura, vel occulta quæuis per ſpectra, & apparentes imagines, ſeu phantaſticas viſiones ſibi oſtendat, aut ab eodem patre mendacij Diabolo alijs incantationibus, aut varijs ſuperſtitioſis obſeruationibus, futurorum, & occultorum huiuſmodi veritatē quærunt, & hominibus prædicere contendunt. Quorum omnium, quos ſupra enumerauimus conſimilis impietas parem exitum habet, nimirum, quod Dæmonis præſtigiis, ac dolis, tum qui diuinant, tum qui diuinationem expetunt illuſi, ac deluſi miſerrimè reperiuntur. Itaq; cum futuros euentus in ſeipſis conſiderare, antequam fiant, ſit Dei proprium, illud neceſſario conſequitur, vt Aſtrologi, & alij prædicti, qui huiuſmodi futura prænuntiare, aut prænoſcere quocunq; modo, niſi Deo reuelante audent: iniuſtè atque impudenter, quod Dei eſt ſibi aſſumant, & vſurpent. Sic fit, vt dum ab eis, quod ſolius eſt Creatoris perperam creaturis tribuitur, diuina Maieſtas grauiter lędatur, fidei integritas violetur, & animabus pretioſo Chriſti ſanguine redemptis, peſtis, atque exitium importetur. Et licet iampridem regulis indicis librorum prohibitorum ex decreto Sacri Generalis Trid. Conc. confecti, illud inter cætera conſtitutum fuerit, vt Epiſcopi diligenter prouiderent, ne huiuſmodi Aſtrologiæ iudiciariæ libri, tractatus, & indices legerentur, vel haberentur, qui de futuris contingentibus, ſucceſſibus, fortuitiſve caſibus, aut ijs actionibus, quæ ab humana voluntate pendent certo aliquid euenturum affirmare audent, permiſſis tamen iudicijs, & naturalibus obſeruationibus, quæ nauigationis, agriculturæ, ſiue medicæ artis iuuandæ gratia conſcripta fuiſſent. Libros vero omnes, & ſcripta Geomantiæ, Hidromantiæ, Chiromantiæ, Necromantiæ, ſiue in quibus continētur ſortilegia, veneficia, auguria, auſpicia, incantationes artis magicæ, prorſus reijci, & aboleri curarent. Non tamen errorum, corruptelarum, delictorum, & abuſuum prædictorum extirpationi vſq; adeò prouiſum eſt, quin etiam adhuc in nonnullis locis, & apud plurimos curioſius vigeant, cum valde frequenter, detectis Diaboli inſidijs, diuinationum, ſortilegiorum, & variarum ſuperſtitionum omnia plena eſſe in dies detegantur. Nos igitur, qui pro noſtro paſtoralis officij munere fidei integritatem inuiolatam conſeruare debemus, & animarum ſaluti proſpicere, quantum diuina gratia adiutrice poſſumus, ex paternæ charitatis viſceribus optamus, damnantes, & reprobantes omne genus diuinationum, quæ Diabolo auctore ad fidelium deceptionem à prædictis curioſis, vel perditis hominibus fieri ſolent. Cupientes præterea Sanctam illam Chriſtianæ Religionis ſimplicitatem, præſertim vbi agitur de ſumma Creatoris Dei poteſtate, ſapientia, & prouidentia ab omni erroris labe integram, atque incorruptam, vt par eſt, retineri: Volentes quoq; prædictæ falſæ credulitati, ac huiuſmodi illicitarum diuinationum, & ſuperſtitionum, deteſtabili ſtudio, & execrandis flagitijs, atque impuritatibus occurrere, vt de Chriſtiano populo merito dici poſſit quod de antiquo Dei populo ſcriptū eſt: *Non eſt augurium in Iacob, neque diuinatio in Iſrael.*

Compendium malorum quæ ī Sortilegijs & Incantationibus, &c. cōmittuntur.

Num. cap. 23.

Hac perpetuo valitura conſtitutione, Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, & mandamus, vt tam contra Aſtrologos, Mathematicos, & alios quoſcunq; dictæ iudiciariæ, Aſtro-

Digitized by Google

Aſtrologiæ artem, præterquam circa agriculturam, nauigationem, & rem medicam in poſterum exercentes, aut facientes iudicia, & natiuitates hominum, quibus de futuris contingentibus ſucceſſibus, fortuitiſq; caſibus, aut actionibus, ex humana voluntate pendentibus aliquid euenturum affirmare audent, etiam ſi id ſe non certo affirmare aſſerant, aut proteſtentur, quàm contra alios vtriuſq; ſexus, qui ſupradictas damnatas, vanas, fallaces, & pernicioſas diuinandi artes, ſiue ſcientias exercent, profitentur, & docent, aut diſcunt, quive huiuſmodi illicitas diuinationes, ſortilegia, ſuperſtitiones, veneficia, incantationes, ac præmiſſa deteſtãda ſcelera, & delicta, vt præfertur faciunt, aut in eis ſe quomodolibet intromittunt, cuiuſq; dignitatis, gradus, & conditionis exiſtant, tam Epiſcopi, & Prælati, Superiores, ac alij ordinarij locorum, quàm Inquiſitores hæreticæ prauitatis vbiq; gentium deputati, etiamſi in pleriſq; ex his caſibus antea non procedebant, aut procedere non valebant diligentius inquirant, & procedant; atque in eos ſeuerins Canonicis pœnis, & alijs eorum arbitrio animaduertant.

Prohibitio exercẽdi artem iudiciariæ Aſtrologiæ, vel faciendi ſortilegia, incantationes, & diuinationes.

Ordinariorũ, & Inquiſitorũ facultas puniẽdi tranſgreſſores.

Prohibentes omnes, & ſingulos libros, opera, & tractatus huiuſmodi iudiciariæ Aſtrologiæ, Geomantiæ, Hydromantiæ, Pyromantiæ, Onomantiæ, Chiromantiæ, Necromantiæ, Artis Magicæ, aut in quibus ſortilegia, veneficia, auguria, auſpicia, execrabiles incantationes, ac ſuperſtitiones continentur, ac vt ſupra in memorato indice interdictos ſub cenſuris, & pœnis in eo contentis à quibuſcunque Chriſtifidelibus legi, aut quomodolibet retineri; ſed illos Epiſcopis, & ordinarijs locorum, vel Inquiſitoribus prædictis præſentari, & conſignari debere.

Prohibitio librorum prædicta cotinentiũ, eorumque lectio, & vſus.

Et nihilominus eadem auctoritate ſtatuimus, & mandamus, vt contra ſcienter legentes, aut retinentes libros, & ſcripta huiuſmodi, ſeu in quibus talia continentur, ſimiliter ijdem Inquiſitores liberè, & licitè procedãt, ac procedere, & pœnis condignis punire, & coercere poſſint.

Inquiſitorũ facultas, coercendi illos legentes, aut retinentes.

Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cęteriſq; contrarijs quibuſcunque.

Clauſulæ derogatoriæ.

Vt autem præſentes noſtrę litterę ad communem omnium notitiã facilius deducantur; *Iubemus illas* in Valuis Baſilicarum Sancti Ioannis Lateranen. & Principis Apoſtolorum de Vrbe, ac in acie Campi Floræ affigi, ſeu appendi, eiſq; detractis ipſarum exempla, etiam impreſſa eiſdem in locis affixa relinqui.

Forma publicãdi hanc conſti.

Et inſuper vniuerſis, & ſingulis Venerabilibus Fratribus noſtris Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, locorũ ordinarijs, & Prælatis, necnon Inquiſitoribus hęreticæ prauitatis vbilibet conſtitutis, per hæc committimus, & in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè pręcipiendo mandamus, vt per ſe, vel aliũ, ſeu alios eaſdem Pręſentes litteras, poſtquã eas receperint, ſeu earum notitiam habuerint, in ſuis, & ſingulis parochialibus Eccleſijs, dũ in eis populi multitudo ad diuina conuenerit, deinde vero ſemel in anno, & quoties eis expedire videbiť, vulgari ſermone publicẽt, aut publicari faciãt.

Ordinarij, & Inquiſitores publicẽt hac conſt.

Quia vero difficile foret præſentes litteras ad ſingula quæque loca, in quibus de eis fides facienda erit deferri. Volumus, vt earum tranſumptis, etiam impreſſis, manu Notarij publici ſubſcriptis, ac paruo ſigillo Sanctę Romanę, & vniuerſalis Inquiſitionis, aut alicuius Prælati, vel Curiæ Eccleſiaſticę munitis, eadẽ prorſus fides in iudicio, & extra vbiq; locorum adhibeatur, quæ eiſdem originalibus litteris adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſę. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatutorum, mandatorum, prohibitionis, iuſſionis, commiſſionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotẽtis Dei, ac Beatorũ Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ, apud S. Petrũ, Anno Incarnationis. 1585. Nonis Ian. Pont. noſtri Anno I.

H. Prodat.

Io. Baptiſta Canobius.

Anno à Natiuitate Domini, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſexto, Indictione xiiij. die vero ix. Menſis Ianuarij, Pontificatus S. D. N. Sixti diuina prouidentia Papæ V. Anno I. Retroſcriptæ litterę Apoſtolicæ, affixæ, lectæ, & publicatæ fuerunt in valuis, ſeu portis S. Ioannis Lateraneo, & Sancti Petri Principis Apoſtolorum de Vrbe, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ, & aciei Campi Floræ, & per aliquod temporis ſpatium dimiſſæ per nos Io. Freile, & Nicolaum Taglietum, S. D. N. Papæ Curſores.

Publicatio.

Alex. Parabiachus Mag. Curſorum.

Fratres

XXII.

Fratres Capuccini decætero non recipiant, neque retineant, Fratres de Obſeruantia; neque Fratres de Obſeruantia ad Capuccinos, ſe transferant, ſine ſpeciali licentia, Romani Pontificis, vel Generalis, ſeu Prouincialium Miniſtrorum de Obſeruantia.

Similem conſt. fecit Pau. III. vt ſup. fol. 411. nu. 26. & Iul. III. fol. 506. num. 10.

SIXTVS Papa V. ad perpetuam rei memoriam.

Cauſa huius prohibitionis. PRO ea, quam præcipuam gerimus erga Sanctum Franciſcum deuotione, illius familiam vniuerſam paterno amore complectentes, ea ſtudemus de medio tollere, quæ diſſidij inter ipſos Religioſos, eius regulam ſectantes occaſionē præbent, aut ijs, qui leuitate animi, minus conſtantes perſiſtunt in obedientia; cui ſe ipſos dicauerunt, ab ea ſe ſubtrahendi viam aperiunt. Sanè iampridem fel. rec. Paulus Papa III. & Iulius etiam III. Romani Pontifices prædeceſſores noſtri iuſtis de cauſis adducti prohibuerunt, ne vllo modo fratres de Obſeruantia, ſine ſuorum Generalium, vel Prouincialium licentia in ſcriptis habita, ad Congregationem Capuccinorum ſe transferre, ſiue ab ipſis Capuccinis recipi, aut in illorum domibus retineri poſſent, vel deberent, certis etiam grauioribus pœnis adiectis, prout in illorum litteris plenius continetur. *Prohibitio.* Quare nos quoque eorundem prædeceſſorum exempla ſecuti, toto negotio cum quibuſdā ex Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus communicato, ac diligenter conſiderato, litterarum huiuſmodi tenores præſentibus pro expreſſis habentes, de eorundem Cardinalium conſilio, etiam de nouo auctoritate Apoſtolica, per præſentes diſtrictius interdicimus, tam ipſis Capuccinis, ne quemquam eorundem Fratrum de Obſeruātia, poſt emiſſam profeſſionem regularem iuxta inſtituta eiuſdem ordinis de obſeruantia, ad eos quouis habitu, & quacunque de cauſa transeuntem, ſine noſtra, aut Romani Pontificis pro tempore exiſtentis licētia ſpeciali, per litteras Apoſtolicas expreſſam, & in ſpecie, non autem per clauſulas generales idem importantes, præſentis prohibitionis mentionem, & derogationem cōtinentes, aut eorundem Generalis, vel prouincialium miniſtrorum Fratrum de obſeruantia licētia in ſcriptis, vt præfertur, obtenta, admittere, recipere, & retinere: quàm Fratribus de obſeruantia prædictis, ne quiſquam eorum ad Congregationem Capuccinorum ſine huiuſmodi licentia ſe transferre in futurum præſumant. *Contrauenientium pœnæ.* In ſingulos verò Capuccinorum Superiores, Prouinciales, Miniſtros domorum Guardianos, Vicarios, ſeu Præſides, necnō ipſos Fratres de Obſeruantia, qui in præmiſſis quoquomodo contrauenerint, excommunicationis ſententiam ferimus, eoſque omnibus, & quibuſcunque dignitatibus, adminiſtrationibus, & officijs per eos pro tempore obtentis auctoritate præſentium priuamus, & ad futura, ac quoſcunque actus legitimos exercendos inhabiles eſſe volumus eo ipſo. Decernentes receptiones, admiſſiones, & retentiones quaſcunque de illis ex quauis cauſa ſine dicta licentia faciendas, nulla omnino firmitate ſubſiſtere, neminemque penitus vlli voto, aut promiſſioni, etiam iuramento aliaue *Clauſulæ præſeruatiuæ.* ſolemnitate roboratis obligare poſſe. Præſenteſque litteras de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quouis alio defectu notari, ſeu impugnari, aut ſub prætextu quod contra alias apoſtolicas, ac canonicas ſanctiones iampridem vſu receptas (quod ſcilicet vnicuique regulari ad arctiorem regulam, & religionē transeundi petita duntaxat, ac etiam non obtenta ſuperiorum licentia tranſitus liberè, & licitè permittatur) aut alias quouis prætextu, ſeu quæſito colore in ius, & controuerſiam reuocari, aut inualidari, ac ad terminos iuris reduci non poſſe, ſed ſemper validas, & *Decretum irritans.* efficaces exiſtere. Sicque in præmiſſis vniuerſis, & ſingulis per quoſcunque Iudices & Commiſſarios ordinarios, & delegatos, ac S. R. E. Cardinales, ac cauſarum palatij

Apoſto-

Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, necnon irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Mandantes vniuerſis, & ſingulis locorum ordinarijs, vt quando, vbi, & quoties opus fuerit, ac pro parte alicuius ex fratribus de obſeruantia huiuſmodi fuerint requiſiti, præſentes litteras ſolemniter publicantes, eiſq; in præmiſsis efficacis defenſionis præſidio aſsiſtentes, non permittāt quemquam ex prædictis, ſi qui forſan in poſterum ſe de facto transferre præſumpſerint, contra earundem præſentium continentiam, & tenorem, in aliqua domo, ſeu loco ipſorum Capuccinorum admitti, recipi, & retineri. Contradictores quoslibet, & rebelles, eiſq; auxilium, conſilium, vel fauorem directè, vel indirectè quomodolibet præſtantes, per cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaq; opportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, legitimiſq; ſuper his habendis ſeruatis proceſsibus, ſententias, & cenſuras ipſas, etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac in Concilijs, etiam generalibus, editis, ac ordinis, & Congregationis Capuccinorum prædictorum, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, necnon facultatibus, diſpenſationibus, & indultis, ipſi Congregationi Capuccinorum, eorumq; ſuperioribus, & perſonis, aut domibus quibuſcunq; recipiendi, vel retinendi fratres de obſeruantia, etiam ſuorum ſuperiorum licentia petita dumtaxat, & non obtenta, aut nō petita tranſeuntes, tam expreſsè, & principaliter, quam per communicationem ad inſtar aliorum ordinum, & Cōgregationum, quorum gratiarum, & indultorum ipſi forſan Capuccini participes effecti ſunt, etiam ſi pariformiter, & æquè principaliter ipſa communicatio, & extenſio facta fuerit, per quoſcunque Romanos Pontifices prędeceſſores, aut ſucceſſores noſtros, etiam motuproprio, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac de eorumdem Cardinalium conſilio pro tempore conceſſis, approbatis, & innouatis: quæ omnia, ac deſuper confectas litteras, proceſſusq; habitos per eaſdem, quatenus pręmiſsis in aliquo aduerſantur, abrogamus, caſſamus, & annullamus. Aut ſi ipſis Capuccinis, eorumq; Prælatis, & ſuperioribus, vel quibuſuis alijs communiter, vel diuiſim ab Apoſtolica ſit ſede indultū, quod litteris reuocatorijs, ſub quacunq; formula editis nullatenus, vel niſi modis, & formis in huiuſmodi indultis contentis parere, & ob non paritionem aliquas ſententias, cenſuras, & pęnas incurrere, aut alias interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſsint, per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionē, etiam quibuſlibet alijs priuilegiis, indulgentiis, exemptionibus, & litteris Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus conceſsis, quorumcunq; tenorum exiſtant, per quæ pręſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri; & de quibus, quorumq; totis tenoribus habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis. Quæ omnia volumus nemini contra prędicta iñ aliquo ſuffragari, cęteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, vt præſentium exemplis, etiam impreſsis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & alicuius Pręlati eccleſiaſtici, eiuſue curię ſigillo obſignatis eadem fides vbique in iudicio, & extra illud habeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitę, vel oſtenſę.

Deputatio executorum huius conſtit.

Clauſulæ derogatoriæ.

Datum Romę, Apud Sanctum Petrum, ſub Annulo piſcatoris, die vigeſimo octauo Ianuarij, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſexto, Pontific. Noſtri Anno Primo.

XXIII.

Erectio Monaſterij Monialium S. Bernardi, propè Eccleſiam SS. Viti, & Modeſti de Vrbe, ſub gubernio, & cura Protectionis, & Officialium Confraternitatis S. Bernardi. Priuilegiorumq; gratiarum, & Indulgentiarum conceſsio.

SIXTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad futuram rei memoriam.

Cardinalis Alexandrinus, ſuo & aliorum officialium Cōfraternitatis Sancti Bernardi, exponit Sāctiſſ. Sixto Quinto. Quod quidam Franciſcus Fuſcus Eccleſiam S. Bernardi, in eius domo ſita in Regione Mōtium Vrbis cōſtrui fecit, & oīa bona ſua ei donauit, ī eaq; Confraternitas Sancti Bernardi erecta fuit de anno 1368.

SVPERNAE diſpoſitionis arbitrio in ſuprema militantis Eccleſiæ ſtatione, meritis licet imparibus collocati, inter curas multiplices, quibus occurrentium negotiorum varietatibus grauamur, illam libenter amplectimur, per quam noſtris potiſsimum temporibus Monaſteria, & alia religioſa loca incrementum ſuſcipiant, & in eis immaculata vigeat obſeruantia regularis, prout S.R.E. Cardinaliū, & aliorum Chriſtifidelium, expoſcit deuotio, ſalus exigit animarum, cauſæ rationabiles ſuadent, & id in Domino conſpicimus, ſalubriter expedire. Sanè dilectus filius noſter Michael, tituli Sāctæ Mariæ ſupra Mineruā; presbyter Cardinalis Alexandrinus nuncupatus, protector ſuo, & dilectorum filiorum Petri Fuluij presbyteri, vtriuſque iuris doctoris Prioris, & Horatij Fuſchi, ac Andreæ Alberini Cuſtodum, & Camilli Contreræ Camerarij, Ciuium Roman. & aliorum officialium, necnon Confratrum Confraternitatis Sacerdotum, & aliorum Chriſtifidelium, ſub inuocatione ſancti Bernardi, Anno Domini, Milleſimo trecenteſimo ſexageſimo octauo, procurante quondā Franciſco, etiam Fuſco, presbytero Roman. in Eccleſia eiuſdem ſancti Bernardi, Regionis Montium de Vrbe, quæ Eccleſia, in domo propria ipſius Franciſci conſtructa, & ædificata, cuiq; ipſæ Franciſcus omnia bona ſua pia deuotione ductus largitus fuit nominibus nobis expoſuit, quòd licet omnes redditus prædictorum bonorum in manutenenda ipſa Eccleſia, diuerſiſque pijs, & ſpiritualibus exercitijs, ac etiam à quinquaginta annis citra in pane qualibet die Dominica quadraginta pauperibus familijs, ad rationem quatuor bolendinorum, pro qualibet familia erogando diſtributi fuérint: tamen hodie arbitrio dictorum Prioris, Cuſtodum, & Confratrum diſtribuuntur, cumque impræſentiarum Michaeli Cardinali, ac Priori, & Cuſtodibus, necnon Confratribus prædictis viſum fuerit, quòd dicta eleemosyna panis quatuor bolendinorum, cuilibet ipſarum familiarum erogari ſolita eiſdem familijs parum auxilij, & neceſſariæ ſubuentionis præſtet: dictiſque familijs ab alijs eiuſdem Vrbis Confraternitatibus largius de eleemosyna, tum panis; tum etiā pecuniæ ſubueniatur, & quòd propterea aliqua

Redditusq; eorum bonorum in diuerſis pijs operibus à Cōfratribus vſque modo erogati fuerunt.

alia pia, & in ipſa Vrbe neceſſaria opera, ab eadē Confraternitate ſancti Bernardi amplecti longe melius foret: Iccirco inter eoſdem officiales, & Confratres diuino afflante numine reſolutum fuit, quòd vnum Monaſterium Monialiū, ſub inuocatione eiuſdem ſancti Bernardi, ſub regula ſancti Benedicti, ac ab ipſis officialibus, & Confratribus præſcribendis conſtitutionibus, quæ prius tamen à noſtro, & pro tempore exiſtenti Vicario eiuſdem Vrbis examinari, & approbari debeant, in dicta Vrbe, pro vna illius Abbatiſſa, & alijs triginta duabus in commemorationē trigintatrium annorum, quibus Dominus, & ſaluator noſter Ieſus Chriſtus in hoc mundo, cum hominibus conuerſa-

Nunc autem iidem Confratres diuino ſpiritu ducti, Monaſterium pro Monialibus S. Bernardi conſtruere velle cogitarunt.

tus fuit; aut pluribus, vel paucioribus Monialibus (præcipuè ex pauperibus puellis, quæ ſpretis eiuſdem Mundi illecebris Chriſto earum ſponſo ſe dicare optarunt) in eodem Monaſterio recipiendis, illarumque vſu, & habitatione, ſub cura tamen, & gubernatione Protectoris Prioris Cuſtodum, & officialium ipſius Confraternitatis ſancti Bernardi, nunc, & pro tempore exiſtentium conſtrui, & ædificari facere curarent, his potiſſimum rationibus adducti, quòd quamplures pauperes puellæ dictæ Vrbis Moniales effici cupientes in ſæculo, cum maximo earum virginitatis, & honoris periculo remanere coguntur, præcipuè cum iam ad nubilem deueniant ætatem, & ob earum paupertatem, neque eleemosynam Monaſterijs, vt in eis Moniales recipientur erogandi, neque viris, qui eas in vxores ducunt dotem tradendi modum habeant. Cum

autem

autem, ſicut eadem expoſitio ſubiungebant, Eccleſia ſanctorum Viti, & Modeſti in Macello Martyrũ, etiam de Vrbe, quæ denominatio Diaconi Cardinalis exiſtit, cuique bonæ memo. Guido tt. eorundem SS. Viti, & Modeſti Presbyter Card. Vercellen. nuncupatus dum viueret præerat, per obitum ipſius Guidonis Cardinalis, qui apud ſedem Apoſtolicam debitum naturæ perſolnit, aut aliàs certo modo vacauerit, & vacet ad præſens, ipſaque Eccleſia ſanctorum Viti, & Modeſti campanili, campanis, calicibus, Planetis, Mappis, ac alijs ornamentis Eccleſiaſticis, & paramentis, cæteriſq; omnibus ad Miſſas, & alia diuina officia celebrandum, & altaria cooperiendum neceſſarijs careat, ac propterea, & alias illa, ne quidem feſtiuis diebus aperiatur, nec in ea ſanctiſsimum Miſſæ ſacrificium celebretur, in maximum detrimentum diuini cultus, & eiuſdem Eccleſiæ Sanctorum Viti, & Modeſti vilipẽdium. Vnde ſi apud, & propè eam, ac in eius domo, illi contigua, per quoſdam extraneos, ſeu alienigenas occupata, & detenta, aliiſq; membris, iuribus, & pertinentijs ſnis, vniuerſis (eiuſdem Eccleſię Sanctorum Viti, & Modeſti denominatione, pro vno Diacono Cardinale, vna cum illius iuriſdictione, in ipſa Eccleſia ſanctorum Viti, & Modeſti, & alijs ſibi ſubditis, aliàs, vt prius ſalua, illęſa', & firma remanente) dictum Monaſterium Monialium Sancti Bernardi cũ clauſtro, dormitorio, refectorio, hortis, hortalitiis, aliiſq; officinis, membris, fabricis, & rebus neceſſariis, & oportunis, pro vna illius Abbatiſſa, & aliis triginta duabus, ſeu pluribus, vel paucioribus Monialibus in eo introducendis, & ibidem altiſſimo perpetuo famulaturis, illarumque perpetuis vſu, & habitatione, quarum viginti hac prima vice poſſent recipi cum quadringentorum ſcutorum, aut maiori, vel minori, eleemoſina, per earam quamlibet præſtanda, & ad cenſum annuum, ſiue alium fructum licitum perpetuum, vna cum omnibus aliis eleemoſynis in futurum per puellas ipſum Monaſterium ingreſſuras ad earum libitum erogandis ponenda, reliquæ vero treſdecim, aut plures, vel pauciores Moniales pręfatę amore Dei recipi deberent perpetuo erigeretur, & inſtitueretur, illiq; ſic erecto, & inſtituto pro eius dote, ac illius Abbatiſſę, & Monialium victu, & veſtitu omnes dictæ Confraternitatis S. Bernardi fructus, redditus, & prouentus, qui ſummam centum, & quinquaginta ſcutorum annuatim excedũt, necnon etiam fructus, redditus: & prouentus Eccleſia Sanctorum Viti, & Modeſti huiuſmodi, omneſq; aliæ eleemoſynæ Confraternitati S. Bernardi, & Monaſterio, ac Sanctorum Viti, & Modeſti Eccleſiæ prædictis, decætero perpetuis futuris temporibus à quibuſuis Chriſtifidelibus erogandæ, etiam perpetuo applicarentur, & appropriarentur, ac Eccleſia Sanctorum Viti, & Modeſti huiuſmodi, vna cum eius domo, membris, iuribus, & pertinentiis pręfatis, omnibuſq; aliis ſuis bonis, proprietatibus, rebus, & actionibus præſentibus, & futuris (dicta denominatione, Diaconi Cardinalis pro vno Cardinale, vnà cum illius iuriſdictione, in ipſa Eccleſia ſanctorum Viti, & Modeſti, ac alijs ſibi ſubditis, aliàs vt præfertur ſalua, illæſa, & firma remanente) dicto Monaſterio pro illius Eccleſia perpetno donaretur, concederetur, & aſſignaretur, ex hoc profecto dictarum pauperum puellarum, quæ Moniales effici cupiunt, pijs votis, & ſtatui, ac diuini cultus, in eadẽ Eccleſia Sanctorum Viti, & Modeſti reſtitutioni, & augumento plurimum conſuleretur, illique de paramentis, & ornamentis neceſſarijs, per ipſam Confraternitatem ſancti Bernardi prouideretur, ac Miſſæ, & alia diuina officia ibidem frequenter, & deuotè celebrarentur: Quare idem Michael Cardinalis aſſerens fructus, redditus, & prouentus dictæ Eccleſiæ ſanctorum Viti, & Modeſti partim in pecuniarum, & partim in vini, & ceræ reſponſionibus conſiſtere, illoſque ſex ducatorum auri de Camera ſecundum communem extimationem valorem annuum non excedere nominibus prædictis nobis humiliter ſupplicauit, quatenus ſibi in præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui dudũ inter alia voluimus quod ſemper in vnionibus commiſſio fieret vocatis, quorum intereſſet, quodque litteræ ſuper indulgentijs non expedirentur ad inſtar, niſi ſpecificarentur, quiq; antique Religionis decorem, ſtatuſque Eccleſiaſtici conſeruationem, necnon diuini cultus augumentũ ſinceris exoptamus affectibus Priorem, & Cuſtodes, ac officiales prædictos, ſingulareſque perſonas dictæ Confraternitatis, à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à

Et quod ob mortem Cardin. Vercellẽ. ad præſens vacat Eccleſia SS. Viti, & Modeſti in Macello Martyrum de Vrbe, in qua nec ſacra celebrantur, nec paramẽta, & alia neceſſaria exiſtunt.

Et ſi apud d. Eccleſiam, d. Monaſterium conſtrueretur.

Eiq; fructus d. Confraternitatis, & d. Eccleſię SS. Viti, & Modeſti, cum ſuis viribus, & redditibus donarẽtur, pauperib' puellis quę Moniales effici cupiunt, & reſtitutioni d. Eccleſiæ SS. Viti, & Modeſti, admodum conſuleretur.

iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, in quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum pręſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes: necnon quarumcunq; vnionum, annexionum, incorporationum, applicationum, appropriationum, conceſſionum, & aſſignationum Confraternitati Sancti Bernardi, & illius Eccleſię huiuſmodi hactenus, quomodolibet factarum, necnon pręmiſſorum omnium, & inde ſequutorum, ac aliorũ neceſſariorum, quorumcunque, etiam veriores, & totos tenores, ac dat, verumque, & vltimum Eccleſię Sanctorum Viti, & Modeſti huiuſmodi vacationis modum pręſentibus pro expreſſis habentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, Michaeli Cardinali, necnon Priori, Cuſtodibus, officialibus, & Confratribus pręedictis, apud, & prope Eccleſiam Sanctorum Viti, & Modeſti; huiuſmodi vnum Monaſteriũ Monialium Sancti Bernardi huiuſmodi pro vna illius Abbatiſſa, & aliis triginta duabus, aut paucioribus, vel pluribus arbitrio ipſius Confraternitatis Monialibus, illarumque vſu, & habitatione cum clauſtro, dormitorio, Refectorio, hortis, hortalitiis, aliiſq; officinis, membris, fabricis, & rebus neceſſarijs conſtrui, & ædificari faciendi, Apoſtolica auctoritate tenore pręſentium licentiam impartimur: ac poſtquam ipſum Monaſterium Monialium ſic, vt præmittitur conſtructum, & ędificatum fuerit, etiam ex nunc, prout, ex tunc, & è contra, pro vna illius Abbatiſſa, & alijs triginta duabus, aut paucioribus, vel pluribus, prout ſupradictum eſt, Monialibus, quarum viginti hac prima vice recipi poſſunt cum eleemoſyna, per earum quamlibet præſtanda, quę vna cum alijs eleemoſynis aliarum Monialium, ibidem perpetuis futuris temporibus recipiendarum ad cẽſum annuum, ſeu alium fructum licitum perpetuum poni debeant: reliquæ vero treſdecim, aut plures, vel pauciores Moniales huiuſmodi, & quę deinceps illud ingredientur, etiã perpetuo amore Dei, in eo recipi, & admitti debeant, ſine alicuius pręiudicio, auctoritate, & tenore pręmiſſis, perpetuo erigimus, & inſtituimus: Necnon Eccleſiam Sanctorum Viti, & Modeſti, pręedictam, vt pręmittitur, vacantem vna cum eius domo, membris, proprietatibus, rebus, fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, actionibus, & pertinentijs prædictis illam, & illa; quatenus opus ſit, a denominatione, ſeu iure denominationis Diaconi Cardinalis Sanctorum Viti, & Modeſti huiuſmodi; quæ tamen denominatio Diaconi Cardinalis, alias, vt præfertur inibi ſalua, illæſa, & firma remaneat, ac remanere cenſeatur, ad effectum ſupra, & infraſcriptorum opportunè, ac perpetuo ſeparando, & diſmembrando, eidem Monaſterio, pro dicti Monaſterij Eccleſia, etiam perpetuo donamus, concedimus, & aſſignamus. Ac eidem Monaſterio ſic erecto, & inſtituto, omnes, & ſingulos Confraternitatis Sancti Bernardi, & Eccleſiæ Sanctorum Viti, & Modeſti prædictarum, ac cuiuſlibet ipſarum fructus, redditus, prouentus, iura, obuentiones, & emolumenta quęcumque, necnon oblationes, & eleemoſynas eiſdem Confraternitati, & Monaſterio, ac Eccleſiæ Sanctorum Viti, & Modeſti, & cuilibet ipſorum, tam à dictis puellis ipſum Monaſterium ingredi volentibus; quã alijs quibuſuis vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus, quomodolibet pro tempore erogatas, & erogandas, ſimiliter perpetuo applicamus, & appropriamus: ita quòd liceat Priori, Cuſtodibus, & officialibus; ac Confratribus præfatis, necnon pro tempore exiſtentibus Abbatiſſæ, & Monialibus nouiter erecti Monaſterij huiuſmodi per ſe; vel alium; ſeu alios eorum, ac Confraternitatis, & Monaſterij S. Bernardi huiuſmodi nominibus corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem Eccleſiæ Sanctorum Viti, & Modeſti, illiuſq; domus, & aliarum proprietatum; ac rerum bonorum, iurium, pertinentiarũ, & actionum, aliorumq; omnium, & ſingulorum eiſdem Confraternitati, & Monaſterio applicatorum, & appropriatorum prædictorum propria auctoritate liberè appręhendere, & perpetuo retinere, ac illis perpetuo vti, frui, potiri, & gaudere, necnon in eadem Eccleſia Sanctorum Viti, & Modeſti Miſſas, & alia diuina officia celebrare, & celebrari, ac alias ei in diuinis deſeruire, & deſeruiri facere, illiuſque, & dictæ Confraternitatis Sancti Bernardi, necnon quoſcunq; alios eiuſdem Monaſterij fructus, redditus, & prouentus, præſentes, & futuros, ac iura, obuentiones, & emolumenta quæcumque, necnon, & inibi, per quoſcumq; Chriſtifideles pro tempore faciendas; & erogandas oblationes, & eleemoſynas percipere, colligere, leuare, exigere, recipere, recuperare, arrendare, & locare, ac in Mona-

Sanctiſſimus itaque Pontif. iſte Cardinali Protectori, & Cofratribus, licentiam concedit conſtruendi dictum Monaſterij, apud dictam Eccleſiam.

Eccleſiamq; ipſas cum ſuis iuribus, & redditibus, eid. Monaſterio concedit.

; Elemoſynas tam dictæ Confraternitatis Sãcti Bernardi, quam Eccleſiæ SS. Viti, & Modeſti, erogatas & erogandas, & ipſarũ emolumenta quæcumq; eid. M. applicat.

Digitized by Google

Monaſteriis Sancti Bernardi, & Eccleſiæ Sanctorum Viti, & Modeſti huiuſmodi vſus, manutentionem; & vtilitatem côuertere, etiam Diaconi Cardinalis denominationem ipſius Eccleſiæ Sanctorum Viti, & Modeſti huiuſmodi pro tempore habentis,& habituri, ac etiam prædicti Vicarij, vel cuiuſuis alterius licentia ſuper hoc, alijſq; ſupra, & infraſcriptis minimè requiſita. Et inſuper Monaſterium Sancti Bernardi prædictum, eiuſq; pro tempore exiſtentes Abbatiſſam, Prioriſſam, Moniales, & Conuentum in ſpiritualibus, & temporalibus, ſub noſtra, & pro tempore exiſtentis Rom. Pontificis, & ſedis prædictæ protectione, ad inſtar Confraternitatum Orphanorum, & ſanctiſſimi Crucifixi de dicta Vrbe, ac Monaſteriorum, quorum ipſæ Confraternitates curam, in temporalibus gerunt, pariter perpetuo recipimus, & admittimus, ac illa curæ gubernio regimini, & liberæ adminiſtrationi pro tempore exiſtentium Protectoris, Prioris, cuſtodum, & officialium, & Confratrum prædictorum, iuxta formam, & ſecundum tenorem regulæ Sancti Benedicti huiuſmodi, ac à protectore, Priore, Cuſtodibus, necnon officialibus, & Confratribus prædictis præſcribendarum, & à Vicario prædicto examinandarum, & approbandarum, conſtitutionum, perpetuo ſubijcimus, & ſubmittimus, Necnon Priori, Cuſtodibus, officialibus, & Confratribus prædictis, pro fælici regimine gubernio, & adminiſtratione Confraternitatis, & Monaſterij S. Bernardi, ac Abbatiſſæ, & Monialium, aliarumque perſonarum, omniumque rerum, & bonorum Monaſterij huiuſmodi quæcunque ſtatuta, & ordinationes, licita tamen, & honeſta, ſacriſque canonibus non contraria, nec Decretis Concilij Tridentini repugnantia, ædendi, & faciendi, ac ædita condita, & facta, pro tempore mutandi, alterandi, & in melius reformandi, aliaq; etiam de nouo faciendi, quæ omnia ſimiliter ab eodem Vicario examinari, & approbari debeant. Eidemq; Michaeli Cardinali, & pro tempore exiſtenti Protectori dictæ Confraternitatis S. Bernardi pro inſtructione Monialium in eodem Monaſterio, vt præfertur, introducendarum, duas, vel tres Moniales profeſſas à Monaſterio Monialium Sanctæ Cęciliæ Regionis Transtiberim, ſimiliter de Vrbe ordinis Sancti Benedicti huiuſmodi de conſenſu illius ſuperioris extrahendi, illaſq; ad monaſterium S. Bernardi prædictum transferendi, ſeu transferri, & inibi perpetuo remanere faciendi, dummodo ipſæ ſic extrahendæ moniales trigeſimũ octauum earum ætatis annum excedant, & vltra decennium poſt emiſſam ab eis profeſſionem regularem in ipſo monaſterio Sanctæ Cęciliæ permanſerint, quibus dicti Monaſterij S. Bernardi officia, ac præſertim Abbatiſſæ, & Prioriſſæ, (quæ triennales tantum iuxta dicti Concilij diſpoſitionem ſint) diſtribui debeant; ac Abbatiſſa, & Prioriſſa Monaſterij Sancti Bernardi huiuſmodi hac prima vice eligendę, ſeu aſſumendæ, Abbatiſſa, videlicet, Quadrageſimum ſecundum Prioriſſa vero præfatæ Quadrageſimum ſuarum ætatum annos excedant, licentiam pariter, ac facultatem concedimus, & elargimur, Necnon Monaſterio Sancti Bernardi, & Eccleſiæ SS. Viti, & Modeſti, ac Abbatiſſæ, Prioriſſæ, monialibus, & conuentui præfatis, ac alijs perſonis quibuſcunque pro tempore exiſten. in perpetuum, vt omnibus, & ſingulis priuilegijs, facultatibus, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, præeminentijs, antelationibus, prærogatiuis, fauoribus, indultis, indulgentijs, etiam plenarijs, & peccatorum remiſſionibus, cæteriſque vniuerſis gratijs, tam ſpiritualibus, quàm temporalibus, alijs dicti Ordinis S. Benedicti, illiuſq; congreg. Monaſteris, & Eccleſiam tam virorum quam mulierum vbicumq; exiſten. ac præſertim Monaſterium, & Eccleſiæ S. Cęciliæ huiuſmodi, à quibuſcunque Rom. Pont. prædeceſſoribus noſtris, ac forſan nobis, & ſede prædicta, ac alias quomodolibet hactenus conceſſis, & impoſterum côcedendis, ac quibus illa quomodolibet vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt, quomodolibet in futurum, ſimiliter, & pariformiter, ac æquè principaliter, & abſque vlla prorſus differentia perpetuo, etiam vti, potiri, & gaudere liberè, & licitè poſſint, & debeant, in omnibus, & per omnia, perinde, ac ſi illis ſpecialiter, & particulariter conceſſa fuiſſent, auctoritate Apoſtolica, & tenore ſupradictis, etiam perpetuo concedimus, & indulgemus. Decernentes præſentes litteras etiam ex eo, quod intereſſe habentes; ſeu prætendentes ad hæc vocati, & cauſæ propter quas præmiſſa emanauerint, etiam coram eodem Vicario, aut alias quomodolibet examinatæ, & iuſti-

Monaſteriũ, & Moniales ſub protectione Sedis Apoſt. recepit, ad inſtar Confraternitatis Orphanorũ & Crucifixi.

De his vide ſupra in 40. conſtitu. Paul. iii. fol. 416. & in Pii iiij. conſtit. 39. fol. 707.

Officialibus Confraternitatis auctoritatẽ concedit, ordinationes licitas, & a Vicario Pont. approbandas faciendi.

Cardinali Protectori dat facultatem extrahendi tres Moniales a Monaſterio S. Cęciliæ, & ad dictũ Monaſterium transferendi pro illius Monialiũ inſtructione.

Monaſterioq; & Monialibus omnes gratias, Indulgentias, & priuilegia, alijs Eccleſiis, & Monaſteriis ordinis S. B. & Eccleſiæ d. S. Cęciliæ conceſſa, & concedenda, elargitur.

Clauſulæ præſeruatiuæ.

Google

& iuſtificatę non fuerint, vel quibuſuis alijs cauſis de ſurreptionis, vel obreptionis, aut
nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, aut quouis alio defectu notari, vel impugnari,
aut in ius, vel controuerſiam reuocari, ſeu alias quomodolibet infringi, vel retractari,
nullatenus vnquam poſſe: ſed illas ſemper validas, ac efficaces exiſtere, ſuoſq; plena-
rios effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, quos illa concernunt, & concernent:

Decretum irritans.

quomodolibet in futurum inuiolabiliter perpetuo obſeruari: Sicq; in præmiſſis cenſe-
ri, ac ita per quoſcunq; Iudices, & Commiſſarios, quauis auctoritate fungentes: etiam
cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, eorumq; Locatenentes, ac Sanctæ Romanæ
Eccleſię Cardinales, etiam legatos de latere, eorumq; Vicelegatos, ſublata eis, & eo-
rum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari,
& diffiniri debere, ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis au-
ctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca Venerabilibus fratri-
bus noſtris Patriarchæ Hieroſolymitan. & Archiepiſcopo Raguſin. ac dilecto filio, cau-
ſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, per Apoſtolica ſcripta manda-

Executorum huius conſtitutionis deputatio, & facultates.

mus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios eaſdem præſen-
tes, & in eis contenta quęcunq; vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Pro-
tectoris, prioris, Cuſtodum, officialium, & Confratrum, necnon Abbatiſſæ, & Con-
uentus prędictorum, ſeu pro eis agentium fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, il-
liſq; in pręmiſſis efficacis, defenſionis, prędidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra il-
los, & eorum ſingulos, impartitione, erectione, inſtitutione, donatione, conceſſioni-
bus, aſſignatione, applicatione, appropriatione, receptione, admiſſione, ſubiectione,
ſubmiſſione, conſtitutione, elargitione, indulto, & decreto, alijſq; præmiſſis iuxta ea-
rundem pręſentium continentium, & tenorem pacificè frui, & gaudere, non permit-
tentes illos, vel eorum aliqnos deſuper per quoſcunque, quomodolibet indebitè mo-
leſtari, perturbari, aut impediri: Contradictores quoſlibet, & rebelles, per ſententias
cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaq; opportuna iuris, & facti remedia appellatione
poſtpoſita compeſcendo, ac legitimis ſuper his habēdis ſeruatis proceſſibus, illos ſen-
tentias, cenſuras, & pœnas ipſas incurriſſe declarando, ac eaſdem cenſuras, & pœnas,
etiam iteratis vicibus aggrauando, & interdictum Eccleſiaſticum, apponendo, inuoca-
to etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus pręmiſſis, &
Priori voluntate noſtra prædicta, ac felicis recordationis Bonifacij Papæ viij. præde-

Clauſulæ derogatoriæ.

ceſſoris noſtri, qua cauetur, ne quis extra ſuam Ciuitatem, vel diœceſ. niſi in certis ini-
bi expreſſis caſibus, & in illis vltra vnam dietam ad iudicium extrahatur, ſeu ne iudices
ab ipſa ſede deputati extra Ciuitates, vel dięceſ. in quibus deputati fuerint contra quo-
ſcunq; procedere, aut alij, vel alijs vices ſuas committere præſumant, & de duabus die-
tis in Concilio Generali edita, dummodo vltra tres dietas aliquis, earundem auctori-
tate præſenti ad iudicium non trahatur, & quibuſuis alijs Cancellariæ Apoſtolicæ re-
gulis æditis; & edendis, necnon generalis, & Lateranen. etiam nouiſſimè celebrati
Conciliorum vniones perpetuas, niſi in caſibus à iure pręmiſſis fieri prohibentis, ac pię
memorię Symmachi, & Pauli ij. ac Pauli iiij. & Pij etiam iiij. ac Pij V. necnō quorum-
cunq; aliorum Rom. Pontif. etiam prædeceſſorum noſtrorum, de rebus Eccleſiæ non
alienandis, & male alienatis retractandis, ac recuperādis, necnon quibuſuis alijs Apo-
ſtolicis, ac etiam in vniuerſalibus, prouincialibuſque, & Synodalibus Concilijs ęditis,
& edendis, ſpiritualibus, vel generalibus conſtitutionibus, & ordinationibus, ac etiam
ordinis Sancti Benedicti, & Eccleſiæ Sanctorum Viti, & Modeſti, necnon Confrater-
nitatis, & Monaſteriorum, ac etiam Vrbis prædictorū iuramento, confirmatione Apo-
ſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quo-
que indultis, & litteris Apoſtolicis, etiam illis, illorumq; ſuperioribus, & perſonis, ac
pro tempore exiſtenti ſanctorum Viti, & Modeſti Diacono Cardinali, populoque, &
Ciuibus Romanis, ac quibuſuis alijs perſonis, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis
ac cum quibuſuis, etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſque efficacioribus, & inſo-
litis clauſulis, irritantibuſque, & alijs decretis; in genere, vel in ſpecie, etiam Motu-
proprio, & ex certa ſcientia; deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, & conſiſtoria-
liter, ac de fratrum noſtrorum conſilio, & vnanimi aſſenſu, aliaſque in contrariū, quo-
modo-

Digitized by Google

modolibet; etiam pluries: & iteratis vicibus conceſſis, & confirmatis, & innouatis, & impoſterum concedendis, confirmandis, & innouandis, illis præſertim, quibus inter alia caueri dicitur expreſſę, quod huiuſmodi, & alia beneficia Eccleſiaſtica eiuſdem Vrbis; alijs quàm Ciuibus Romanis originarijs, & Ciuium Romanorum originariorum filijs, ac forſan alias certis modo, & forma tunc expreſſis, qualificatis, conferri, vel etiam locis pijs donari, concedi, & aſſignari, ſeu vniri, annecti, & incorporari non poſſint, & aliter de illis etiam per ſedem eandem, pro tempore factæ, collationes, prouiſiones, & aliæ diſpoſitiones, necnon donationes, conceſſiones, & aſſignationes, ſeu vniones, annexiones, & incorporationes nullius ſint roboris, vel momenti, eiſdem priuilegijs; & indultis, nullatenus, aut non niſi modis, & formis, in illis expreſſis derogari, aut derogatum cenſeri poſſit, & ſi illis aliter derogari contingat, derogationes huiuſmodi nemini ſuffragentur, quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totia tenoribus ſpecialis, ſpecifica, indiuidua, & expreſſa, ac *de* verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales, idem importantes mentio ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma, ad hoc ſeruanda föret, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Volumus autem; quod propter noſtras donationem, conceſſionem, & aſſignationem huiuſmodi ipſa Eccleſia ſanctorum Viti, & Modeſti debitis non fraudetur obſequijs, ſed eius congruæ ſupportentur onera conſueta. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, impartitionis, erectionis, inſtitutionis, donationis, conceſsionum, aſsignationis, applicationis; appropriationis, receptionis, admiſſionis, ſubiectionis, ſubmiſsionis, conſtitutionis, elargitionis, indulti, decreti, mandati, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare prę ſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romę, Apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo quinto, Id. Februarij, Pontificatus Noſtri *Anno Primo.*

Clauſulæ derogatoriæ.

Ferd. Card. Medices ſummator.

XXIIII.

Renouatio Pontificalium Cappellarum in Baſilicis, certiſq; Almæ Vrbis Eccleſijs, Dominicis Quadrageſimæ, & Aduentus, aliiſque ſtatis ſolemnibus diebus, celebrandarum.

SIXTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. EGREGIA Populi Romani pietas, magnis Sanctorum patrum laudibus celebrata, poſteaquam Terrarum Princeps Ciuitas, Beatiſsiınis Apoſtolis Euangelii lucem annunciantibus, ſuaue Chriſti iugum accepit, & per Beati Petri ſedem verè caput Orbis Terræ effecta, latius cœpit præſidere poteſtate diuina, quam dominatione terrena, præclara adhuc, ſingulari Dei benignitate, religioſæ antiquitatis monimenta conſeruat. Inter quæ vetus admodum eſt, ab Apoſtolicis vſque ducta temporibus, ſacrarum Stationum conſuetudo, in quibus fidelium multitudo ad Apoſtolorum ſepulchra, & fortiſſimorum Martyrum memorias cōueniens, hymnis, & cāticis ſpiritualibus Deum in ſanctis ſuis mirabilem laudabat, & ſalutaribus immaculatæ Hoſtiæ ſacrificiis placabat, & aduerſus multiplices antiqui hoſtis oppugnationes, tamquam in Caſtris Dei, Statione tutiſſima conſiſtebat. Quem memorem à maioribus acceptum, nunc etiam Roma antiquiſſimis Vrbis Baſilicis, & Martyrum Eccleſiis viſitandis, ſtatis Dominicis, aliiſque ſolemnibus diebus, in primis verò ſacro Aduentus Domini, Quadrageſimæ tempore, magna populi frequentia anniuerſaria celebritate deuote obſeruat. Nos autē, quibus pro noſtra Paſtorali ſollicitudine, nihil

Stationum cōſuetudo antiquiſsima eſt.

Roma hanc ſtationum conſuetudinem retinet, & obſeruat, antiquas Baſilicas, & Eccleſias deuote certis temporibus viſitat.

hil optabilius eſt, quàm animas Chriſto lucrari: tam pium, ac ſalutare inſtitutum, non ſolum retinere cupimus, ſed etiam ornare, ac omni Religionis officio propagare ſummopere ſtudemus, his præſertim luctuoſis Chriſtianæ Reipub. temporibus, quæ ad placandam Dei iram, ad deteſtabiles hæreſes extirpandas, ad pacem, & tranquillitatẽ Eccleſiæ obtinendam, ad vitia, & peccata hominum corrigenda, crebriora pœnitentiæ, & pietatis opera, ac multiplicatas Sanctorum cum Chriſto regnãtium preces, & interceſsiones maximè requirunt, ſed potiſsimum Sanctorum omnium Reginæ, Dei noſtri Genitricis, ſemperq; Virginis Mariæ, Chriſtiani populi aduocatę cęleſte patrocinium deſiderant. Et vero cum multis antiquis, & Religioſiſsimis Eccleſijs, quas maiorũ pietas magnificę extruxit, hęc Alma Vrbs ornatiſsima ſit, tum illę potiſsimum intra, atq; extra mœnia poſitę, ſeptem Baſilicæ, quas veteri inſtituto fideles, pia, ac ſalutari peregrinatione obire ſolent, magnam iure optimo, non ſolum apud Ciues, ſed apud exteros populos veneratione habent, ſunt enim antiquitate, Religione, Sanctorũ Martyrum venerandis Reliquijs, ſacris Indulgentijs, & deniq; myſtica ſeptẽnarij numeri ratione celeberrimæ, nam quemadmodum *Io. Apoſtolus* admirabilem illam Apocalypſim ſeptẽ Aſiæ Eccleſijs ſcribens, vniuerſam Eccleſiam adumbrauit, quam Deus cœleſtibus Spiritus Sancti donis perficit, & in qua vna habitat, & requieſcit: ita Romæ ſeptem Eccleſię magno eiuſdem numeri myſterio ſunt inſtitutæ, vt totius Eccleſię vnio, & perfectio, in ipſo capite, vnde omnium Eccleſiarum vnitas dimanat, illuſtrius appareret.

Septem pręſertim Baſilicas in Vrbe admodũ celeberrimas.

Apoc. 1.

Quòd cum ita ſit, ſanè nõ poſſumus non dolere, numquam ferè noſtris quidem temporibus, apud eas (vna Vaticana excepta) Pontificales Cappellas celebrari, cum tamen primarias illas Vrbis Baſilicas toto Terrarũ Orbe illuſtres à ſummo Rom. Pontifice, & ſacro Cardinalium Collegio, ita interdum adiri debere, vt ibi quoq; diuina Miſſarum officia ſolemniter fiant, & ipſarum Eccleſiarum Maieſtas, in quibus diuinæ gratiæ redundant, & Pontificalis officij ratio, & maiorũ noſtrorum, exempla id à nobis omnino requirere videantur. Notum eſt enim ex Eccleſiaſticæ antiquitatis monimentis veteres illos ſanctiſſimos Pontifices, prædeceſſores noſtros, in his Baſilicis frequenter admodum diuina officia cum Clero, & populo obiuiſſe, quod duorum præſertim Beatiſſimorum Pont. quos ob ſanctitatem; & rerum geſtarum gloriam merito magnos appellamus, *Leonis, & Gregorij* ſermones complures diuina quadam ſpiritus eloquentia pleni, inter ipſa Miſſarum ſolemnia ad populum habiti apertè declarant.

In quibus antiqui Pontifices, diuina officia celebrare ſolebant.

S. Leo ĩ lib. ſer. S. Greg. to. 2. lib. 40. Homil.

Quare cum ſeptem ſint (Paſchali connumerata) Quadrageſimæ Dominicę, & rurſum quatuor illæ Aduentus, cum Natali, Circumciſione, & Epiphania Domini ſeptenarij item numerum conficiant, in quibus omnibus celebritatibus Cappellæ in Apoſtolico Palatio, aut in Baſilica Vaticana, de more fieri ſolent, Decreuimus, de cõſilio Venerabilium Fratrum noſtrorum, verbo cum eis ea de re in Conſiſtorio noſtro ſecreto maturè facto, ad Dei, & ſanctorum gloriam, & Eccleſiarum ipſarum venerationem, ac fidelis populi deuotionem augendã, ſenectuti noſtræ nequaquam parcentes, ſed paſtoralis officij munus exequentes, tametſi grauiſſimis pro vniuerſæ Eccleſiæ cura, occupationibus diſtineamur, in eiſdem Baſilicis ſolemnes Miſſarum Cappellas facere, vno ex S.R.E. Cardinalibus Miſſam celebrante, idq; quotieſcumq; in eiſdẽ Baſilicis Cappella Pontificalis fiet, ritu perpetuo obſeruabitur; ſermo item tempori accommodatus ad diuinas ſanctorumque laudes prædicandas, & audientium pietatem inflammandam, de more, ſemper habebitur, vt duplicatio ſeptẽnarij numero, ſacroſancta ſacrificia, & ſeptem capitalium peccatorum veniam, & ſeptiformem Sancti ſpiritus gratiã Chriſtiano populo à Deo impetrent. Ad quas quidem venerandas Baſilicas, vt commodius, & decentius adiri poſſit, atq; vt in eis frequentius celebrandis populi religio augeatur, iam vias latas, & directas patefecimus. Cæterum cum Eccleſia Sancti Sebaſtiani mart. vetuſtiſſima illa quidem, & Religioſiſſima, cum propter loci diſtantiam, tum etiam anguſtiam, aliaq; incommoda, minus idonea ſit ad Pontificalium Miſſarum celebrationem, Decreuimus in eius locum Eccleſiam Sanctæ Mariæ, quæ de Populo dicitur, ſubſtituere, non ſolum amplitudine, & loci cõmoditate opportunam, ſed magna etiam Religione venerabilem: ſæpè enim, & pluribus locis ad ſanctiſſimam illam gratiarum matrem, & miſericordiæ parentem, recurrendum eſt, vt ibi potiſſimum, vbi

Hic itaq; Sanctiſsimus Põt. ad ipſorum Baſilicarum venerationẽ, & populi deuotionẽ augendã in eiſdem Baſilicis, ſolemnes Miſſarum Cappellas Pontificales, in futurum celebrari decernit, vno ex Cardi. Miſſam cantante.

Et propterea ad dictas Baſilicas, vias latas aperuit, & ſtrauit, vt habetur inf. in cõſt. 65.

Et modo in locũ Eccleſiæ S. Sebaſtiani, ad huiuſmodi celebrationes incommoda, Ec-

populi

populi nomine inſignita, & vbi multa illius clementiæ extant monimenta, precibus noſtris inuocata, pro populo oret, pro clero interueniant, & pro deuoto fœmineo ſexu intercedat. Nec vero Eccleſiæ S. Sebaſtiani ſua priuilegia, & indulgentias adimimus, quæ etiam in altera nouem Eccleſiarum viſitatione, quas pia multorum fidelium deuotio luſtrare ſolet, ſuo loco, atque ordine permanebit. At vero Eccleſiæ S. Mariæ de Populo, eaſdem ita indulgentias concedimus, quemadmodum, nec vlla ſtationum tranſlatione, aut mutatione in Quadrageſima, ſiue in aduentu, cæteriſque diebus, quicquam detrahimus, ſed gratias gratijs cumulamus, vt apud plures Eccleſias maiore pietatis zelo, Deo; & ſanctis eius honor & cultus tribuatur. Ipſas verò Pontificales Cappellas hoc ordine diſtribui volumus.

cleſiam S. M. de Populo ſub rogat.

In Quadrageſima Dominica prima ad S. Mariam de Populo, ſecunda ad ſanctum Paulum, Tertia ad Sanctum Laurentium extra muros, Quarta ad S. Crucem in Hieruſalem, Quinta ad Sanctam Mariam Maiorem, ſexta in Palmis ad Sanctum Petrum, Dominica Paſchæ ad Sanctum Iohannem in Laterano, vbi populo ſolemniter benedicemus. In Aduentu verò Dominica prima ad Sanctum Laurentium, ſecunda ad Sanctum Iohannem, Tertia ad Sanctam Crucem in Hieruſalem, quarta ad S. Paulum, in Natali Domini ad S. Mariam Maiorem, ad Præſepe Domini more antiquiſsimo, in Circunciſione Domini ad S. Mariam de Populo, in Epiphania ad Sanctum Petrum.

Cappellarũq; in dictis ſepte Eccleſiis celebrandarum ordinem hic ſubnectit.

Præterea cum feſti anniuerſarij dies aduenerint, ſanctorum illorum, quorum nomine Baſilicæ ipſe Deo dicatæ ſunt, apud eas pariter Pontificias Cappellas faciemus: nimirum in Aſſumptione Beatiſſimę Virginis ad Sanctam Mariam Maiorem, de more: In eius Natiuitate ad Sanctam Mariam de Populo: In Inuentione Sanctæ Crucis ad Sanctam Crucem in Hieruſalem: In Natali S. Petri, in Baſilica eius Vaticana: In Conuerſione S. Pauli, in eius Baſilica: In Natali S. Io. Baptiſtæ in Baſilica Lateranen. in die Feſto S. Laurentij Mart. in eius Baſilica extra mœnia: Miſſam item Annunciationis Beatiſsimæ ſemper Virginis Marię, Pontificalem Cappellam faciemus apud Eccleſiã Sanctæ Mariæ ſupra Mineruam, doteſq; de more pro maritandis puellis diſtribuemus, in *tribus vero celebritatibus*, hoc eſt in die Aſcenſionis Domini, quo etiam die Romanus Pontifex, populo ſolemniter benedicit, item Pentecoſtes, Et omnium Sanctorum Pontificales Cappellæ fient in Baſilica Sancti Petri, In die vero Feſto Sacratiſs. Corporis Chriſti poſt Miſſam ſolemnem, quę de more in Cappella Palatina habebitur, erit Pontificalis proceſſio, & Sacroſanctæ Euchariſtię repoſitio in eadem Baſilica Vaticana: cæteris Feſtis ſolemnibuſq; diebus Miſſæ in Cappella Palatij Apoſtolici, de more celebrabuntur.

Vt igitur hunc ſacrum, ſolemnemq; ritum Pontificales Cappellas apud nobiliſſimas Baſilicas celebrandi, ſanctiſsimorũ Pontificum prędeceſſorum noſtrorum veſtigijs inſiſtentes, & venerandę vetuſtatis memoriam renouantes, fælicius; ac religioſius inchoemus, Quarta proxima feria in capite ieiunij Eccleſiam S. Sabinæ Mart. non modo de more ſuperiorum Pontificum adibimus, ſed Cardinale maiore pœnitentiario, vt mos *eſt*, Miſſæ ſacrum faciente, vna cum venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Card. in eadem Eccleſia conſiſtemus, ſacroſq; cineres à nobis, ſolemni more, benedictos; ſupra capita ad pœnitentiæ teſtificationem ſpargemus, ac deinde ſequẽtibus Dominicis diebus ad Baſilicas, & Eccleſias ſupra notatas, Miſſarumq; celebrationem cum ſacro Cardinalium Collegio, & aliorum prælatorum præſentia conueniemus, idemq; ſuo tempore in Aduentu cæteriſq; feſtis diebus, Deo auctore, præſtabimus: Quem ritum ſtatum, atq; ſolemnem, & nos quamdiu diſponente Domino vixerimus, perpetuo annis ſingulis obſeruare ſtatuimus, & à ſucceſſoribus noſtris ſeruari optamus, ac ſanè etiam, pro eorum pietate, & rei condecentia ſperamus. Quod igitur ab omnibus Chriſtifidelibus acceptabili Quadrageſimæ tempore, quod iam aduenit, vbiq; Terrarum faciendum eſt, vt in toto corde ſuo, in ieiunio, & lachrymis conuertantur ad Dominum; id quidem Romæ, vbi Religionis eſt domicilium, vbi ſacrarum Indulgentiarum Theſauri vberius diſpenſantur, vbi innumerabilium martyrum, quorum ſacra corpora apud nos; magno Dei munere requieſcunt, peculiari patrocinio ſubleuamur, multo certè impenſius, & deuotius faciendum eſt, atq;, vt re ipſa fiat, pro noſtra erga hanc Almam

Aliam quoq; Cappellam in prima die Quadrageſimæ, in Eccleſiæ S. Sabinæ Cardinale maiore pœnitẽtiario Miſſam cantante, celebrari, cineresq; per ipſum Pont. benedici, & ſpargi decernit.

Hortatur etiã Chriſtifideles, vt in tempore Quadrageſimæ in ieiunio, & lachrymis conuertantur ad Dominum.

I Vrbem

Vrbem paterna, & præcipua charitate, omnes in Domino etiam atq; etiam hortamur, zelo incenſi domus Dei, quam decet ſanctitudo, Sathanæ aſtutias non ignorantes. Illud quoq; vehementius admonemus, vt omnes, & ſinguli ſtationales Eccleſias cum omni timore, & tremore, vt verè pœnitentes, caſtè, & piè adeant, nemini dantes vllam offenſionem: ne illis in locis, iiſq; diebus, quibus aliorum temporum culpæ pijs operibus, & caſtis ieiunijs redimendæ ſunt, inter ipſa martyrum ſepulchra Deus ad iracundiam magis prouocetur, ſed contra potius huius Ciuitatis pœnitentia, eleemoſynis, orationibus, ſanctorumq; interceſſionibus placatus pater miſericordiarum Deus, nobis, & cunctis populis curæ noſtræ commendatis (omnes enim vnum ſunt in Chriſto) propitius, & placabilis efficiatur, & quorum fides Apoſtolico ore laudata eſt, & in vniuerſo mundo annunciatur, eorum etiam modeſtia, & diſciplina ad pietatis, & ſanctitatis exemplum omnibus nationibus proponatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conſtitutionis, decretorum, voluntatis conceſſionis, ſtatuti, & admonitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Stationaleſq; Eccleſias verè pœnitentes, & caſte piæq; viſitent.

Datum Romæ, Apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, 1585. Id. Februarij, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

✠ Ego Sixtus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

✠ Ego Iac. Car. Sabellus Epiſc. Portuen.
✠ Ego Io. Ant. Epiſc. Tuſc. Card. S. Georg.
✠ Ego Io. Franciſcus Cardin. de Gambara, Prænestin.
✠ Ego M. S. Card. ab Altaemps.
✠ Ego Inn. Aualus Card. de Arag.
✠ Ego M. Antonius Card. Columna.
✠ Fr. Michael Bonellus Card. Alex.
✠ Nic. Card. de Sens.
✠ Iul. Ant. Card. S. Seuerinæ.
✠ P. Card. Cæſius.
✠ Ego Hier. Card. Ruſtic.
✠ Ego Io. Hier. Card. Albanus.
✠ Ego Hier. Card. Simoncellus.
✠ P. Card. Deza.
✠ Ego Io. Ant. Card. SS. Quatuor.
✠ Ego Io. Bap. Card. S. Marcelli.

✠ Ego Aug. Card. de Verona.
✠ Ego Vin. Card. Montis Regalis.
✠ Ego Scipio Card. Lancellotus.
✠ Ego Vincen. Card. Gonz.
✠ Ego Io. Baptiſta Card. Caſtruccius.
✠ Ego Fed. Card. Cornelius.
✠ Ego Hippolytus Card. Papien.
✠ Ego Dominicus Card. Pinellus.
✠ Ego Decius Card. Azzolinus.
✠ Ego Hip. Card. Aldobrandinus.
✠ Phil. Vaſt. Card. Cam.
✠ Alex. Card. Montaltus.

Regiſtrata apud Io. Baptiſtam Secretarium.

Publicatio.

Anno a Natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſexto, Indictione xiiij. die vero decimaquinta Menſis Februarij, Pôtificatus Sanctiſſ. in Chriſto Patris, & D. N. D. Sixti diuina prouidentia Papæ V. Anno I. Retroſcriptæ litteræ affixæ, lectæ, & publicatæ fuerunt ad valuas S. Ioannis Lateranen. & S. Petri Principis Apoſtolorum de Vrbe, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ, & acie Campi Floræ, per nos Calixtum Brunettum, & Io. Freile eiuſdem S. D. N. Papæ Curſ.

Confir-

XXV.

Confirmatio conſtitutionis Pij V. De non infeudandis, & alienan. Caſtris, & locis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ.

Hanc conſt. Pij V. habes ſup. ſol. 975. nu. 35. eiuſq; confirmationem Gregorij xiij. habes ſup. ſol. 1197. nu. 1.

Prohibitionem autem alienandi Caſtra, & alia bona exiſten. in ſtatu Eccleſiaſtico alijs quam Vaſallis eiuſdem ſtatus, abſq; Sedis Apoſtolicæ licentia, fecit hic Sanctiſſ. Pont. vt ſup. in eius conſtit. 3. ſol. 4.

SIxtvs Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. QVANTA Apoſtolicæ Sedis dignitati detrimenta, & eius ſubditis incommoda, ex Ciuitatum, Terrarum, & locorum Status Eccleſiaſtici diſtractione obuenerint aſſidua mentis noſtræ cogitatione reuoluentes Paſtoralis ſolicitudinis nobis diuinitus commiſſæ zelo vrgemur, illorum conſeruationi ſolertioris diligentiæ ſtudio incumbere, & quæ propterea à prædeceſſoribus noſtris maturo conſilio, ac optima ratione ſunt ſancita, approbationis noſtræ robore communire. Aliàs ſiquidem à fel. rec. Pio Papa V. prædeceſſore noſtro, emanarunt litteræ tenoris ſubſequentis. Pius Epiſcopus. Omittitur tenor huius conſtit. quia habetur ſupra ſol. 975. *Cauſa huius confirmationis.*

Et deinde piæ memorię Gregorius Papa xiij. etiam prædeceſſor noſter, litteras prędictas Apoſtolica auctoritate approbauit, & confirmauit, prout in ipſius Gregorij prędeceſſoris, litteris deſuper confectis plenius continetur.

Quocirca ne litterę Pij prædeceſſoris huiuſmodi labentis temporis curſu valeant labefactari, ſed eo validius ſubſiſtant, quo multiplici firmitatis vinculo ſępius fuerint ſtabilitæ, veſtigiis ipſorum prædeceſſorum inhærendo, eaſdem litteras Pii V. prędeceſſoris, & in eis contenta quæcunque ex certa ſcientia noſtra, auctoritate prędicta tenore præſentium approbamus, & confirmamus, ac etiam innouamus, eaſque inuiolabilis firmitatis robur obtinere, ac perpetuo obſeruari debere volumus, & mandamus; Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, confirmationis, innouationis, voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. *Confirmatio conſt. Pii V.*

Datum Romæ, Apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo quinto, decimoquinto Calend. Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Hippolytus Cardinalis Aldobrandinus Prodat.

Anno à Natiuitate Domini, milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſexto, Indictione decimaquarta, die vero prima Menſis Aprilis, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D.N.D. Sixti diuina prouidentia Papæ V. Anno Primo. Retroſcriptæ litterę affixę, lectę, & publicatę fuerunt, & per aliquod temporis ſpatium dimiſſæ in valuis, ſeu portis Baſilicarum Sancti Ioannis Lateranen. & Sancti Petri, Principis Apoſtolorum de Vrbe, necnon Cancellarię Apoſtolicę per nos Catherinum Menandi, & Nicolaum Tagliettum S.D.N. Papæ Curſ. *Publicatio.*

Alex. Parabiachus Mag. Curſ.

XXVI.

Confirmatio quarumcumque gratiarum, immunitatum, & Priuilegiorum, Religionis S. Ioannis Hieroſolymitani.

Hęc confirmatio non pręiudicat (vt dicitur hic in fine) conſtitutioni Pij V. quæ eſt ſup. fol. 1134. num. 139. neque Gregorij xiij. quę eſt ſup. fol. 1326. num. 88.

De Priuilegijs huius Religionis, vide ſup. in Pij iiij. conſt. 14. fol. 663. vbi notaui.

SIxtvs Papa V. Ad perpetuam rei memoriam.

ETSI ex noſtri Paſtoralis officij debito ſub Religionis habitu Domino famulantibus, quibuſlibet in his præcipuè per quæ eorum profectibus conſulatur, nos fauorabiles, & benignos eſſe deceat, Fratrum tamen Hoſpitalis ſancti Ioannis Hieroſolymitani, qui Crucis mirificè ſuſcepto ſignaculo circa fidei ortodoxæ tuitionem, nullis laboribus, nulliſuè corporum parcendo periculis, contra Chriſti nominis hoſtes continuè pugnare non formidant, Religionem floridã paternis contemplantes affectibus, ea quæ eis pro eorum proſpero ſtatu, commodo, & quiete per Romanos Pontifices prudenter conceſſa reperimus, vt illibata, firmaq; perpetuò ſubſiſtant, libenter approbationis noſtræ munimine roboramus. Cum itaque, ſicut accepimus, licet aliàs fel. rec. Leo X. Clemens VII. Paulus III. Pius IIII. & Pius V. Romani Pontifices prædeceſſores noſtri, inter alia priuilegia, & indulta, dilectis filijs Magiſtro, & Conuentui Hoſpitalis ſancti Ioannis Hieroſolymitani à ſede Apoſtolica conceſſa, eundem, & pro tempore exiſtentem, Magiſtrum, Baiuliuos, Caſtellanum Empoſtæ, priores, præceptores, milites, aliaſq; perſonas Hoſpitalis huiuſmodi, necnon eorum ſubditos, vaſſallos, colonos, & ſeruitores, ac alios in eorum obſequijs, & dicti Hoſpitalis beneficijs quomodolibet nuncupatis, exiſtentes etiam presbyteros curam animarum exercentes, quandiu illam exercent, & in illorum obſequijs forent, illorumque animalia, prædia, domos, molendina, & bona quæcunque quæ obtinebant, ac impoſterum obtinerent, & poſſiderent à ſolutione, & exactione, decimarum, cenſuum, iurium etiam ſynodalium, & canonicarum portionum, ſeu charitatiui ſubſidij, aut iucundi aduentus, ſeu quartæ, aut aliàs quomodolibet, aut aliorum quorumcunque onerum, ſub certis modo, & forma exemerint, & liberauerint, prout in diuerſis ipſorum prædeceſſorum deſuper confectis litteris plenius continetur. Et licet ipſi milites, & aliæ perſonæ prædictæ non debuiſſent, neque deberent à quoquam contra dictorum priuilegiorum tenorem, & formam moleſtari, perturbari, vel inquietari, cum ipſi non modo eorum facultatibus, & fortunis, verum etiam ſanguini, & vitæ pro tuitione fidei Catholicæ non parcant, nihilominus diuerſi locorum ordinarij, & parochialium Eccleſiarum Rectores, ac multæ capitulares perſonæ id ſibi omnino, iuxta ſacri Concilij Tridentini decreta licere aſſerentes, coſdem Magiſtrum, Baiuliuos, Caſtellanum Empoſtæ, priores, pręceptores, milites, & perſonas diuerſis oneribus contra eorum priuilegia prægrauare, illoſque ad decimas, cenſus, ſubſidia etiam charitatiua, cõgruas portiones, iucundum aduentum, paſtor bonus, aut aliàs nuncupata onera, etiam iura ſynodalia cogere præſumant, in graue ipſius Hoſpitalis detrimentum, & grauamen. Nos igitur attendentes Hoſpitalis prædicti multa eſſe in fidem Catholicam, & Sedem Apoſtolicam merita, nobis & venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, non incognita, Magiſtrum, Baiuliuos, Caſtellanum Empoſtę, præceptores, milites, fratres, & eorum ſingulos, & ſingulares dicti Hoſpitalis perſonas, à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, necnon omnium, & ſingulorum priuilegiorum,

Multi Pontifices varias gratias, & priuilegia Religioni S. Ioãnis Hieroſolymitani cõceſſerũt, & ſpecialiter exemptionem à ſolutione decimarum, & aliorũ onerum.

Ordinarij tamen, & alij cõtra formam dictorum priuilegiorũ Fratres, & alios dictæ Religionis moleſtare præſumunt.

legiorum, indultorum, facultatum, exemptionum, immunitatum, libertatum, & gratiarum per præfatos, & alios quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac ſedem Apoſtolicam, Hoſpitali, illiuſque Magiſtro, Conuentui, & Fratribus, militibus, alijſque perſonis præfatis, hactenus conceſſorum, ac litterarũ deſuper confectarum tenores præſentibus pro expreſſis habentes. Motu proprio non ad Magiſtri, & conuentus Hoſpitalis huiuſmodi, aut alicuius alterius ſuper hoc pro eis nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, & de mera noſtra liberalitate, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnia, & ſingula priuilegia, indulta, facultates, exemptiones, immunitates, libertates, & alias gratias, eiſdem Magiſtro, & Conuentui, quomodolibet conceſſa, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illiſque perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, ac omnes, & ſingulos, tam iuris, quam facti defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem ſupplemus.

Sanctiſsimus itaq; Pontifex iſte ob multa merita d. Religionis, eius priuilegia omnia confirmat.

Decernẽtes præſentes litteras, nullo vnquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu, etiam ex eo, quod locorum ordinarij vocati non fuerint notari, impugnari, vel inualidari minimè poſſe, minuſque ſub quibuſcumque ſimilium, vel diſſimilium gratiarum reuocationibus, limitationibus, reſtrictionibus, & derogationibus comprehendi poſſe, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas, repoſitas & plenariè reintegratas eſſe; Sicque ab omnibus cenſeri, & ita per quoſcumque Iudices, & Commiſſarios, quauis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretãdi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere: ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Quod intellige ut hic in fine.

Clauſulæ præſeruatiuæ.

Decretum irritans.

Quocirca dilectis filijs in Regnis Hiſpaniarum, & Neapolitan. noſtris, & ſedis Apoſtolicæ pro tempore exiſtentibus nuncijs, aut Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali auditori per præſentes motu ſimili mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes litteras: & in eis contenta *quæcumque vbi*, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte eorundem Magiſtri, & Conuentus fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra, eoſdem Magiſtrum, & Conuentum, confirmatione, approbatione, adiectione, ſupplectione, decreto, & alijs præmiſſis pacificè vti, frui, & gaudere non permittentes eos per ordinarios præfatos, aut quoſcumque alios contra præſentium tenorem, quomodolibet moleſtari, perturbari, aut inquietari, contradictores quoſlibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſita, compeſcẽdo, ac legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas huiuſmodi incurriſſe declarando, illaſque etiam iteratis vicibus aggrauando, interdictumque Eccleſiaſticum apponendo, inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis.

Executorum deputatio, & facultates.

Non obſtantibus piæ me. Bonifacij Papæ VIII. etiam prædeceſſoris noſtri de vna, & concilij generalis de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas aliquis auctoritate præſentium ad iudicium non extrahatur; ac alijs quibuſuis Apoſtolicis, necnon in Prouincialibus, & ſynodalibus Concilijs editis ſpecialibus, vel generalibus conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis, quibuſuis perſonis, etiam præfatis locorum ordinarijs, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum, derogatorijs, alijſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & alijs decretis, etiam motu, & ſcientia ſimilibus etiam Conſiſtorialiter, & de fratrum noſtrorum conſilio in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia forma, ad hoc ſeruanda foret, illorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrarijs quibuſcumque: aut ſi aliquibus communiter, vel

Clauſulæ derogatoriæ.

diuiſim

Digitized by Google

diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſit per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem. Volumus autem, quòd ſel. rec. Pij V. xxij. Septembris, anno ſexto, ac Gregorij xiij. prædeceſſorum noſtrorum litteris ſub annulo piſcatoris, xxv. Nouembris, Anno nono, Pontificatus ſuorum expeditis, in ſuo robore, & efficacia permanentibus, præſentes litteræ non comprehendant, neque Eccleſias, neque perſonas in his, quæ ad curam animarum pertinent, in quibus decreta Concilij Tridentini huiuſmodi omnino ſeruari.

Præſeruatio cõſti. Pij v. & Greg. xiii. quas indicaui hic ſup. in rubr.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die xx. Martij, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſexto. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

XXVII.

Archiconfraternitatis Confalonis Beatæ Mariæ Virginis de Vrbe facultatum, Indulgentiarum, & Annuorum redditum conceſsio, pro Redemptione Captiuorum Status Eccleſiaſtici, ab infidelibus.

De Facultate huius Archiconfraternitatis, in Redimendis captiuis, habes etiam in Greg. xiij. conſt. 65. fol. 1292. Et de ſimili facultate ordinis Sanctiſs. Trinitatis Redemptionis captiuorum, habes in eiuſd. Greg. conſt. 37. ſup. fol. 1240.

Archiconfraternitati prædictæ, hic idem Sanctiſſ. Pont. conceſsit facultatem ſibi eligendi Iudicem ad eius cauſas, & lites, cum ampliſsima iuriſdictione, vt infra in conſt. 37.

SIXTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

CVM benigna mater Eccleſia filios ſuos, qui in teterrima Infidelium captiuitate conſtituti, non ſolum corporum, ſed etiam animarum diſcrimen patiuntur, adeo intimis miſericordiæ ſuæ viſceribus complectatur, vt pro illis in libertatem reducendis, facultates ſuas libenter exponat, ſacriſque rebus, & precioſis vaſis materna liberalitate non parcat. Nos qui ipſius Eccleſiæ adminiſtrationem curæ noſtræ diuina diſpoſitione commiſſam gerimus magnopere adſtrictos eſſe cognoſcimus, vt eorundem Captiuorum, qui in baptiſmatis fonte Chriſtum induerũt, Templumque Dei facti ſunt miſerandis calamitatibus, & tormentis, quibus in odiũ Chriſtiani nominis ſæuiſſimè excruciantur condolentes, illorum libertatem dilectione, ac religione ipſa procuremus; & quæ propterea piè facta fuiſſe comperimus, vt firmiora perdurent confirmanda, & innouanda fore cenſeamus, ac ne tam pium opus quod cæteris corporalibus miſericordiæ operibus antecellit, & in quo vno ferè omnia quaſi per compendium ſimul exercentur, neceſſarijs ſubſidijs deſeratur, operarias manus interponendas, Chriſtique fidelibus agros vberes, in quibus charitatis ſemina mittant, meſſem in regno cœlorum ampliſſimam expectaturi, toto cordis affectu offerẽdos eſſe iudicauimus: illos ſpiritualibus muneribus, Indulgentijs videlicet, & peccatorum remiſſionibus inuitantes, vt ad tantæ, & tam ſalutaris operationis exercitium vehementius excitentur, promptioreſque reddantur, & pijs eorum eleemoſynis redempti, gratiarum Deo reſerant actiones. Dudum ſiquidem fel. rec. Gregorius Papa xiij. prædeceſſor noſter, miſerorum Captiuorum, & præſertim eorum qui ſuæ, & ſedis Apoſtolicæ temporali ditioni ſubiecti erant oppreſſionibus, ne langueſcente carnis infirmitate, ac verbi Dei prædicatione, & ſacramentorum ſolatio deſtituti, deſperationi ſuccumbentes, ad ſuſceptæ in baptiſmo fidei deſertionem (vti non raro, pro dolor, ſolet contingere) inducerentur, ſuccurrere volens, redimendorum Captiuorum opus iamdiu in alia orbis loca diffuſum, etiam in alma Vrbe ſalubriter inſtituit, illiuſq; onus vniuer-

Greg. xiii. Redimendorũ captiuorũ ſtatus Eccleſiaſtici opus in Vrbe inſtituit, & Archiconfraternitati Cõfalonis hãc curam dedit, vt ſup. in eius conſtit. 65. f. 1292.

vniuerſum, quod magnum eſſe intelligebat, curę & ſolicitudini venerabilis Archiconfraternitatis Confalonis Glorioſiſſimæ Virginis Marię, antiquitate, & nobilium virorum copia admodum inſignis, Motuproprio impoſuit, ad hoc vt ipſa Archiconfraternitas, illiuſq; Cuſtodes, & Confratres pro tempore exiſtentes quoſcumq; Chriſtifideles dictæ Vrbis, ac Prouinciarum, Ciuitatum, Terrarum, & locorum dictæ ditioni mediatè, & immediatè ſubiectorum, in dira infidelium ſeruitute detentos redimerẽt, eleemoſynaſque, & oblata quæcumq; in omni loco eidem ditioni, vt præfertur ſubiecto, quærerent, & acciperent, prout in eiuſdẽ prædeceſſoris litteris deſuper confectis plenius continetur. Cum autem ſicut accepimus dilecti filij Magiſter Hieronymus Auila, Iuris vtriuſq; Doctor, litterarum Apoſtolicarum Corrector, & Abbreuiator, ac in vtraque ſignatura noſtra Referendarius, & prȩlatus noſter domeſticus, Paulus Mattheius, Carolus de Maximis, & Vlyſſes Lancerinius Patritij Romani moderni ipſius Archiconfraternitatis Cuſtodes, & alij Confratres maximo pietatis zelo ducti in huiuſmodi tam pio opere ſe pro viribus exercere intendentes, ac eorundem Captiuorum ne dum liberationem, ſed etiam ſpiritualem cõſolationem, & animarum ſalutem quȩrentes, Redemptores inter quos duos ordinis fratrum Minorum Capuccinorum nuncupatorum profeſſores, qui non ſolum Captiuos redimerent, ſed illos ſpiritualiter eorum confeſſiones audiendo, & ſacramenta eccleſiaſtica illis miniſtrando iuuare, afflictis ſolatium prȩbere, debiles in fide conſolidare, dubios & vacillantes confirmare, & eos qui doctrina indigerent erudire, ac deniq; vbi maius periculum immineret, ibi ſeſe diligentiores Chriſti miniſtros exhibere poſſent, & deberent, Algerium de ipſius prȩdeceſſoris licentia miſerunt. Illi autem profecti, ac de eorundem Captiuorum libertate, & animarum ſalute ſolliciti, verbo, & exemplo eos illuminantes multa ad proximorum vtilitatem, & ædificationem, ac fidei Catholicæ exaltationem, Domino cooperante, in medio nationis prauæ, & peruerſæ fecerunt, qui demum peſtis contagione affecti cum maximo Captiuorum gemitu, & dolore, ac lachrymis obdormiuerunt in pace. Nos igitur illius qui ſui precioſiſsimi ſanguinis effuſione genus humanum de manibus aduerſarij quærentis quem deuoret, eripere dignatus eſt, exemplo edocti, ac de ſtatu filiorum, more pij patris cogitantes: Cupienteſque vt huiuſmodi Redemptionis opus etiam in Vrbe, & toto ſtatu eccleſiaſtico huiuſmodi ſic fæliciter inceptum, ab eiſdem Cuſtodibus, & Cõfratribus in Domino prouehatur, ipſiq; Cuſtodes & Confratres Redemptores, ac alios religioſos ad eaſdem infidelium partes proficiſci faciant, ne filij ſtatus Eccleſiaſtici in ſeruitute degentes qui alios concaptiuos de tenebris, & vmbra mortis educi quotidie vident, ſe ſolos ibi perpetuæ obliuioni traditos, & derelictos exiſtiment, Cuſtodes & Confratres prædictos, eorumq; ſingulos a quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, a iure vel ab homine quauis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, ac litterarum Gregorij prædeceſſoris huiuſmodi tenores, etiam veriores prȩſentibus pro expreſſis habentes. Motu proprio non ad Cuſtodum, & Confratrum prȩdictorum, ſeu alicuius eorum, aut alterius pro eis nobis ſuper hoc oblatȩ petitionis inſtantiam, ſed ex mera liberalitate, ac ſcientia noſtris, deque apoſtolicæ poteſtatis plenitudine. Inſtitutionem, & erectionem Redemptionis Captiuorum huiuſmodi per eundem prædeceſſorem, vt præfertur factas, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuȩ firmitatis robur adijcimus, ac omnes & ſingulos tam iuris, quàm facti defectus, ſiqui interuenerũt in eiſdẽ; ſupplemus. Et nihilominus huiuſmodi opus Redẽptionis Captiuorum in dicta Vrbe, totoq; ſtatu eccleſiaſtico, vt prȩfertur mediatè & immediatè ſubiecto, q Redẽptio Captiuorum ſedis Apoſtolicȩ, & ſtatus eccleſiaſtici mediatè & immediatè ſubiecti Archiconfraternitatis Confalonis nuncupetur, de nouo auctoritate & tenore prȩdictis perpetuo erigimus, & inſtituimus. Illudq; ſiç erectum, & inſtitutum ſolerti curȩ & ſolicitudini eiuſdem Archiconfraternitatis, quam ſingulari dilectione proſequimur, & cuius Confratres laudabiles charitatis effectus cõtinuo producere non ceſſant committimus, & demandamus, Ita quod ipſius Archiconfraternitatis, nunc & pro tempore exiſten-

Hic igitur Sanctiſsimus Pont. dictam inſtitutioné Redemptionis captiuorum confirmat.

Curamq; dictȩ Redemptionis eidem Archiconfraternitati concedit.

tes

tes Cuſtodes, & Confratres, ac ab eis Deputati quoſcumque Chriſtifideles eiuſdem ſtatus, in infidelium ſeruitute detentos redimere, & propterea in dicta Vrbe, ac omni & quocunque alio loco dictæ ditioni mediatè, & immediatè ſubiecto eleemoſynas, & oblata quæcunque quærere, & accipere, ac ad id Quæſtores probos quot eis videbi-

Facultatē deputādi quæſtores in ſtatu Eccleſi. ad colligendum eleemoſinas pro dicta Redemptione, eid. Archiconfraternitati concedit.

tur deputare, qui eleemoſynas, oblationes, legata, & quæcunque alia ſubſidia huiuſmodi in toto ſtatu prædicto, vt præfertur, ſubiecto pro huiuſmodi Redemptione, & cauſis ad eam pertinentibus perquirant, pecuniaſque inde congerendas penes publicum mercatorem, fide, & facultatibus idoneum, deponant, douec ille in Redemptionem Capriuorum huiuſmodi arbitrio ipſorum Cuſtodum, & Confratrum erogentur, liberè, & licitè poſſint, & valeant. Volentes, & ita decernentes quod tam in dicta Vrbe, quàm in quibuſuis Prouincijs, Ciuitatibus, Oppidis, Caſtris, & locis ipſi ditioni, vt præfertur ſubiectis, nulli etiam ſanctiſſimę Trinitatis, ac beatæ Marię de Mercede Redemptionis Captiuorum, ſeu aliorum quorumuis ordinum profeſſores, ſeu quicunq; alij etiam prætextu quorumcunque priuilegiorum, & indultorum Apoſtolicorum, ac quarumuis aliarum conceſſionum, & gratiarum eiſdem, ſeu quibuſuis alijs ordinibus

Fratribus Sāct. Trinitatis, & alijs ne eleemoſinas huiuſmodi in ſtatu Eccleſiaſtico quærant, vel recipiant, Prohibet.

vel perſonis quomodolibet conceſſorum, & pro tempore concedendorum tam pro Redemptione generali, quàm particularium perſonarum eleemoſynas, ſeu etiam ſponte oblata, aur aliàs quomodolibet quærere, & accipere vllo modo poſſint, neq; debeant, præfati tamen ſanctiſſimæ Trinitatis profeſſores in Vrbe, ac toto ſtatu Eccleſiaſtico, vt præfertur, ſubiecto huiuſmodi in illis locis in quibus eorum ordinis regulares domos habent, & pro tempore habebunt ad eorũ victum neceſſaria tantum, nulla tamen Redemptionis Captiuorum facta mentione: In alijs verò ciuitatibus & locis extra dictum ſtatum, vt præfertur, mediatè, & immediatè ſubiectum etiam eleemoſynas pro Captiuis Redimendis petere, & accipere valeant, priuilegiorum ſuorum vigore, quibus, ac alijs iuribus, & actionibus, & præſertim ratione monaſterij, & hoſpitalis ſancti Thomæ in formis in monte Cælio, ac Eccleſiæ, & domus ſancti Stephani in Trullo de dicta Vrbe eidem ordini competentibus quo ad hoc nullo modo pręiudicare intendimus, auctoritate, & tenore prędictis etiam perpetuo ſtatuimus, & ordinamus. Diſtrictius inhibentes prędictorum, ac quorumuis aliorum ordinum profeſſoribus, & aliis quibuſuis perſonis, etiam quantumuis priuilegiatis, ne eleemoſynas, & oblata, ſiue legata pro Redemptione Captiuorum in Vrbe, ac toto ſtatu Eccleſiaſtico, vt præfertur, ſubiecto, huiuſmodi quęrere, aut accipere, ſeu in huiuſmodi Redemptionis opere quomodolibet ſe intromittere audeant, ſeu præſumant. Inſuper pro maiori ipſius Redemptionis ſubuentione ex omnibus, & quibuſcumque facultatibus, ſeu licentijs teſtandi de bonis eccleſiaſricis quibuſuis perſonis per nos, & ſedem prędictam quomo-

Redditus expeditionū hic deſcriptarū eidem Archiconfraternitati aſſignat.

dolibet concedendis (non tamen S.R.E. Cardinalibus, nec alijs, quibus ſimiles facultates gratis, & abſq; alicuius compoſitionis ſolutione de mandato noſtro, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis concedentur) ducatum vnum auri in auro pro quolibet centenario. Si vero huiuſmodi facultates fuerint vſq; ad quamcunque ſummam, ſoluatur ſimiliter ducatus vnus pro quolibet centenario, habita ratione compoſitionis, Datario pro tempore exiſrenti perſoluendæ. Ac pro ſingulis abſolutionibus ab homicidij reatu tam in Dataria noſtra, ſeu per breue expediendis, quàm toto ſtatu Eccleſiaſtico immediatè ſubiecto, à quibuſuis Legatis, Vicelegatis, vel Gubernatoribus, quibuſuis perſonis quomodolibet cõcedendis, etiam ſi gratis concedantur, ducatos duos ſimiles. Necnon pro ſingulis conceſſionibus, ſeu licentiis alienandi, vel permutandi bona Eccleſiaſtica, ſeu illarum confirmationibus quibuſuis perſonis quomodolibet concedendis, quorum bonorum annuus redditus valorem quinq; ducatorum ſimilium nõ excedat, ducatum vnum, ſi vero eundem valorem exceſſerint ducatos duos. Vlterius pro ſingulis plumbis omnium, & quarumcunq; litterarum Apoſtolicarum ſub plumbo tam per Cancellariam, vel Cameram, aut viam ſecretam, quàm per Minoris gratiæ, & Contradictarum officia quomodolibet etiam gratis expediẽdarum, iulium vnum monetæ currentis eidem Archiconfraternirati, ita vt illius Cuſtodes, & ab eis Deputati pro tempore exiſtentes, taxas, ac iulium huiuſmodi à quibuſuis perſonis, illas & illum nunc & pro tempore habentibus, ſeu ſoluere debentibus, propria auctoritate exigere,

ac de exactis quietare, & in Captiuorum Sedis,& ſtatus prædictorum Redemptionem conuertere liberè, & licitè valeant, etiam perpetuo auctoritate, & tenore prædictis gratiosè concedimus,& elargimur. Necnon taxas,& iulium huiuſmodi ex nunc eidem Archiconfraternitati ſimiliter perpetuò applicamus, & appropriamus, ac applicatas, & applicatum, necnon appropriatas, & appropriatum fore, & eſſe volumus, atq; decernimus. *Diſtrictè* præcipientes modernis, & pro tempore exiſtentibus Datario, ſecretarijs plumbatoribus, ac tam in Dataria, quàm ſecretaria, & plumbo noſtris officialibus, expeditoribus, legatis, vicelegatis, vel gubernatoribus prædictis, illiſq; in virtute ſanctæ obedientiæ mandantes ne ſupplicationes, Motus proprios, breuia, ſeu alias patentes litteras ſuper facultatibus teſtandi, abſolutionibus, licentijs alienandi, ſeu illarum confirmationibus, aut alias quaſcunq; litteras Apoſtolicas huiuſmodi expediant, ſeu partibus relaxent, niſi prius integrè eidem Archiconfraternitati de illis ſecundum præmiſſa ſatisfactum fuerit,alias gratię ipſæ nullius ſint roboris. Et nihilominus ipſi officiales, expeditores, plumbatores, ſeu miniſtri, taxas, & iulium huiuſmodi eidem Archiconfraternitati, vt præfertur, debitas,& debitum de eorum proprio ſoluere teneantur, & obligati exiſtant. Necnon vt quæcunq; & qualiacumq; bona etiam emphytheotica eidem Archiconfraternitati pro Redemptione Captiuorum prædictorũ, tam inter viuos, quàm mortis cauſa, ſeu teſtamento, vel codicillis dari, concedi, ſeu relinqui liberè poſsint, Dummodo ipſa Archiconfraternitas ad eadem onera,ad quæ donator, ſeu teſtator huiuſmodi occaſione bonorum eorundem tenebatur,& quæcunq; alia, quæ ipſe donator, ſeu teſtator etiam impoſuerit omnino teneatur, Et ſi ad certum numerum generationum, aut nominationum eadem bona conceſſa fuerant, ipſa Archiconfraternitas non perpetuò, ſed per viginti annos pro qualibet generatione, ſeu nominatione huiuſmodi bona prædicta tenere, illaque locare, & diſlocare, ac illorum redditus in Redemptionem Captiuorum huiuſmodi conuertere poſſit, quæ finitis ipſis annis ad eorum directos dominos deuoluantur, etiam perpetuò ſtatuimus, & ordinamus.

Bonorum etiã emphyteotico rum diſpoſitio nes ad fauorẽ d. Archicõfraternitatis pro hac Redẽptione fieri poſſe declarat.

Declarantes quòd quæcunque legata, & aliæ diſpoſitiones pro Redemptione Captiuorum a quibuſuis perſonis, tam in Vrbe, quàm toto ſtatu Eccleſiaſtico mediatè, & immediatè ſubiecto non tamen in fauorem certæ perſonæ, ſeu alicuius regularis loci, vel Sanctiſſimæ Trinitatis, aut Beatæ Mariæ de Mercede redemptionis captiuorum ordinum hactenus facta, & non ſoluta, & pro tempore quomodolibet facienda cenſeantur, & intelligantur facta fuiſſe, & eſſe ad fauorem Redemptionis Captiuorum, ſedis, & ſtatus prædictorum, illaque ab eis, ad quos ſpectat, & pro tempore quomodolibet ſpectabit Cuſtodibus, ſeu ab eis Deputatis prædictis ad effectum pręmiſſum realiter, & abſque aliqua exceptione ſolui omnino debeant. Inſuper omnibus, & ſingulis, ac quibuſcunque perſonis eccleſiaſticis, ſeu beneficia eccleſiaſtica obtinentibus, vt de illorum bonis mobilibus, & immobilibus, ac ſe mouentibus,etiam ex fructibus beneficiorum eccleſiaſticorum, ac aliàs quomodolibet, etiam proprijs labore & induſtria acquiſitis vſque ad ſummam trecentorum ducatorum ſimilium in eiuſdem Archiconfraternitatis pro ipſa Redemptione, ſeu in aliarum quarumcunque, etiam extranearum, non tamen incapacium, & de iure prohibitarum perſonarum fauorem diſponere, ipſaque bona vſque ad dictam ſummam, tam ex teſtamento, quàm donatione inter viuos, aut alia quauis diſpoſitione Archicõfraternitati, ſeu perſonis prędictis relinquere, Dummodo ſi in aliorum, vt pręfertur, quàm in ipſius Archiconfraternitatis fauorẽ diſpoſuerint, tertia pars dictorum bonorum ad eandem Archiconfraternitatem deueniant, aliàs diſpoſitiones huiuſmodi nullæ ſint eo ipſo, licentiam, & facultatem impartimur.

Legata,& relicta facta, & fienda in ſtatu Eccleſ. (non tamẽ pro aliqua certa perſona, ſeu regulari loco) pro redemptione captiuorum, Archicõfraternitati, & Redemptioni prædictis applicat.

Eccleſiaſticis perſonis ad fauorem Archiconfraternitatis,vel aliarum perſonarũ,(tertia parte Archiconfraternitati ſoluta) vſq; ad ſcut. 300 diſponere poſſe indulget.

Præterea eidem Archiconfraternitati,illiuſque Cuſtodibus, ſeu ab eis Deputatis, quod in quibuſcunque Cathedralibus, etiam Metropolitanis, Collegiatis, Parrochialibus, & alijs quibuſuis ſecularibus, & quorumuis ordinum regularibus Eccleſijs, ac in quibuſcunque Maritimis, & alijs Portibus, tam dictæ Vrbis, quàm Prouinciarum, Ciuitatum, Oppidorum, Caſtrorum, & locorum quorumlibet totius ſtatus Eccleſiaſtici mediatè, & immediatè ſubiectis, Capſę pro colligendis fidelium eleemosynis pro ipſa Redemptione tenere, & manutenere, ac à dilecto filio moderno, & pro tempore exiſtente noſtro Vicario in ſpiritualibus generali in

Capſas ad colligendum eleemoſynas in toto ſtatu Eccleſ. deputandi facultatem d. Archiconfraternitati concedit.

dictæ Vrbis, illiuſque diſtrictus, ac ab alijs locorum ordinarijs, illorumque Vicarijs, & officialibus in eorum Ciuitatum, & diœceſum Eccleſijs ſecularibus, & quorumuis ordinum regularibus, etiam quantumcunque priuilegiatis, & exemptis, necnon à Gubernatoribus, & alijs officialibus, & miniſtris, in dictis Portibus, ac alijs eis beneuiſis locis contradictione, ſeu reclamatione quibuſcunque poſtpoſitis, perpetuo manuteneri facere liberè valeant; ipſique locorum ordinarij, ac noſter, & eorum Vicarij, & officiales, Gubernatores, & miniſtri omnino debeant, & teneantur, nec ſuper præmiſſis dicta Archiconfraternitas illiuſque Cuſtodes, & Deputati prædicti ab aliquo quouis prætextu impediri poſſint, etiam perpetuo concedimus, & indulgemus. Hortamur denique, & per Redemptionis humani generis ſacramentum obteſtamur vniuerſos, & ſingulos Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, Priores, & alios Eccleſiarum prælatos, necnon Rectores parochialium Eccleſiarum, ac noſtrum in dicta Vrbe, illiuſque diſtrictu, eorumque Vicarios, & officiales, ac cæteras Eccleſiaſticas, ſeculares, & quorumuis ordinum regulares perſonas, nunc & pro tempore exiſtentes, quatenus huic operi faueant, illudque per ſeipſos, vel alium, ſeu alios, etiam adhibitis verbi Dei concionatoribus in ſuis quiſq; Eccleſijs, plateis, & locis, ac vbicunque opus fuerit, etiam ſæpè, & ſæpius, ac quoties pro parte Cuſtodum prædictorum, ſeu ab eis Deputatorũ, aut alicuius eorum requiſiti fuerint omnibus Chriſtifidelibus publicent, atque denuncient, illoſq; ad conferendum eleemoſynas, oblationes, & legata prædicta omni ſtudio & charitate accendant, & efficacibus hortationibus inducant. Et inſuper ſupradictos omnes locorum ordinarios, ac alios iuriſdictionem exercentes, vehementer ſuademus, quod aliquam portionem pęnarum delinquentibus imponendarum, tam pio operi applicent, vt miſeris, & afflictis Captiuis, quorum animarum periculum imminet copioſius ſuccurratur. Cęterum, vt pium hoc opus ſalubribus inſtitutis dirigatur Cuſtodibus, & Confratribus prædictis quæcumq; ſtatuta, ordinationes, & decreta licita, & honeſta, ac ſacris Canonibus, & Concilij Tridentini decretis non contraria, ac ab eodem noſtro Vicario approbanda ad fauſtum, & incolumem ſtatum ipſius operis, ritè, & rectè inſtituendum condere, ac condita quoties opus fuerit mutare, & alterare, aliaque de nouo etiam ab eodem noſtro Vicario approbanda edere, cæteraq; in præmiſſis quomodolibet neceſſaria, & opportuna facere, exequi, & exercere licentiam tribuimus, & facultatem. Vt autem tam ipſius Archiconfraternitatis, illique aggregatarum, & pro tempore aggregandarum Confraternitatum, vtriuſq; ſexus Confratres nunc, & pro tempore exiſtentes, quàm alij Chriſtifideles in huiuſmodi inſtituto alacrius perſiſtant, quo ex hoc dono cęleſtis gratiæ conſpexerint ſe vberius eſſe refectos, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate cõfiſi, Omnibus & ſingulis Archiconfraternitatis, & Confraternitatum prædictarum Confratribus, ac alijs vtriuſq; ſexus Chriſtifidelibus, qui Orationi Quadraginta horarũ quandocunq; ab eadem Archiconfraternitate, & ſingulis Confraternitatibus prædictis haberi contigerit, verè pœnitentes, & confeſſi, ac ſacra Communione refecti deuotè interfuerint, & ibi pro Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione, Captiuorum in fide Catholica conſtantia, ac huius inſtituti progreſſu, & augmento, pias ad Deum preces effuderint, bis in anno quolibet Plenariam omnium, & ſingulorum peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus, & elargimur: In alijs vero vicibus, quibus huiuſmodi oratio habebitur centum annos. Ac tam Archiconfraternitatis, quàm ſingularum Confraternitatum prædictarum Confratribus, & alijs vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus, qui Captiuis prædictis, dum ad Vrbem veniunt proceſſionaliter obuiam iuerint, vel illos ad viſitandum limina Apoſtolorum, aut aliã dictæ Vrbis Eccleſiam pro gratiarum actione eorũ liberationis proceſſionaliter comitati fuerint, vel ipſas proceſſiones, ſeu earum alteram aſſociauerint, & vt præfertur orauerint pro qualibet proceſſione huiuſmodi decem annos, & totidẽ quadragenas. Necnon, tam Confratribus, quàm alijs Chriſtifidelibus prædictis, qui in hoc pio negotio operam ſuam quoquomodo poſuerint quocunque die, quo id fecerint, etiam decem annos, & decem quadragenas: Illis vero, qui eoſdem Captiuos, tam in itinere poſt eorum liberationem, dum omnes ſimul ad Vrbem veniunt, quàm in ipſa Vrbe hoſpitio exceperint,

Ordinarios, & alios hortatur, vt huic operi faueant.

Pœnaſq; delinquentiũ in aliqua parte huic operi applicẽt.

Indulgẽtiaſq; hic expreſſas Archicõfraternitati, & alijs ei aggregandis Confraternitatibus, cęteriſq; perſonis reſpectiue cõcedit.

exceperint, ac ſtaterna in Domino charitate tractauerint, & adiuuerint, illiſq; inſeruierint, quoties id fecerint, ſimiliter decem annos, & totidem quadragenas de iniunctis eis, aut aliàs quomodolibet debitis pœnitentijs, etiam miſericorditer in Domino relaxamus. Præſentibus, quas ſub quibuſuis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum, conceſſionum, & Indulgentiarum, reuocationibus, limitationibus, ſuſpenſionibus, derogationibus, ac alijs contrarijs diſpoſitionibus, quauis auctoritate, etiam per nos, & pro tempore exiſtentes Romanos Pontifices ſucceſſores noſtros, ac ſedem eandem, aut aliàs ex quacunq; quantumuis vrgentiſſima, ac neceſſaria cauſa, etiam in fauorem fabricæ Baſilicę Principis Apoſtolorum de dicta Vrbe, Cruciatæ Sanctæ, vel expeditionis contra Infideles, ac etiam Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus in genere, vel in ſpecie, & aliàs quomodolibet factis, & emanatis nullatenus vnquam compræhenſas, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illę emanabunt, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum reſtitutas, & plenariè reintegratas, ac de nouo etiam ſub poſteriori data per pro tempore exiſtentes ipſius Archiconfraternitatis Cuſtodes eligenda, conceſſas fore, & eſſe, ac cenſeri. Ipſiſq; Cuſtodibus, & Confratribus, ac alijs ſupradictis ſuffragari debere decernimus perpetuis futuris temporibus duraturis, etiamſi Archiconfraternitati, & ſingulis Cõfraternitatibus, ac alijs fidelibus prędictis pro præmiſſis peragẽdis, aut aliàs aliqua alia indulgentia perpetuò, vel ad tempus nondũ elapſum duratura, per quoſcunq; Rom. Pont. prędeceſſores noſtros, ac nos, & ſedem eandẽ conceſſa fuerit. Et ne præſentes litteræ ſub reuocationibus, limitationibus ſuſpenſionibus, derogationibus, ac alijs diſpoſitionibus prædictis compræhendantur; Ipſiſq; Cuſtodes, & Cõfratres, ac ab eis Deputati ſuper præmiſſis, aut eorũ aliquo a quoquam moleſtentur, ſeu perturbentur, eaſdẽ præſentes nullo vnquam tempore, etiam ad quorumuis inſtantiam ex quacunque cauſa reuocari, ſuſpendi, alterari, limitari, aut ad iuris terminos reduci, vel illos contra eas in integrum reſtitui, neque eaſdem litteras de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel quouis alio defectu notari poſſe, nec cauſam, ſeu cauſas propter quam, ſeu quas illæ emanarunt, coram locorum ordinarijs, etiam tamquam à dicta ſede delegatis, vel alijs quibuſuis iudicibus verificari debere, neque propterea, aut ex eo quòd intereſſe habentes, ſeu prætendentes ad hoc vocati non fuerint per ſubreptionem obtentas præſumi, & viribus carere. Sicque per quoſcunque iudices ordinarios, & delegatos, quauis auctoritate fungentes, etiam cauſarũ Palatij Apoſtolicis Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, vbique iudicari, & diffiniri debere. Irritum quoque, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Et nihilominus Venerabilibus fratribus noſtris Rauennaten. & Bononien. Archiepiſcopis, ac dilecto filio Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, Motu ſimili per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes litteras, & in eis contenta quæcunque vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Cuſtodum, vel Confratrum, ſeu ab eis Deputatorum prædictorum, aut alicuius eorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra eaſdem præſentes litteras, & in eis contenta quæcunq; ab omnibus ſemper, & vbiq; firmiter, & inuiolabiliter obſeruari, ſnoſque plenarios, & integros effectus, in omnibus, & per omnia ſortiri, ac debitè executioni demandari. Necnon Cuſtodes, Confratres, & Deputatos, ac illorum Quæſtores prædictos, cæteroſque omnes, quos litteræ ipſæ concernunt, & concernent quomodolibet in futurum illis pacificè frui, & gaudere. Non permittentes quemquam ipſorum per quoſcunque ſuper præmiſſis quomodolibet moleſtari, perturbari, vel inquietari. Contradictores, moleſtatores, & perturbatores quoſlibet, ac præmiſſis non parentes, per ſententias, cenſuras Eccleſiaſticas, ac etiam pecuniarias, eorum, & cuiuſlibet ipſorum arbitrio imponendas, ac eidem Redemptionis operi applicandas pænas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, quacunque appellatione poſtpoſita compeſcendo. Nos enim illis, & eorum cuilibet omnes, & ſingulos ſua in præmiſſis quomodolibet intereſſe

Clauſulæ præſeruatiuæ.

Decretum irritans.

Executorum huius conſtitutionis deputatio, & facultates.

Executorū deputatio, & facultates.

putantes, etiam per edictum publicum conſtito ſummariæ, & extraiudicialiter de non tuto acceſſu citandi, eiſdemque, ac quibus, & quoties opus fuerit, ſub ſimilibus, vel diſſimilibus ſententijs, cenſuris, & pœnis inhibendi, ac legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus, ipſos ſententias, cenſuras, & pœnas prædictas incurriſſe declarandi, illaſque etiam ſępius aggrauandi, & interdictum Eccleſiaſticum apponendi. Inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis, plenam, & liberam auctoritatem, & tenore præmiſſis concedimus facultatem, ac vt tam ſalutare opus in dies augeatur, vniuerſos & ſingulos Reges, Duces, Marchiones, Comites, & Principes ſeculares, & alios Dominos, ac Magiſtratus temporales Ciuitatum, Terrarum, Oppidorū, caſtrorum, & locorum quorumlibet, illorumq; communitates, Vniuerſitates, & homines rogamus, requirimus, & per viſcera miſericordiæ Dei noſtri obſecramus; eiſdem in remiſſionem peccatorum iniungentes, quòd in præmiſſis cuſtodibus, confratribus, Quæſtoribus, & Deputatis prædictis, ac cuilibet ipſorum aſſiſtant ſuumq; fauorem, & auxilium præſtent, ac illos, & eorum quemlibet a malignorum incurſu defendant, nulliſq; moleſtijs, datijs, gabellis, & exactionibus quibuſcunq; affligi, ſeu pręgrauari aliquo modo ſinant, atq; permittant; Impedientes etiam temporalibus pœnis afficiant. Non obſtantibus quatenus opus ſit, vna de iure quæſito non tollendo, & altera cancellariæ noſtræ regulis, per quam voluimus, quod in litteris indulgentiarum apponatur clauſula, quod ſi Eccleſiæ, aut Eccleſijs, vel perſonis, quibus indulgentiæ conceduntur aliqua alia indulgentia foret conceſſa, de qua inibi ſpecialis mentio facta non eſſet, huiuſmodi litteræ eſſent nullæ; ac piæ memoriæ Bonifacij Papæ Octaui etiam prędeceſſoris noſtri, qua cauetur, ne quis extra ſuam ciuitatem, vel diœceſim ad iudicium euocetur, ſeu ne Iudices à ſede prędicta deputati extra ciuitatē, vel diœceſim, in quibus deputati fuerint contra quoſcunq; procedere, aut alij, vel alijs vices ſuas committere audeant, vel pręſumant, & in concilio generali edita de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas aliquis auctoritate pręſentium ad iudicium non trahatur, aliiſq; conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, concilijs quoq; vniuerſalibus, etiam facultatum quæſtuandi reuocatoriis, necnon prohibitionibus deſuper factis, ac Eccleſiarum, Monaſteriorum, Hoſpitalium, piorum locorum, collegiorum, & aliarum con-

Clauſulæ derogatoriæ.

fraternitatum, necnō Sanctiſſimæ Trinitatis, & Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis captiuorum, aliorumq; ordinum, quorumcunq; etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, Priuilegijs quoq; indultis, & litteris Apoſtolicis illis, eorumq; ſuperioribus, & perſonis, ac Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Poteſtatibus, & alijs officialibus, & miniſtris, necnon fabricę Baſilicæ Principis Apoſtolorum de dicta Vrbe, ſub quibuſcunq; tenoribus, & formis; ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum, derogatorijs, alijſq; efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & alijs decretis in genere, vel in ſpecie, etiam ad quorumuis inſtantiam, aut etiam Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus, ac etiam conſiſtorialiter, & alias quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum & nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita, obſeruata, exprimerentur & inſererentur, præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, harum ſerie ſpecialiter, & expreſsè ad effectum omnium præmiſſorum, Motu ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus derogamus, & ad plenum derogatum eſſe volumus, contrarijs quibuſcunque, Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem. Volumus autē, quod pręſentium tranſumptis, etiam impreſſis, & ſigillo eiuſdem Archiconfraternitatis munitis, illiuſque ſecretarii manu ſubſcriptis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra illud adhibeatur quæ eiſdē præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitę.

Digitized by Google

bitæ, vel oſtenſę. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę abſolutionis, approbationis, confirmationis, adiectionis, ſuppletionis, erectionis, inſtitutionis, commiſſionis, inhibitionis, elargitionis, applicationis, appropriationis, pręcepti, declarationis, ſtatutorum, ordinationum, conceſsionum, indulti, hortationis, relaxationis, derogationis, mandati, decretorum, & voluntatum infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romę, Apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicę, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo quinto, duodecimo Calendas Aprilis. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Hyppolitus Card. Aldobrandinus Prodat.

XXVIII.

Approbatio, & Confirmatio, Societatis, Miniſtrantium infirmis Hoſpitalium, & aliorum locorum, Romæ nuper inſtitutæ.

SIXTVS Papa V. Ad perpetuam rei memoriam.

EX omnibus Chriſtianę charitatis officiis, quibus ęterna ſalus per gratiam Dei comparatur, illa Redemptori noſtro Ieſu Chriſto, vel maximè placere credimus, per quę pauperes Chriſti infirmi, & in Hoſpitalibus exiſtentes: in neceſsitatibus ſuis ſpiritualibus, & corporalibus adiuuantur. Quod genus officii dilectus filius Camillus de Leliis, Presbyter Theatin. diœc. & alii eius ſocii, quam Deo gratum, & ſaluti animarum neceſſarium eſſe intelligentes, hiſce diebus erga pauperes Chriſti, in Hoſpitalibus Vrbis noſtræ exiſtentes non minori affectu, quam mater erga quem vnicè educauit filium demonſtrarunt, & quotidie hos modo cum omni qua decet manſuetudine, & charitate ad patientiam, alios ad Sacramentorum Eccleſiaſticorum ſuſceptionem commonendo, alios in articulo mortis conſtitutos conſolando, & deniq; ad bene moriendum, die noctuq; hortando demonſtrare non ceſſant. Idemq; præſtare intendunt, tempore, etiam (quod abſit) peſtilentiæ. Hi itaq; Camillus, & ſocij inſimul, & in communi ſub paupertate, caſtitate, & obedientia, ita tamen, vt voto aſtricti non ſint viuere, & Altiſsimo, ac eius pauperibus famulari proponentes, vnam inter ſe Societatem, ſeu Congregationem, ſub vocabulo, ſeu nomine Miniſtrantium infirmis, cuius principale inſtitutum eſt, ſpeciali quodam charitatis feruore, infirmis prędictis inſeruire, ſub noſtro, & Sedis Apoſtolicæ beneplacito inierunt, ſperantes, ex hoc multis incommodis, & periculis, in quę ſępenumero dicti infirmi ob defectum talium miniſtrorum inciderunt, obuiam iri, ac ſalutem animę, & corporis, multaq; Chriſtifidelibus commoda parari. Nos eorum ſupplicationibus inclinati, ac de huiuſmodi pio propoſito, & viuendi modo, quo ipſi intendunt vti, plenè, etiam ex relatione dilectorum filiorum noſtrorum S. R. E. Cardinalium ſuper conſultatione, & cauſis Epiſcoporum, ac regularium, ac viſitatione Apoſtolica deputatorum informati, ex certa noſtra ſcientia, Congregationem ſub vocabulo, ſeu nomine Societatis Miniſtrantium Infirmis per vnum maiorem miniſtrum, ſeu ſuperiorem (qui presbyter eſſe, ac per eandem Congregationem de triennio in triennium per maiorem partem ſuffragiorum eligi debeat) regendam, & gubernandam, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, perpetuò approbamus, & cõfirmamus, ſupplentes omnes, & ſingulos, tam iuris, quam facti defectus, ſiqui interuenerint in eiſdem. Et quia dicta Congregatio proprietate rerum temporalium carere inſtituit. Nos pariter Camillo, & pręfatis, ac pro tempore exiſtentibus ipſius Congregationis ſocijs, & alijs ab eis deputatis, & deputandis, quod eleemoſinas, vbicumq; pręterquam intra Eccleſias, Monaſteria, & loca pia colligere; ac in dictę congregationis communes vſus conuertere, Vicarij Vrbis, ſeu cuiuſuis alterius

Inſtitutio ſocietatis Miniſtrantium infirmis.

Cõfirmatio dictæ inſtitutionis.

Licentia eleemoſinas colligendi in Vrbe, miniſtrandiq; infirmis & audiendi eorum confeſsiones.

terius licentia deſuper minimè requiſita; Dictaq; pietatis opera erga quoſcunq; infirmos, in quibuſcunq; Hoſpitalibus, ſeu alijs dictæ Vrbis locis à dictorum Hoſpitalium, ſeu locorum præfectis, vel adminiſtratoribus vocati, ſeu de eorum licentia, vel conſenſu exercere, ipſæq; ſuperior, vel maior miniſter, qui (vt præfertur) presbyter eſſe debet, & alij eiuſdem Congregationis presbyteri, dummodo aliàs ſint idonei, & ab Vrbis Vicario approbati, infirmorum, & ægrotantium in dictis Hoſpitalibus, & locis exiſtentium confeſsiones audire (ſine preiuditio, eorundem Hoſpitaliũ, aut locorum, vel eorum officialium, ſeu adminiſtratorum) liberè, & licitè valeant, tenore præſentium facultatem concedimus, & indulgemus. Ita tamen, vt tam ſuperior, quam alij dictæ congregationis ſocij ipſius congregationis inſtituta, & ordinationes iam factas, & pro tempore faciendas (dummodo illa, quamdiu ab Apoſtolica ſede approbata non fuerint per ipſius Congregationis protectorem reuiſa, & approbata ſint) in communi, ex dictis piorum eleemoſinis viuant. Non obſtantibus quibuſuis conſtitutionibus, &

Clauſulæ derogatoriæ.

ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſq; contrarijs quibuſcumque.

Datum Romæ, Apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die 18. Martij 1586. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

XXIX.

De Feſto Sancti Petri Martyris (qui Ordinis Prædicatorum profeſſor fuit) ſingulis annis, die xxix. Menſis Aprilis celebrando, ac in Calendarium Romanum reponendo.

SIXTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

INVICTORVM Chriſti militum numerus ingens propriam vitam contempſit, præ ſtudio tuendæ, propagandæq; Chriſtianæ fidei, ideoq; immarceſſibili gloriæ corona donatus in cœlo, iure, & pia veneratione colitur, & celebratur in terris, ſed non minus ad eiuſdem fidei firmitatem profuit, Beati Petri Martyris virtus, qui pro Catholica Religione ſtrenuè militans eam conſeruauit, ac defendit aduerſus dolos, atque inſidias inimicorum, occulto veneno longè plus nocentium, quàm ſit hoſtium infeſta oppugnatio, qui aperto impetu nefarium Eccleſiæ Dei bellum indicunt. Quare ex promiſſione Omnipotentis Dei nomine facta fortiter pugnantibus, cum eorum laudes cantet Eccleſia, eſt etiam inuicti huius martyris concelebranda ſolemniter memoria. Is enim præclarus Ordinis Prædicatorum alumnus inexplebilem extirpandæ hereticæ perfidię cupiditatem, iam inde a puero tota penitus mente combibit: qua in re mirari debemus, ſingulare erga illum Dei beneficium, cum credibile non ſit, ſine diuina ope potuiſſe eum, hæreticorum parentum domeſtica exempla, tam ſanctæ deteſtari. Imò vero imitatione accenſus Beati patris Dominici, vt ille perpetuis, & concionibus, & diſputationum congreſſibus, officioq; Inquiſitionis, quod ei primum prædeceſſores noſtri, Innocentius iij. & Honorius iij. commiſerant contra hæreticos mirabiliter ſe geſſit, ità ipſe cum nullum ijs perditionis filiis mouendis locum in omni ſermone, vnquã reliquiſſet, tum in obeundo inquiſitoris munere ſibi literis Apoſtolicis commiſſo, mira quadam diligentia illos inſectari, atq; vrgere non deſtitit. Demum vero eorum in ſe odijs concitatis arripuit ſumma conſtantia, atq; animi magnitudine oblatam ſibi diuino permiſſu martyrij occaſionẽ, cuius quidem martyrij antea pijs precibus, ac votis a Deo expetiti, præcipuo deſiderio exarſerat. Quamobrẽ poſt Beatum Dominicum nõ immerito princeps appellari debet ſacroſancti officij Inquiſitionis, cum ipſe primus illud ſuo ſanguine conſecrauerit, quo factum eſt, vt etiam noſtris potiſſimum, huiuſq; ſanctæ Sedis miniſtris, qui in hæc turbulenta, & calamitoſa tempora inciderunt, ſeu potius ſunt diuina prouidentia reſeruati, quaſi facem prætulerit, ac viam commonſtrarit, quam eius exemplo ingreſſi audeant, quæcunque pericula pro munere commiſſo, fortiter ſubire, ac ſanguinem ipſum, ſi ita res ferat, vitamq;

S Petrus Martyr, Ordinis Prædicatorum profeſſor fuit.

Inquiſitoriſq; officio funct', & hereticos mirabiliter perſecutus fuit. Martyrij quoque coronã ſuſcepit ſanguinem pro fide Chriſti effundendo.

pro

Digitized by Google

pro Catholica fide glorioſè profundere. Dignam itaq; Pontificio munere cogitationem ſuſcepturi videmur, ſi ſancti huius viri memoriam maiori veneratione recolamus: ita enim fiet vt ei de Eccleſia Dei optimè merito, honor debitus tribuatur. Deinde, vt eius in officio Inquiſitionis ſucceſſores ad proſequenda fortiſſimi Ducis veſtigia incitentur. Præcipuè vero decet, vt ad conciliandam nobis cæleſtem gratiam imploremus illius opem, quem propter initam ante actæ vitæ ſanctitatem, caſtimoniam, innocentiam martyrio conſummatam, apud Deum maximè glorioſum intelligimus, & ſatis compertum eſt eiuſdem Eccleſiæ amantiſſimum eſſe, pro qua grauiſſimos labores dies, noctesque perpeſſus eſt. Quare hac noſtra perpetua conſtitutione mandamus, vt ipſius ſancti viri dies feſtus, tertio Kal. Maij, per omnes totius orbis terrarum Eccleſias duplici officio de communi vnius Martyris, (vbi proprium deeſt) celebretur, ac decernimus, vt in Kalendario ad eum diem ſancti Petri Martyris nomen, cum ſpecificatione Ordinis Prædicatorum, ac duplici nota aſcribatur. Præcipientes omnibus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, cæteriſque Eccleſiarum prælatis in vniuerſo terrarum orbe conſtitutis, vt faciant in ſuis quiſque Eccleſijs, prouincijs, ciuitatibus, & diœceſibus præſentes noſtras ſolemniter publicari, & ab omnibus eccleſiaſticis perſonis ſecularibus, & quorumcunq; ordinum regularibus, omnino obſeruari. Volumus quoque, vt præſentium exemplis, etiam impreſſis manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus vbiq; fides adhibeatur, quę ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Eius itaq; Feſtum ſingulis annis die 29. Aprilis celebrari precipitur ab iſto ſanctiſſ. Sixto V. Pont. Max.

Datum Romæ, Apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſexto, Id. Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Hippolytus Card. Aldobrandinus.

XXX.

Reformatio Officij Secretarij domeſtici, à Collegio Secretariorum Apoſtolicorum, pręuia approbatione Summi Pontificis, ad expeditionem Breuium eiuſdem Pontificis deputandi. Emolumentorumq; & priuilegiorum dicti Collegij confirmatio; & aliorum conceſsio.

De Inſtitutione huius Collegij, & iſtius Officij, & eorum Priuilegijs, taxis, & emolumentis, vide ſup. Innoc. viij. conſt. 8, fol. 113. & ibi notata.

SIXTVS Papa V. Ad perpetuam rei memoriam.

ROMANI Pontificis prouidentia circumſpecta, ea nonnunquam alterat, & immutat, quæ rerum, temporum, ac perſonarum qualitate penſata, vel euidens ſuadet vtilitas, vel cogit neceſſitas reformari. Induſtrios quoq; & doctrina probatos viros honoribus, & fauoribus proſequitur opportunis, prout conſpicit in Domino ſalubriter expedire. Sanè licet aliàs fel. rec. Innocentius Papa octauus prędeceſſor noſter Collegium dilectorum filiorum Secretariorum Apoſtolicorum inſtituerit, & certo tunc expreſſo probatorum virorum numero, qui, & Romanæ Curiæ decori, atque ornamento eſſent, ac expeditioni Breuium, & aliarum litterarum Apoſtolicarum, quæ per Secretarios Apoſtolicos expediri conſueuerant, accuratius, & diligentius attenderent, conſtare voluerit: eidemque Collegio, & Secretarijs diuerſos annuos redditus, & emolumenta, inter ſingulos Secretarios pro tempore exiſtentes, æquis portionibus diuidenda, & diſtribuenda aſſignauerit, & in quinterno eius manu ſubſcripto annotari mandauerit: Ita tamen, quòd liceret ipſi Innocentio, & pro tempore exiſtenti Romano Pontifici vltra numerum ab eo tunc præſcriptum, vnum Secretarium domeſticum nuncupandum habere, qui ſua, & Romanæ Eccleſiæ negotia

Inno. viij. Collegium Secretariorũ Apoſt. erexit, eorũ numerum præfiniuit, certoſq; annuos redditus, & emolumenta eiſdem aſsignauit facultateq; ſibi reſeruauit, deputandi vnũ Secretarium domeſticum eius nutu amouibilem. vt ſup. in eius conſtit. 8. fol. 113.

Digitized by Google

tia ſecreta, aut Orthodoxæ fidei ſtatum concernentia dumtaxat expedire poſſet,& deberet, quique duabus integris portionibus dictorum emolumentorum vltra numerum Collegarum faciendis contentus, ab omnibus, & ſingulis alijs emolumentis, & expeditionibus Officium Secretariorum, quomodolibet concernen. penitus abſtineret: &

Pius V. prædicta cõfirmauit, vt in eius cõſt. incip. cum nos, quã ego Laertius vidi in lib. Collegij.

recol. me. Pius Papa Quintus etiã prædeceſſor noſter, poſt diuerſos alios Rom. Pontifices, etiam prædeceſſores noſtros, tunc ſuos, litteras Innocentij prædeceſſoris præfati approbauerit, & confirmauerit, ac etiam innouauerit, aliaq; etiam de nouo conceſſerit, voluerit, & ordinauerit, prout in ipſorum Pij, & Innocentij prædeceſſorum præfatorum litteris plenius continetur. Nihilominus temporis ſucceſſu, multiplicato Secretariorum domeſticorum numero, pro Romanorum Pontificum arbitrio, ipſi Se-

Sed euenit, quod talis Secretarius domeſticus ſeorſum a Collegio q̃dã emolumẽta percipiebat, & nonnulla alia emolumẽta Collegio debita per deſuetudinem, aut incuriam a debitoribus exacta non ſunt.

cretarij domeſtici præter dictas duas portiones, diuerſa alia emolumẽta ſeorſum à Collegio percipere conſueuerunt, necnon Collegij in Curia, ſeu forſan per deſuetudinem effectum fuit, vt nonnulla alia ex emolumentis præfatis, his præſertim, quæ in quinterno dicti Innocentij notata reperiuntur, à debitoribus non exigantur. Cum autem Nos circa Officium Secretariatus domeſtici, quod dilectus filius Ioannes Baptiſta Canoblus clericus Bononien. pro nutu, & voluntate noſtra nunc exercet, nouam rationem inire conſtituiſſemus, Collegium præfatum, in quo virtutibus, experientia, ac vſu rerum, & negotiorum ad Romanam Curiam confluentium, & ad dictum Officium pertinentium, inſignes viri connumerantur, ſe nobis obtulit ipſius Officij, cuius ratione pleraq; ad ipſum Collegium ſpectantia emolumenta exigi conſueuerunt, ac eorũ, quæ in eo geruntur, curam omnem, cogitationemq; ſuſcipere, idq; munus, qua decet, fide, & integritate, per idoneos, & peritos, ab ipſo Collegio electos, & per Nos approbatos viros, obire, eiuſque, & aliorum infraſcriptorum ratione, Collegium ipſum in noſtram, & ſedis Apoſtolicæ ſubuentionem, vt ingentibus neceſſitatibus Nobis imminentibus, aliqua ex parte, proſpicere poſſemus, ſummam vigintiquinque millium ſcutorum auri in auro, ſponte ſe etiam obtulit ſoluturum, quam ſtatim in manibus dilecti filij Noſtri Hyppoliti, tituli Sancti Pancratij Presbyteri Cardinalis Prodatarij Noſtri deponi, & conſignari fecit. Nos igitur promptam Collegij pręfati erga Nos, ſedemq; præfatam reuerentiam, & obſequium, ad ſubleuandum onera, quibus vrgemur, plurimum commendantes, ipſumq; Collegium, & Secretarios gratioſo affectu proſequi volentes, ſingularum Innocentij, & Pij, aliorumq; prædeceſſorum præfatorum litterarum tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur præſentibus, pro expreſſis ha-

Hic igitur Sanctiſſ. dictũ Officium Secretariatus domeſtici nunc ſupprimit, eiuſq; curam Collegio ſoluenti ſcuta 25000. Sedi Apoſtolicæ concedit.

bentes Motuproprio, non ad dicti Collegij, aut alicuius pro eis Nobis deſuper oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera liberalitate, & ſcientia noſtris, deq; Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Officium Secretariatus domeſtici, quod dictus Ioannes baptiſta, vt præfertur, exercebat, penitus, & omnino perpetuò ſupprimimus, & extinguimus, ita quòd nullo vnquam tempore per Nos, aut Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem, & Sedem Apoſtolicam in ſtatum priſtinum reſtitui, aut reintegrari valeat: Curam autem, & exercitium dicti ſuppreſſi Officij, ac cuſtodiam Regiſtrorum Breuium, & litterarum Apoſtolicarum, via quæ ſecreta appellatur, expeditarum, & pro tempore expediendarum, in manſionibus Palatij Apoſtolici in Vaticano, quas dictus Ioannes Baptiſta, ſuiq; famuli, & Scriptores habitant, aſſeruandorum, deinceps per vnum, ex numero dicti Collegij Secretarium, aut aliam ęquè idoneam perſonam, à Nobis, & Rom. Pont. pro tempore exiſtente, approbandum, ſeu approbandam, ad

Facultatemq; eid. Collegio concedit dictũ Secretariũ domeſticũ a Pon. approbandum, deputandi, &c.

ipſius Collegij nutum, & liberum arbitrium nominandum, & deputandum, ac remouendum, iuxta ipſius Collegij præſcriptum, haberi, teneri, & adminiſtrari, ipſaſque manſiones, in octo cubicula partim infra, partim ſupra diſtributas, quibus per duas portas patet ingreſſus, & ab vno Dataria Apoſtolica, ab altero manſiones Subſtituti ipſius Datarij cohærent, cum cella vinaria, ſub Officio regiſtri ſupplicationum, & alijs

Manſioneſque in Palatio Apoſtolico aſſignat.

ſuis pertinentijs, per Secretarium, aut per perſonas à Collegio præfato deputandas, inhabitari volumus, & mandamus: curamque, & exercitium huiuſmodi, & Regiſtrorum cuſtodiam, manſionumque præfatarum vſum, & habitationem Collegio, & perſonæ ab eo deputandæ huiuſmodi, ex nunc perpetuò concedimus, & aſſignamus. Et inſuper vnam integram ex duabus portionibus emolumentorum dicti Collegij, extra nume-

alumerum, vt præfertur faciendis,& Secretario domeſtico olim ab Innocentio prædeceſſore præfato aſſignatis,ab ipſo Officio Secretariatus domeſtici, etiam perpetuò diſmembramus,& ſeparamus, illamq; , necnõ quatuor alias partes cibariorum,pro victu, & alimento quotidiano Secretarij, aut perſonæ , vt prȩfertur, ad curã, & exercitiũ huiuſmodi deputandȩ,ac triũ famulorum,& vnius equi,eiſdẽ modo,& forma, quibus præfato Ioanni Baptiſtæ dari hactenus cõſueuerunt, Collegio præfato,pro Secretario, vel perſona deputanda huiuſmodi, perpetuò cõcedimus,& aſſignamus,& per eos, ad quos ſpectat, & pro tẽpore ſpectabit,dari,præſtari,& aſſignari volumus,& mandamus: Necnon medietatem omnium, & ſingulorum aliorũ emolumentorum,quȩ hactenus præfatus Ioãnes Baptiſta Canobius pro ſe, & alijs duobus Secretarijs domeſticis,percipere, exigere, & leuare conſueuit, ita vt alia medietas emolumentorum huiuſmodi, vna cum altera ex dictis portionibus pro vno, vel duobus , aut pluribus Secretarijs domeſticis, ſalua remaneat, ſiue illa ratione taxarũ litterarum Apoſtolicarum, via, quæ ſecreta appellatur, expediendarum, ſiue cedularum propoſitionũ Eccleſiarum, aut Monaſteriorum,vel ſententiarũ à Rom.Pont.pro temporȩ latarum, aut inueſtiturarum ab eo quomodolibet factarum, percipiantur,ſeu quouis alio nomine nuncupentur,Collegio prȩfato pariter cõncedimus,& aſsignamus: Ita quòd liceat ipſi Collegio per ſe, vel alium, ſeu alios eius nomine prȩfatȩ curæ, atq; exercitij, & integræ portionis huiuſmodi,necnon manſionum, regiſtrorum,portionum cibariorum,& aliorum emolumentorum prȩfatorum, poſſeſsionem propria auctoritate vigore præſentium, apprȩhendere, ſeu forſan interim apprȩhenſam perpetuò retinere,nec deſuper, à Secretario domeſtico vno, vel pluribus (pro quo,ſeu quibus altera dumtaxat integra portio emolumentorum ex duabus illi, ab Innocentio prȩdeceſſore prȩfato aſſignatis,ac reliqua medietas aliorum emolumentorum ſupradictorum ſaluȩ remaneant) quomodolibet moleſtari poſſit: Ita tamen quòd Collegium Secretariorum,ſeu ad exercitium huiuſmodi Deputatus; ipſis Secretarijs domeſticis rationes, & computa oſtendere,& reddere teneantur: Ipſis Secretarijs domeſricis pro tempore exiſtentibus, ſiue vnus fuerit , ſiue plures , ſub mille ducatorum auri,& alijs, arbitrio noſtro, pœnis, eo ipſo, pro qualibet vice, qua contrauenerint, incurrendis, diſtrictius inhibentes, ne aliquas litteras in forma Breuis, aut etiam ſub plumbo expedire audeant, vel præſumant, prȩter illas, quæ Rom. Pont. pro tempore exiſtentis, & Romanȩ Eccleſiȩ negotia ſecreta, aut orthodoxȩ fidei ſtatum concernent, & emolumentis ſibi, vt ſupra, remanentibus contenti, nihil aliud, etiam occaſione eorum huiuſmodi Officij, à quoquam percipere poſſint, ſed quicquid lucri ex ſupradictis taxis Bullarum per viam ſecretam expediendarum, & quibuſuis alijs regalijs prædictis percipietur, ad Cuſtodem Breuium , ſeu emolumentorum , ab eodem Collegio deputandum deſtinent , ac omnino tranſmittant, quȩ quidem omnia, & ſingula, vt inuiolabiliter obſeruentur, ſub eiſdem pœnis prȩcipimus, & mandamus. Prȩterea eidem Collegio liberam tribuimus facultatem , & auctoritatem nominandi , eligendi, & deputandi tres idoneas perſonas , pro ſcribendis litteris in forma Breuis per dictum Deputatum expediendis,& tam illis, quàm litteris Apoſtolicis, via,quȩ appellatur ſecreta, expeditis, regiſtrandis, dictasq; perſonas,ad ipſius collegij nutum remouendi, & aliàs remotarum, recedentium, vel decedentium in locum ſubrogandi, & deputandi, quibus ſic electis , & deputatis perſonis , ſingulas portiones cibariorum , ex Palatio Apoſtolico , prout illas hactenus habuerunt, & percipere cõſueuerunt, iiſdem auctoritate, & tenore , perpetuò concedimus, & aſſignamus , ac ab ijs, ad quos ſpectat dari, concedi, & prȩſtari volumus, & mandamus. pari auctoritate, & facultate prȩfato Collegio attributis huiuſmodi loca perſonis ab eo electis perpetuò, vel ad tempus, ex nunc prima vice, & deinde quotieſcunq; loca ipſa pro tempore vacare contigerit, pro pretio inter ipſum Collegium, & perſonas huiuſmodi conuento vendendi , ſeu pignorandi , vel aliàs de locis ipſi diſponendi, ac precium huiuſmodi in dicti Collegij vſus, & vtilitatem conuertendi. Inſuper omnes , & ſingulas taxas Officiorum Rom. Curiȩ, & quorumuis aliarum Terrarum , Prouinciarum , Communitatum , & locorum totius ſtatus Eccleſiaſtici in quinterno Innocentij prȩdeceſſoris præfati adnotatas,& deſignatas , & Collegio præfato applicatas ; & aſſignatas , etiam ſi de præſenti non ſoluantur,

Vnam ex duabus portionib' ab Innoc. vni reſeruatis pro Secretario domeſtico, præfato Collegio concedit.

Cibaria pro Secretario aſsignat.

Medietatemq; emolumentorum quȩ Secretarius domeſticus ſeorſum a Collegio percipere conſueuit eidẽ Collegio concedit.

Licẽtiã quoq; dat Collegio poſſeſsionẽ prȩdictorum propria auctoritate capiendi.

Collegiũ ſiue ab eo deputandum ad oſtenden. computa Secretariis teneri declarat.

Secretariis domeſticis, ne ſe vltra ſibi conuenta ingerat.

Collegio facultatem concedit deputãdi, & remouendi tres pſonas,ad ſcribẽdum breuia, & regiſtrãdum bullas ſecretas.

Cibaria dictis ſcriptoribus aſſignat.

Taxaſque ab Innoc. viij. dicto Collegio aſsignatas, de nouo aſsignat, eaſq; ſingulis ſex menſibus incipiedo a die 1. Iulii 1586. ſolui præcipit.

pro quibus Collegium ipſum debitam recompenſam in genere, vel ſpecie non conſtiterit recepiſſe, ipſi Collegio, eiſdem modo, & forma, quibus per dictum Innocentium aſſignatæ, & applicatæ fuerunt, de nouo applicamus, & aſſignamus, & per Officiales, & Miniſtros Vrbis, & Prouinciarum, ac Communitatum, Terrarum, locorum, ac præſertim per Almæ Vrbis, & Ciuitatis noſtræ Bononien. (poſt tamen præſentes, qui pro tempore extiterint Gubernatores, & eorum Locatenentes) necnon tam præſentes, quam pro tempore exiſtentes Prouinciæ noſtræ Marchiæ Theſaurarium, etiam ratione propriæ eius taxæ, etiam de præterito, non obſtante decreto ad Motumproprium piæ memoriæ Gregorij Papæ XIII. etiam prædeceſſoris noſtri, ſuper prætenſa concordia inter Collegium præfatum, & dilectum filium Franciſcum Sangallettum, ad cuius commodum pro pecunijs ab ipſo etiam ſolutis, huiuſmodi conceſſio cedit, ac Cameram Apoſtolicam, adiecto, & quoſuis alios, integrè, & abſque vlla diminutione, iuxta formam quinterni, & litterarum Innocentij prædeceſſoris huiuſmodi, ſingulis ſex menſibus in principio, ſub pœnis in litteris dicti Innocentij contentis, incipiendo à prima Iulij poſt datam præſentium, & ſucceſſiuè ſingulis ſex menſibus in principio, perſolui volumus, & mandamus, ſine tamen præiuditio quorumcunque iurium dicto Collegio pro præteritis taxis competentium, præſertim reſpectu litium huc vſq; motarum. Inſuper quoque eidem Collegio liberam tribuimus facultatem, & auctoritatem ſingula quæq; Officia quarumuis Prouinciarum, Terrarum, Communitatum, & locorum Romanæ Eccleſiæ, poſt publicationem, quinterni ab Innocentio prędeceſſore confecti, quomodolibet incorporatorum, & in poſterum incorporandorum, iuxta facultatem ab eodem Innocentio prædeceſſore Collegio prædicto attributam, & cum conſilio dilecti filij Benedicti Iuſtiniani moderni, & pro tempore exiſtentis Theſaurarij Generalis, taxandi, taxaſque impoſitas huiuſmodi, ab illis exigendi, & recipiendi, modo, & forma ab ipſo Innocentio prædeceſſore, quoad alios, præſcriptis, quas quidem taxas de nouo imponendas, ipſi Collegio perpetuò etiam applicamus, concedimus, & aſſignamus. Vt autem Collegium ipſum præcipua aliqua honoris, & dignitatis prærogatiua à Nobis etiam decoretur, & qui pro tempore fuerint Secretarij Apoſtolici de numero participantium, peramplius honorentur, ſingulos Secretarios de numero præfato præſentes, & futuros, qui in vtroq; iure, aut in decretis ad doctoratus gradum in aliqua publica Vniuerſitate fuerint promoti, & vigeſimum quintum ſuæ ætatis annum exceſſerint, ſi habitu Prælatorũ, iuxta Innocentij prædeceſſoris præſcriptum, incedere voluerint, ex nunc, prout ex tunc, & è contra poſtquam habitum Prælatorum ſuſceperint, eo ipſo, abſq; alia approbatione, & admiſſione, Referendarios perpetuos vtriuſq; ſignaturæ noſtræ, & Rom. Pont. pro tempore exiſtentis, creamus, conſtituimus, & deputamus, ac creatos, conſtitutos, & deputatos fuiſſe, & eſſe declaramus, & nuntiamus, eiſque, & eorum cuilibet de omnibus, & ſingulis priuilegijs, emolumentis, immunitatibus, præeminentijs, facultatibus, gratijs, & indultis, alijs vtriuſque ſignaturæ Referendarijs, quomodolibet conceſſis, & quibus ipſi vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, pariformiter vti, potiri, & gaudere, liberè, & licitè valeant, concedimus, & indulgemus. Illi verò Secretariorum eorundem, qui antiquior, Doctor, & Referendarius fuerit, vt ſingulis ſignaturis noſtris, & Rom. Pont. pro tempore exiſtentis ſignaturis, nomine Collegii Secretariorum, eo ipſo interuenire valeat, pariter indulgemus. Quòd ſi ab Vrbe abſens, vel aliàs impeditus fuerit, vel antiquior Secretarius alia ratione, vel cauſa dictæ ſignaturę interuenire habuerit, qui poſt illum erit antiquior Secretarius, & Referendarius indulto huiuſmodi eo ipſo potiatur. Cumque Secretarii ipſi, qui clerici erunt, noſtri, & Rom. Pontif. pro tempore exiſtentis ſint Prçlati domeſtici, & familiares, ac continui commenſales, teneanturque iuxta pręſcriptum Innocentii prędeceſſoris pręfati, niſi in maiori fuerint dignitate conſtituti, Notariatus habitum ſuſcipere, & deferre, ne quod pro ornamento, & decore Romanæ Curiæ prouidè inſtitutum eſt, negligentia, & deſuetudine abrogetur, præſentium auctoritate volumus, ſingulisque Secretarijs præfatis præſentibus, & futuris præcipimus, & mandamus, quatenus, qui clericali militiæ aſcribi voluerint, vigintiquinque annis maiores, habitum

Taxaſq; aliorum locorum poſt publicationem quinterni Innocen. viii. Sedi Apoſtol. incorporatorũ, & incorporandorum eid. Collegio cõcedit, ipſaſq; taxas cum interuentu Theſaurarii per Collegium fieri indulget.

Secretarios doctores poſt annum 25. in habitu prelatorũ incedentes, ex nunc vtriuſq; ſignat. Referendarios eſſe, eorumq; priuilegiis gaudere decernit.

Referendariorũ priuilegia, vide infra in conſt. 9.

Secretariũ ex dictis Referendariis antiquiorẽ, ſingulis Papæ ſignaturis interuenire poſſe, concedit.

Habitũ eis deſignat, & in Cappella locũ aſsignat.

& inſignia deferant Notariorum Apoſtolicorum, etiam ſi voluerint, violacei coloris: qui verò fuerint primæ tonſuræ dumtaxat clerici, in alijs ordinibus nondum conſtituti, ſeu ſeculares, etiã coniugati, veſtibus vtantur, ſi eis placuerit, etiam violaceis, prout Cubicularij Apoſtolici, de honore nuncupati. Habeant etiã qui Notarij fuerint ſedis Apoſtolicę, locum in Cappella, & alijs actibus publicis, in quibus cũ cappis, & rocchettis interfuerint, eorum dignitati cõgruentem, quẽ ipſis aſſignari curabimus. Et nihilominus litteras Pij prædeceſſoris pręfati, vt ſupra, eidẽ Collegio ſuper cõfirmatione, & approbatione litterarũ Innocentij, & aliorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorũ, tunc ſuorum, rebuſq; alijs in eis contentis conceſſas, auctoritate, tenore, ſcientia, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſimilibus, approbamus, & confirmamus, illiſq; perpetuę, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, omneſq;, & ſingulos, tam iuris, quàm facti defectus ſupplemus, præſenteſq; & in eis contenta quæcunque, de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, vel impugnari, aut per Nos, vel Rom. Pon. pro tempore exiſtentem ſuſpendi, reuocari, limitari, moderari, ſeu ad iuris terminos reduci non poſſe, neq; debere, ſed validas, & efficaces perpetuò exiſtere, ac dicto Collegio, & Secretarijs pro tempore exiſtentibus, in omnibus, & per omnia, etiã perpetuò ſuffragari, ac vim validi, initi, & ſtipulati cõtractus inter Nos, & ſedem, ac Camerã Apoſtolicã ex vna, & Collegiũ præfatum ex altera partibus, habere debere, ipſumq; Collegium ad verificationẽ, ſeu iuſtificationem præmiſſorum, vel partis eorũ, aut ad regiſtrationem, vel adnotationẽ præſentium in Camera, iuxta conſtitutionem pię me. Pij Papæ iiij. etiã prædeceſſoris noſtri faciendam, minimè teneri, nec ob non regiſtrationẽ huiuſmodi, præſentes nullitatis, aut inualiditatis vitio ſubiacere, ſed valere, & ipſi Collegio, & Secretarijs ſuffragari debere, perinde, ac ſi in ipſa Camera regiſtratæ fuiſſent, cõſtitutione præfata non obſtante, & ſic in pręmiſſis omnibus, & ſingulis, per quoſcunq; Iudices, & Commiſſarios, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, diffiniendi, & interpretandi facultate, iudicari, diffiniri, & interpretari debere, & quicquid ſecus ſuper his a quoquam, quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter attentari cõtigerit, irritũ, & inanè decernimus: Mandantes dilectis filijs Noſtro Philippo S. Angeli in foro Piſcium Diacono Cardinali Vaſtauillano nuncupato, S.R.E. moderno, & pro tempore exiſtenti Camerario, necnon Theſaurario, Præſidentibus, & clericis dictæ Camerę, ac alijs, ad quos ſpectat, & ſpectabit in futurum, vt faciãt Collegio, & Secretarijs pręfatis vigintiquinq; millium ſcutorum auri in auro, pręfatorum liberã quietantiam, Necnon eidem Collegio, & Secretarijs, tam vti ſingulis, quam vniuerſis, pro omniũ, & ſingulorum obſeruatione, ratione eorum, quæ pertinent ad cõceſſionem, & aſſignationẽ pręfati ſuppreſſi Officij Secretariatus domeſtici, & illius emolumentorum, inſtrumentorũ promiſſionis omnium, & ſingulorum dictæ Cameræ Apoſtolicę bonorũ mobiliũ, & immobilium, iuriũ, & actionum quorumcunque, pręſentiũ, & futurorum conficiant. Decernentes inſuper Nos, & Rom. Pont. pro tẽpore exiſtentes, ac Camerã Apoſtolicam in euentum, in quem pręmiſſorum conceſſio reuocaretur, aut aliquo modo ſuſpẽderetur, ad plenariam reſtitutionẽ dictorum vigintiquinque milliũ ſcutorum auri in auro, eidẽ Collegio omnino teneri, & efficaciter obligatos fore, & eſſe, non obſtantibus pręmiſſis, ac Pauli ij. & Pij etiã ſecundi, & quibuſuis alijs conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis de bonis Eccleſiaſticis non alienandis, quatenus adſint, & noſtra de non tollendo Iure quęſito in Cancellaria Apoſtolica publicata, necnon ſtatutis quauis firmitate roboratis, & conſuetudinibus, exemptionibus, immunitatibus, priuilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis, Prouincijs, Communitatibus, Terris, & locis pręfatis, illarumq; incolis, & perſonis quomodolibet cõceſſis, & quibus forſan potiuntur, & gaudent, quomodolibet contrariis, Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio habenda foret, illorum tenores, ac ſi de verbo ad verbũ infererẽtur pręſentibus, pro expreſſis haberi volentes, illis aliàs in ſuo robore permãſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cęteriſq; contrarijs quibuſcumque. Datum Romæ, Apud S. Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die prima Aprilis, 1586. Pontificatus Noſtri Anno I.

Pii V. cõceſsiones, confirmat, cum ſuppletione defectuum. Hãc cõſt. Pii v. ego Laertius vidi in lib. Collegij ſuper expreſſo, fol. 108.

Præſentes vim contractus habere decernit.

Cameralibus mandat, vt faciant quietantiam de ſcut. 8500. cũ obligatione reſtitutionis in caſu inobſeruantiæ.

Clauſulæ derogatoriæ.

C. Gabrielius.

XXXI.

Abſolutio, & Gratia generalis, pro ijs, qui cum Bannitis verſati fuerint, aut eis auxilium præſtiterint.

De Bannitorum, eorumque Fautorum materia, vide ſup. conſt. 6. fol. 18. vbi notaui.

SIXTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. CVM primum ad ſummi Apoſtolatus apicem, licet immeriti, diuina ita diſponente clementia aſſumpti ſumus, inter multiplices Paſtoralis officij curas, quæ hiſce afflictis Chriſtianæ Reipublicæ temporibus animum noſtrum dies noctéſque ſolicitant, ea certe cordi noſtro penitus infixa erat, noſq; in ipſo Pontificatus ingreſſu magnopere angebat, quod exulum, latronum, ſicariorum, aliorumque facinoroſorum hominum multitudinem vſq; ad eo excreuiſſe animaduertebamus, atque ad tantam licentiam perueniſſe, vt totam Italiam, præſertim Prouincias Romanæ Eccleſiæ excurſionibus, homicidijs, latrocinijſque infeſtam redderent, populiq; noſtri, quos ſub peculiari Apoſtolicæ ſedis tutela conſtitutos maiori pace, & quiete frui oportebat, miſerandum in modum omni facinorum genere à ſceleratis hominibus vexarentur. Quamobrem nulla mora interpoſita in eam ſtatim curam ſummo ſtudio, toto pectore incubuimus, nullis neque laboribus, neque impenſis, etiam ſupra vires noſtras parcentes, vt tot incommoda, tantamque malorum ſegetem ſtirpitus euellere-mus. Quod ſanè magno Dei tandem beneficio conſequuti publicam, quã maximè optabamus, tranquillitatem ipſo Patre luminum, à quo bona omnia dimanant auctore, reſtituimus. Vt autem hęc pax, & tranquillitas diuinitus conceſſa, quàm diutiſſimè conſeruetur, omnes Paſtoralis prouidentiæ rationes ſedulo adhibemus: ac quemadmodum antea aduerſus prædictorum hominum peruicaciam, atq; impœnitentiam iuſtitiæ ſeueritatem dolenter quidem, ſed neceſſario exerceri iuſſimus; ita nunc viciſſim humilibus, & pænitentibus, peccatumq; ſuum confitentibus Apoſtolicę clementiæ ſinum aperire cupimus, vt quantum in nobis eſt, eos à via perditionis ad viam ſalutis reuocemus, eoſq; Chriſto Domino, & patriæ ſalutariter lucremur. Cum igitur intelligamus plurimos ex ſubiectis noſtris in illa ſuperioris temporis calamitate, ſiue metu, exulumq; minis territos, ſiue veteri amicitia, neceſſitudine, aut propinquitate permotos, ſiue priuatarum inimicitiarum occaſione impulſos, vt ſectatores, & propugnatores habere viderentur, aut quibuſuis alijs cauſis inductos cum ſupradictis exulibus, homicidis, facinoroſiſq; hominibus verſatos eſſe, eoſq; domo, & hoſpitio recepiſſe, cibaria prębuiſſe, eiſve varijs modis fauiſſe. Cumq; propterea complures inquiſitione adhibita in iudicium vocati abſentes ob contumaciam damnati ſint, nõ pauci etiam nondum patefacti, neq; in iudicium delati, qui ne deprædhendantur anxij legũ, & iudicum vim, & ſeueritatem pertimeſcentes grauiter affliƈtantur, & in magno cũ corporis, tum animę, ſalutiſq; periculo verſantur, Quibus omnibus, ſiue iam damnatis contumaciæ nomine, ſiue nondum manifeſto depræhenſis, ſi pręteritæ culpę crimen condonaretur, eiſq; ex Pontificia noſtra benignitate venia, & abſolutio tribueretur, omnino ſperandum eſſet, quòd veteri malitiæ fermento expurgato Chriſtianam (vt decet) vitam agerent, ob eas, aliaſq; cauſas memores: Nos quamuis indignos illius vices in terris gerere, qui ſuperbis reſiſtit, humilibus dat gratiam, quiq; peccantium vulneribus non ſolum vinum, ſed & oleum infundere nos docuit paternę charitatis affeƈtu, eos omnes modo verè reſipiſcant complecti, eiſq; prorſus ignoſcere decreuimus. Quare dilectis filijs Prouinciarum Legatis, Vicelegatis, ac Ciuitatum Gubernatoribus, & eorum Locatenentibus dumtaxat harum ſerie committimus, & mandamus, vt omnes, & ſingulas vtriuſq; ſexus perſonas, tam in hac Alma Vrbe noſtra, quàm in alijs quibuſcumque Prouincijs, Ciuitatibus, Terris, Oppidis, & locis nobis, & Apoſtolicę ſedi, tam mediatè, quàm immediatè ſubiectis, etiam ſi eorum incolæ non ſint, & ad illa quoquomodo conſiſtentes declinauerint, & tam laicos, quam clericos, & presbyteros ſeculares, & quorumuis-

Hic Sanctiſſ. Pont. in ingreſſu ſui Pot. Bannitos, & alios facinoroſos, q totam Italiam infeſtã reddebant, acriter pſecutus fuit, & contra eos edidit conſti. quã habes ſup. nume. 6. fol. 18.

Itaq; infra annum (quod verę mirandum eſt) Prouincias S. R. E. tranquillas, & facinoroſis expurgatas reddidit.

Et modo ex paternæ charitatis affectu, mãdat Gubernatoribus locorum vt quoſcumq; in contumacia Bannitos, aut nondum in iudicium delatos (quibuſdã hic nominatis dũtaxat exceptis) infra ſex menſes remiſſionẽ petentes, gratiosè liberent, & abſoluant.

quorumuis ordinum regulares cuiuſcumq; dignitatis, gradus, & conditionis fuerint, qui commercium cum cuiuſuis generis bannitis, homicidis, ſicarijs, alijſq; ſupradictis facinoroſis hominibus habuerint, eos quoquomodo receptauerint, vel eiſdem cibum, potum, pecunias, veſtimenta, puluerem, pilas plumbeas plumbum, arma, & alia neceſſaria ſubminiſtrauerint, eiſdem ſcripſerint, litteraſq; ab eis acceperint, aut equos commodauerint, etiam ſi dictis de cauſis ad notitiam Curiæ delati, proceſſati, inquiſiti, ſeu in contumaciam condemnati fuerint, ſiue ſi nondũ patefacti, & detecti, & in iudicium delati ſint (dummodo tamen ad præſens occaſione prędicta in carceribus nõ detineantur, vel cum eiſdem bannitis, homicidis, ſicarijs, & facinoroſis hominibus in committendis, & perpetrandis delictis ipſis comites, participes, aut complices nõ fuerint, aut eos contra Curiam Iuſtitiæ miniſtris reſiſtendo defenderint, aut in ſuis Caſtris, Oppidis, Terris, & iuriſdictionibus eoſdem aſſecurauerint, tutos fecerint, aut quouis modo tolerauerint, quibus nullo modo huiuſmodi gratiam, & indulgentiam ſuffragari volumus) ſi de admiſſis dolentes ab intimis, & a ſimilibus abſtinere proponentes infra ſex menſes a publicatione præſentium inchoandis per ſe, vel per procuratorem ad id ſpecialiter conſtitutum, aut etiam per affines, ſeu conſanguineos, aut alias coniunctas perſonas peccati admiſſi veniam, & abſolutionem humiliter petierint miſericorditer, & gratioſe, abſq; aliqua pecuniarum ſolutione liberent, & abſoluant, ac omnes, & eorum ſingulos ad patriam, honores, bona, non tamen Fiſco incorporata, & ad eum, in quo ante præmiſſa quomodolibet erant, ſtatum reſtituant, reponãt, & plenariè reintegrent, omnemq; inhabilitatis, & infamiæ maculam, ſiue notam propterea incurſam aboleant, omnemq; corporalem, etiam vltimi ſupplicij, ac bonorum confiſcationis pœnas eis ratione delictorum prædictorum impoſitas, indictas, ſeu debitas condonent, & remittant. Necnon proceſſus huiuſmodi dictis de cauſis contra eos, & quemlibet eorum, etiam in contumaciam, aut aliàs quomodolibet formatos, etiam ſi ſuper eis pronunciatum fuerit, non tamen executioni demandatos, ſoluta tantum Notariorum competenti mercede annullent, & per eos, ad quos ſpectat aboleri, caſſari, annullari auctoritate noſtra faciant, & mandent. Nos enim eis præmiſſa omnia, & ſingula, ac alia quæcumque, quæ in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, quomodolibet, & opportuna duxerint agendi, faciendi, & gerendi, necnõ omnibus, & ſingulis iudicibus, tam ordinarijs quàm extraordinarijs Gubernatoribus, Poteſtatibus, Commiſſarijs, capitaneis, prætoribus, ac quibuſuis alijs perſonis, cuiuſcumq; dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtentibus, & quacumq; auctoritate fungentibus in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub mille ducatorum auri Cameræ Apoſtolicæ applicandorum pœnis diſtrictius inhibendi, ne ſic abſolutos veniam, & abſolutionem conſequutos quouis quæſito colore moleſtare, inquietare, vel perturbare audeant, ſeu præſumant, illiſq; ſub eiſdem pœnis mandandi quatenus proceſſus, & alias ſcripturas ſuper inde confectas caſſent, & annullent, perpetuumq; ſuper præmiſſis ſilentium imponant, plenam, & liberam per præſentes facultatem, & auctoritatem concedimus. Statuentes omnes, & ſingulas ſupradictas gratias, & abſolutiones, ac alia per eos vigore præſentium facienda vllo vnquam tempore de ſurreptionis, aut obreptionis vitio, ſeu intentionis noſtræ defectu notari, impugnari, inualidari, ad terminos iuris reduci, in ius, vel controuerſiam vocari nullatenus poſſe, minuſq; ſub quibuſuis ſimilium, vel diſsimilium gratiarum reuocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, & alijs contrarijs diſpoſitionibus cõprehendi vllo modo valere, ſicq; ab omnibus cenſeri. Et ita per quoſcumq; Iudices, quauis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, irritumque & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus quibuſuis conſtitutionibus ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, etiam conſiſtorialiter per nos, aut alios quoſcunq; Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros quomodolibet conceſſis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus etiam ſi de illis, eorumq; totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda,

Proceſſuſq; deſuper cõtra eos formatos, & executioni non demãdatos, caſſari præcipit.

Clauſulæ præſeruatiuæ circa abſolutiones obtinen.

Decretum irritans.

Clauſulæ derogatoriæ.

benda,

Digitized by Google

benda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruāda foret illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque.

Facultas datur confeſſarijs ab ordinarijs approbatis, abſoluēdi prædictos ab omnibus cēſuris, & pœnis eccleſ. propterea incurſis.

Decernentes quòd poſtquam prædictam liberationem, & indulgentiam obtinuerint poſſint à quibuſcunque confeſſarijs ab Ordinarijs locorum approbatis, abſolui à quibuſcunque cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, propterea quomodolibet per eos incurſis, impoſita pro modo culpæ confeſſariorū arbitrio pœnitentia ſalutari. Cum ijs verò qui clerici, aut aliàs ad ordines, etiam ſacros promoti fuerint, aut beneficia Eccleſiaſtica quomodolibet obtinuerint, vt præmiſſis, & irregularitate per eos exinde quomodolibet contracta, non obſtantibus clericali charactere, & illius priuilegiis vti, necnon in ſuis ordinibus remanere, ac in illis etiam in altaris miniſterio miniſtrare, & quæcunq; per eos obtenta, & in poſterum obtinenda beneficia Eccleſiaſtica cum cura, & ſine cura quomodocunque, & qualitercunque qualificata, etiam ſi Eccleſiæ cathedrales Metropolitan. Monaſteria, Prioratus, & Præpoſituræ, etiam conuentuales, ac dignitates etiam maiores, & principales fuerint recipere, & retinere: ac quoſcunque fructus, etiam loco penſionis annuæ, necnon penſiones annuas ſuper ſimilibus fructibus impoſitas, vt prius percipere, exigere, & leuare liberè, & licitè poſſint, & valeant, auctoritate præſentium, poſtquam ſimilem liberationem obtinuerint, & vt ſupra a cenſuris prædictis abſoluti fuerint ex nunc, prout ex tunc diſpenſamus. Ac quoniam difficile foret præſentes has noſtras ad ſingula quæque loca deferri. Volumus, vt præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ ipſis originalibus litteris adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę commiſſionis, mandati, conceſſionis, ſtatuti, derogationis, decreti, diſpenſationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romę, Apud ſanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſexto, tertio Kalendas Maii, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Diſpēſanturq; clerici, & cæt. vt in ſuis ordinib⁹ remaneant, beneficia retineant, & recipiant, &c.

Ioannes Baptiſta Canobius.

Regiſtrata apud Ioannem Baptiſtam Secretarium.

Publicatio.

Anno a Natiuitate Domini, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſexto, Indictione decimaquarta die vero quinta Menſis Maij, Pontificatus Sanctiſſ. in Chriſto Patris, & Domini Noſtri D. Sixti diuina prouidentia Papæ V. Anno eius II. Retroſcriptæ litteræ Apoſtolicæ affixæ, lectæ, & publicatæ fuerunt in valuis, ſeu portis S. Ioannis Lateranen. & Sancti Petri Principis Apoſtolorum de Vrbe, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ, & aciei Campi Floræ, & per aliquod temporis ſpacium dimiſſæ, & relictæ per nos Claudium Mongeat, & Nicolaum Tagliettum, S. D. N. Papæ Curſ.

Alex. Parabiachus Mag. Curſ.

XXXII.

Priuilegia Conclauiſtarum, nouiſſimi Conclauis.

SIXTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad futuram rei memoriam. CIRCVMSPECTA Rom. Pont. gratiarum diſpēſatoris prouidentia ſingulorum merita, debita meditatione conſiderans illos prout, ęquum eſt potioribus fauoribus, & gratiis efficaciter proſequitur, & condignis honoribus attollit, quos ſibi deuotos, & obſequioſos amplioribus cognouit meritis adiuuari. Hinc eſt, quod nos volentes dilectos filios infraſcriptos Conclauiſtas, qui in Conclaui, in quo diuina fauente clementia ad ſummi Apoſtolatus apicem aſſumpti fuimus nobis,

& Ve-

& Venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, vti familiares domeſtici inſeruiendo interfuerunt, quique ea de cauſa labores, vigilias, & incommoda plura ſubierunt, habita ratione obſequiorum, fauoribus, gratiis, & priuilegiis pro cuiuſque meritis exornare, ipſoſq; Conclauiſtas, & eorum ſingulos ab omnibus, & ſingulis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſq; Eccleſiaſticis, ſententijs, cenſuris, & pœnis a iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, etiam ſi illas per quattuor menſes ſuſtinuerint, in illiſq; per annum continuum inſorduerint, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſeriè abſoluentes, & abſolutos forè cenſentes, Motuproprio non ad ipſorum Conclauiſtarum, vel aliorum pro eis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, deq; Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, eiſdem Conclauiſtis decem millia ſcutorum auri in auro per tres ex prædictis Cardinalibus ſingulos in quoſlibet ordine antiquiores, vel ſi ipſi Conclauiſtæ, aut ab eis deputati maluerint per venerabilem fratrem Alexandrum Epiſcopum Oſtienſem Farneſium, & dilectos filios noſtros Michaelem tit. S. Mariæ ſupra Mineruam, presbyterum Alexandrinum, ac Ferdinandum, S. Mariæ in Domnica Diaconum de Medicis nuncupatos Cardinales inter ipſos Conclauiſtas, & per capita ſingulorum Conclauiſtarum, non autem per ſingulas cellulas, ſeu cameratas æquis portionibus diſtribuenda, & per Cameram Apoſtolicam, de primis, & præcipuis ad eandem Cameram ſpectantibus pecunijs, redditibus, & prouentibus, abſq; vlla mora, vel dilatione perſoluenda gratiosè, & irreuocabiliter, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium donamus. Ipſoſq; Conclauiſtas, in veros, indubitatos, & non fictos familiares, continuos commenſales noſtros, ac eos qui ex illis clerici exiſtunt, ſeu militiæ clericali adſcribi deſiderãt, quoſq; tres huiuſmodi Cardinales gradu, nobilitate, & aliis meritis dignos tali honore iudicauerint in noſtros, & Apoſt. ſedis Notarios recipimus, ac tam illos, quam alios Conclauiſtas ſingulos, qui ſigillatim ab eiſdem tribus Cardinalibus digni tali honore approbati fuerint ſacri Palatii, & aulæ Lateranen. Comites, ac Milites, ac tam illos, quam omnes, & quoſcumq; alios Conclauiſtas indiſtinctè, qui nobiles non ſint, Nobiles, quiq; Almæ Vrbis Romæ, vel alterius alicuius ex alijs Ciuitatibus temporali dominio noſtro, & dictæ Romanæ Eccleſiæ mediatè, vel immediatè ſubiectis Ciues eſſe voluerint, ſingulos in eadem ipſa Ciuitate tantum, quam ſigillatim eorum quiſq; elegerit, & ad quam ab eiſdem tribus Cardinalibus ſe admitti petierit, Veros Ciues ad inſtar, & nulla prorſus differentia inter eos, & ſingulos alios veros originarios, & antiquiſſimos, etiam Nobiles, & participantes ciues, ipſius Vrbis, vel Ciuitatis, ita, vt ipſum ius Ciuitatis, & ipſa ciuilitas ad quoſcumq; illorum hæredes eodem modo tranſeat auctoritate, & tenore præſentiũ, Creamus, conſtituimus, & aſſignamus, & nobilitatis, & ciuilitatis titulo, honore, & inſignibus decoramus, aliorumq; familiarium continuorum commenſalium nobis actu in Palatio noſtro Apoſtolico ſeruientium, & illius tinello comedentium, & bibentium, ac noſtrorum, & dictę Sedis Apoſtolicę Notariorum, palatiique, & aulæ prędictorum Comitum, Militum, & nobilium: ac Ciuium huiuſmodi originariorum numero, & conſortio fauorabiliter aggregamus, ac pro veris indubitatis, & non fictis familiaribus, continuis commenſalibus, ac Notarijs noſtris, Comitibuſq; Militibus, & nobilibus, ac Ciuibus deinceps haberi, & reputari volumus, & mandamus. Eiſq; vt in quibuſcumq; impetrationibus, conceſſionibus, & litteris, tam gratiam, quàm iuſtitiam concernentibus ſe familiares cõtinuos commenſales noſtros, & Comites Milites, ac nobiles, & Ciues etiam originarios nominare, nec propterea impetrationes, conceſſiones, & litteræ ipſæ ſubreptionis vitio ſubiaceant, ſed validæ, & efficaces exiſtant, necnon ex nunc deinceps in perpetuum omnibus, & quibuſcumq; ac prorſus ſimilibus antelationibus, & antelationum prærogatiuis, priuilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, decretis, declarationibus, derogationibus, mandatis, ſuſpenſionibus, fauoribus, gratiis, priuilegiis, & indultis, ac iuribus, quibus alij noſtri familiares, continui commenſales tempore dictæ aſſumptionis noſtræ ad ſummum Apoſtolatus apicem, ac quibus alii eiuſdem ſedis Notarii, etiam de numero participantium exiſtentes, etiam ſi habitum, & Rochetum Notariorum dictæ ſedis non deferant, palatiique, & aulæ prędictorum Comites, &

Cauſæ conceſſionis priuilegiorum, & gratiarum, & donationis infraſcriptæ.

Donatio ſcut. 10000. ad fauorem Conclauiſtarum.

Conceſsio Priuilegiorũ Nobilitatis, Ciuilitatis, Familiaritatis, &c.

Google

mites, & milites, ac nobiles, ac etiam originarij, & antiquiſſimi Ciues eiuſdem Vrbis, vel Ciuitatis, quam (vt præſertur) elegerint quicumq; ex vtroq; parente, verè nobili, & Ciue originario, & antiquiſſimo procreati de iure, ſtatuto, conſuetudine, vel ex aliquo ſpeciali priuilegio, ſeu aliàs, quomodolibet, etiam quoad aſſequutionem, quorumcunq; beneficiorum, etiam Eccleſiaſticorum, etiam per quaſcumq; litteras, ſeu cōſtitutiones Apoſtolicas, pro tempore editas vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti potiri, & gaudere poterunt, quomodolibet in futurum, vbiq; locorum in iudicio, & extra, ſine tamen eorundem Notariorum de numero participantium præiudicio, vti frui, potiri, & gaudere liberè, & licitè valeant realiter, & integrè in omnibus, & per omnia, etiam ſi in Vrbe, & Ciuitate huiuſmodi non habitauerint, perinde, ac ſi de verè nobili genere ex vtroq; parente nobili originario, & antiquiſſimo Ciue procreati forent, & huiuſmodi prerogatiuæ, priuilegia, exemptiones, gratię, fauores, conceſſiones, indulta, & iura, quæ pro alijs nobilibus, & Ciuibus originarijs emanarunt, & quæ ratione nobilitatis, & ciuilitatis naturalis, & originariæ alijs competunt pro eiſdem Conclauiſtis in ſpecie emanaſſent, ſeu emanarent, & eis naturaliter de iure, ſtatuto, conſuetudine fundatione, vel aliàs competerent, auctoritate, & tenore ſimilibus de ſpeciali gratia indulgemus, Necnon eoſdem Conclauiſtas ſingulos à ſolutione, & exactione decimarum, & cuiuſcumq; pedagij, ſubſidij, gabellæ, & cuiuſcumq; oneris, tam ordinarij, quam extraordinarij vbiq; locorum, & ex quacumque quantumuis vrgentiſſima, & inexcogitabili cauſa, & occaſione impoſitorum, & pro tempore imponendorum liberamus, & eximimus, liberoſque, & exemptos fore, & eſſe decernimus. Diſtrictius inhibentes ne exactores pedagiorum, decimarum ſubſidij, gabellarum, & onerum huiuſmodi ad aliquam ſolutionem cogere, & compellere, aut alij quicumque cuiuſcumque Eccleſiaſticæ, vel ſecularis dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis eos ſuper præmiſsis illorumve vſu poſſeſsione, vel quaſi directè, vel indirectè, quouis quæſito colore, vel ingenio moleſtare, vel aliàs quomodolibet impedire quoquomodo præſumant. Ipſiſq; Conclauiſtis ſingulis, quoſcumq; fructus, redditus, & prouentus Eccleſiaſticos, ac etiam occaſione penſionum annuarum ipſis, vel eorū alicui reſeruatarum ratione omiſſionis horarum canonicarum indebitè perceptos cuiuſcumq; quantitatis fuerint gratioſè remittimus, & condonamus, & cum eis ſuper inhabilitate, propterea quomodolibet contracta, vel etiam ex eo quod cenſuris huiuſmodi ligati Miſſas, & alia diuina officia non tamen in contemptum clauium celebrauerint, aut aliàs diuinis ſe immiſcuerint, vt illa, & alijs præmiſſis, non obſtantibus ad omnes etiam ſacros, & presbyteratus ordines aliàs ritè promoueri, & in illis, ac in ſuſceptis per eos aliàs ritè ordinibus, etiam in Altaris miniſterio miniſtrare, etiam liberè, & licitè poſsint, eiſdem auctoritate, & tenore de ſpeciali dono gratiæ diſpenſamus. Necnon eoſdem Conclauiſtas, ſiqui eorum defectum natalium patiuntur, ex quocumq; damnato, & illicito, non tamen presbyteri coitu forſan procreati ſint, Legitimamus, omnemq; ab illis geniturę huiuſmodi maculam, ſiue notam abſtergimus, & abolemus, ac cum eorum ſingulis, vt in quibuſcumq; bonis paternis, & maternis, ac aliorum conſanguineorum, ſeu cognatorum, vel aliorum quorumcumq; ſine tamen præiudicio venientium ab inteſtato, vel ex fideicommiſſo, vel alia de iure valida diſpoſitione ſuccedere, & illa donationis, vel alio quouis titulo conſequi, & habere, Necnon ad dignitates, honores, & quæcumq; alia officia ſecularia publica, vel priuata, eligi, & aſſumi, Illaq; gerere, & exercere in omnibus, & per omnia perinde, ac ſi de legitimo matrimonio procreati forent, ac eodem defectu, non obſtante, ſi aliud canonicum eis non obſiſtat, vt clericali charactere, qui illo nondum inſigniti ſunt, inſigniri, ac ad omnes etiam ſacros, & presbyteratus ordines, ſi nondum promoti ſunt promoueri, ac poſtmodum charactere, & ordinibus huiuſmodi, illorumq; priuilegijs vti, ac in eiſdem ordinibus, etiam in Altaris miniſterio miniſtrare liberè, & licitè valeant, etiam diſpenſamus. Quodq; omnes, & quæcumq; gratiæ, prouiſiones, commendæ, & quæuis aliæ litteræ Apoſtolicæ, ac etiam in forma Breuis, pro illis expediendæ, gratis vbiq; expediantur, & expediri debeant, eiſdēq; Conclauiſtis litterę in forma breuis, tam de capienda poſſeſsione nomine Cam. Apoſt. quàm in fauorem litterarum Apoſt. vbi illis ſuper prouiſionibus quorumcumq; bene-

Exemptio à ſolutione decimarum, & impoſitionum.

Remiſsio fructuum Eccl. indebitè perceptorum propter omiſsionē horarum canonicarum.

Habilitatio illegitimorū ad ſucceſsiones, ordines dignitates, & officia ſecularia.

Expeditio litterarū Apoſto. fiat gratis pro Conclauiſtis.

ficiorum

ficiorum Eccleſiaſt. dari poterunt, prout noſtris familiaribus continuis commenſalibus, etiam gratis dentur & concedantur, ac dari & concedi omnino debeant, præcipimus, atque mandamus ſingulis etiam Conclauiſtis beneficiatis, vel ad ſacros etiam presbyteratus ordines promotis, non tamen parochialium Eccleſiarum Rectoribus, ſeu Vicarijs, vt leges & ciuilia iura ad quinquennium dumtaxat audire, & in illis gradus conſuetos ſuſcipere, & quoſcumq; actus ſcholaſticos exercere, & poſtquam idonei reperti fuerint, etiam ad doctoratus gradum promoueri; necnon Conclauiſtis, & eorum ſingulis; vt quicumq; loci ordinarij, vel Canonici Metropolitan. ſeu aliarum Eccleſiarum, aut perſonæ in dignitate Eccleſiaſt. conſtitutæ, tam in Ro. Cu. quàm extra eam, ad id per eos & eorum ſingulos eligendi, ſeu eligendæ, quaſcunque penſiones annuas eis, & eorum ſingulis, ſuper quibuſcunque fructibus, redditibus, & prouentibus quorumcunque beneficiorum Eccleſiaſticorum, cum cura & ſine cura, ſecularium, & quorumuis ordinum regularium, ſeu fructus, redditus, & prouentus beneficiorum huiuſmodi reſeruatos vſque ad ſummam centum dumtaxat ducatorum auri de Cam. in toto vel in parte, ac etiam in mortis articulo caſſare, & extinguere, ac poſtquam caſſati fuerint, alias ſimiles penſiones annuas, tertiam partem omnium fructuum dictorum beneficiorum non excedentes, ſeu fructus, redditus, & prouentus huiuſmodi uſque ad ſummam prædictam vni, vel pluribus alijs perſonis Eccleſiaſt. per eoſdem Conclauiſtas, & eorum ſingulos nominandis, etiam quæcunque quotcunque, & qualiacunque beneficia Eccleſiaſt. obtinentibus, & expectantibus, ſimiliter eis, quoad vixerint, vel eorum procuratoribus legitimis, eiſdem modo & forma, quibus eiſdem Conclauiſtis reſeruatæ, ſeu reſeruati fuerint, etiam abſque beneficia ipſa, obtinentium conſenſu integrè perſoluendos, ſeu per eos propria auctoritate percipiendos, exigendos, & leuandos, reſeruare, conſtituere, concedere, & aſsignare valeant auctoritate Apoſtolica, & tenore ſimilibus concedimus, & indulgemus. Decernentes ipſas tranſlationes, & nouas reſeruationes, conſtitutiones, & aſsignationes penſionum, ſeu fructuum, redditum, & prouentuum huiuſmodi plenam roboris firmitatem obtinere, ipſoſq; beneficia ſuper quorum fructibus, redditibus, & prouentibus reſeruatæ fuerint obtinentes, ad illas perſoluendas efficaciter obligatos fore: nec eoſdem Conclauiſtas, eorumve aliquem ad eaſdem præſentes litteras in Cam. Apoſt. inſinuandum, aut admitti, & regiſtrari petendum teneri, nec illos, etiam ſi intra tempus legitimum inſinuatæ, admiſſæ, ſeu regiſtratæ non fuerint, propterea minus validas cenſeri, ſed ſuos plenarios effectus ſortiri debere; ac eaſdem præſentes, & in eis contenta quæcumq; ſub quibuſuis reuocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, modificationibus, decretis, & conſtitutionibus Apoſtolicis ſimilium gratiarum reuocatorijs, vel quæ illas limitarent, & moderarent, quæ à nobis, & dicta ſede pro tempore, & ex quibuſuis cauſis, etiam vrgentiſsimis, etiam in fauorem fidei, & diuini cultus augmentum, etiam Conſiſtorialiter, vel aliàs quauis auctoritate hactenus, vel impoſterum emanauerint comprahenſas eſſe; ſed quoties illæ emanabunt, toties eaſdem præſentes in priſtinum ſtatum repoſitas, & reintegratas eſſe & cenſeri: ſicq; per quoſcumq; iudices, & commiſſarios, in quauis cauſa & inſtantia, ſublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & auctoritate diffiniri & iudicari debere. Irritum quoque & inane, ſi ſecus ſuper his à quocumq; quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Et inſuper dilectis filijs Reſcribendario, & Computatori litterarum Apoſt. & alijs ad quos ſpectat, in virtute ſanctę obedientiæ, & ſub pœna indignationis noſtrę, Motu pari per Apoſtolica ſcripta mandamus, vt litteras Apoſt. ſuper pręmiſsis omnibus & ſingulis, tam coniunctim, quam diuiſim, ac pro ſingulis, quibus conceſſa ſunt, ac ſeorſum & ſeparatim, cum omnibus & quibuſcumq; derogationibus, decretis, & clauſulis in eis contentis, gratis de mandato noſtro, vbiq; in omnibus officijs, etiam Abbreuiatorum, Solicitatorum, Secretariorum, plumbique, & regiſtri abſq; aliqua pecuniarum exactione, etiam per viam compoſitionis facienda, omni contradictione & dilatione ceſſantibus ſignent, expediant, & expediri faciant. Non obſtan. pręmiſsis, & de certo eorundem Notariorum numero, etiam ſi ad illum nondum ſit deuentum, cui per hoc aliàs non intendimus derogare, ac vna de inſordeſcentibus,

Indultum pro Cóclauiſtis preſbyteris audiendi iura Ciuilia, & doctoratus gradum ſuſcipiendi.

Penſioneſque eis reſeruatas transferendi.

Clauſulæ præſeruatiuæ.

Decretum irritans.

M

Clauſulæ dero gatoriæ.

tibus, & altera noſtris de pręſtan. conſenſu in penſionibus, necnon Pii iiij. de ſimilibus, vel diſsimilibus gratiis in Cam. Apoſt. intra tres menſes pręſentandis, & etiam regiſtrandis, ac Pii V. Rom. Pontif. prędeceſſorum noſtrorum contra illegitimos, necnon Pictauen. Conc. & aliis Apoſt. ac etiam in vniuerſalibus, prouincialibuſque & ſynodalibus Conc. editis ſpecialibus, vel generalibus cõſtitutionibus, & ordinationibus, necnon Eccleſiarum, Monaſteriorum, ordinum, ac etiam Vrbis Romæ, aliarumq; Ciuitatum, Oppidorum, & Terrarum, necnon Cam. prędictę, ac quarumcumq; vniuerſitatũ, etiam iuramento, confirmatione Apoſt. vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ſtabilimentis, vſibus, naturis, decretis, & etiam nouis reformationibus, necnon etiam legibus, tam Pontificiis, quam Imperialibus, Regiis, & Ducalibus, ac etiam ſacris canonibus, priuilegiis, quoq; indultis, & litteris Apoſt. ſuperioribus, & perſonis, ac locis quibuſcumq; in genere, vel in ſpecie, ſub quibuſcumq; tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis derogatoriarum derogatoriis, aliiſq; efficacioribus, & inſolitis clauſulis irritantibuſq; & aliis decretis, etiam vim contractus, & ſtatuti perpetui continentibus; ac etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac etiam Conſiſtorialiter, & aliàs in contrarium quomodolibet conceſsis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, aliàs de illis, eorumq; totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbũ, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata inſerti forent, pręſentibus pro ſufficienter expreſsis habẽtes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cęteriſq; contrariis quibuſcumque. Ceterum volumus, quòd pręſentium tranſumptis etiam impreſsis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius Curiæ, ſeu perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutę munitis, eadem prorſus fides in iudicio & extra adhibeatur, quæ adhiberetur eiſdem originalibus litteris, ſi forent exhibitę vel oſtenſę.

Conclauiſtarũ Nomina.

Nomina vero ipſorum Conclauiſtarum ſunt hæc, quæ ſequuntur. Videlicet dilecti filii, Auguſtinus Fiuizanus ord. Fratrum Eremitarum S. Auguſtini, & Theologię profeſſor Sacriſta, Ludouicus Branca de Firmanis, Franciſcus Mucantius I. V. D. Paulus Alaleo etiam V. I. D. Magiſtri cęremoniarum, Siluius Antonianus clericus Romanus Secretarius Collegij, Blaſius Cangius Clericus Foroſempronien. Antoniusmaria Gallus clericus Auximanus, noſtri dum Cardinalatus honore fungebamur, Tho. Thomaſius frater Hoſpitalis S. Io. Hieroſolymit. Victorius Petruccius presbyt. Terræ Valerani, Ciuitatis Caſtellan. diœc. Andreas de Bonis laicus Anconitan. Alexandri Farneſij Oſtien. Ludouicus de Rubęis Interamnen. frater dicti Hoſpitalis, Nicolaus ex Comitibus Genghæ, presbyter Camerinen. diœc. Delius Theodonarins, clericus Reatin. Iacobi Sabelli Portuen. Io. Bernardinus Soldatus cleric. Farfen. Io. Baptiſta Pandonus cleric. Romanus, Alexander Caſtellucius clericus Mutinen. Io. Antonij Sorbelloni Tuſculan. Ioſeph de Colle cleric. Lucan. Mag. in artibus, Franciſcus Giandemaria clericus Parmen. Bernardus Tagliamochius laicus Floren. Io. Franciſci Gambaræ Præneſtin. Cæſar Valentinius cleric. & iuriſconſultus Rom. Ant. Io. cleric. Iuſtinopolitan. Alphonſi Venerabilium fratrum noſtrorũ Albanen. Epiſc. Ieſualdi. Hercules Creſcimbenius presbyter Bononien. Canonic. S. Io. Lateranen. Gaſpar Fetz Germanus, miles militiæ SS. Mauritij & Lazari, Auguſtinus Varranius laicus Rauennaten, Marci Sitici ab Altaemps, S. Mariæ in Tranſtiberim, Antonius Quærengus clericus Patauinus, Magiſter in Theologia, Claudius Saxus, laicus Malphiten. Io. Maria Cinottus Callien, Innici Aualos de Aragona S. Laurentij in Lucina, Iacobus Grillenzonius cleric. Mutinen. Andręas de Luna clericus Palentin. diœc. Baccalarius in decretis, Marci Antonij Columnæ S. Petri ad Vincula, Chriſtophorus Turretinus presbyter Lucanus, Alexander Coraldinus cleric. Fulginaten. Ptolæmei Gallij Nouocomen. S. Agathæ, Petrus Mancinus clericus Romanus Magiſter in artibus, Io. Paulus Aymus, cleric. Cremonen. Proſperi de Sancta Cruce Sancti Clementis, Fabius Blondinus presbyter de Monte alto, Curius Lazarinus cleric. de Monte Milone, Camerinen. diœc. Guidonis

Ferrerij Vercellen. SS.Viti & Modeſti in macello mar. Vincentius de Maioribus, preſbyter Biſignanen. Antonius Carlerius presbyter Rom. Guglielmi Sirleti, S.Laurentij In Pane & Perna. Io. Franciſcus Arriuabenius, cleric. Brixien. diœc. Io. Baptiſta Aguzettus, Bononien. Gabrielis Paleotti, S. Martini in Montibus, Valerius Atracinius, cleric. Roman. Hiero. de Reinos Placentin. Michaelis Alexandrin. S. Mariæ ſupra Mineruam, Carolus Grotta, laicus Tridentin. Petrus Brunorius Tridentin. diœc. Stephanus Teller Germanus, Ludouici Madrucii, S.Honofrii, Io.Baptiſta Iuſtinianus, clericus Ianuen. V.I.D. Cæſar de Thanis de Prato, Nicolai de Pelue S.Praxedis, Antonius Rodulphus, cleric. Imolen. diœc. Aſcanius Formoſius, presbyter Caſertan. Iulij Antonij S. Seuerinæ, S.Bartholomęi in inſula, Dominicus Tuſcus, clericus Regien. V.I.D. Clemens Lambardus Narnien. Miles Militiæ, S. Stephani. Io. Dominicus Rauennaten. Petri Donati de Cęſis, S.Anaſtaſiæ, Franciſcus Piampergius, clericus Aquiligien. diœc. Ioſeph Zitellius de Roccacontrata Senogallien. diœc. Claudius Lupi, clericus Sabinen. Caroli à Rambolietto, S.Euphemiæ, Iacobus Corteſius, cleric. Ciuitatis caſtelli, Bernardinus Georgius Fanen. Hierony. Ruſticucij, S.Suſannæ, Archilęus Albanus Bergomen. Mauritius Cataneus, presbyter Bergomen. Io. Hieronymi Albani, S.Io. ante portam Latinam, Hercules Leonius, cleric. Bononien. Petrus Paulus Zirichellus, clericus Amerin. Philippi Boncompagni, S.Sixti, Alexander Baldeſcus, clericus Peruſinus, V.I.D. Auguſtinus Brunorius de Corinaldo, presbyter Senogallien. diœc. Magiſter in Theologia, Hieronymi Simoncelli, SS. Coſmæ, & Damiani, Rodulphus Gallus, cleric. Auximan. Scipio Lactantij Tiphernas miles dictæ militiæ Sanctorum Mauritij, & Lazari, Pompeius Spechius, clericus Ceſenaten. Alexandri Riarii, S. Mariæ de Aracęli, Petrus de Strada, prior Eccleſiæ Palentin. Decretorum Doctor, Franciſcus Emmanuel, clericus Iſpalen. Petri de Deza, S. Priſcæ, Horatius Mancinus, clericus Peruſin. V.I.D. Theſęus Lucianus, clericus Aprutin. Antonij Caraphæ, Sanctorum Io.& Pauli, Sanctinus Silua, clericus Lunen. Sarzanen. Ioannesmaria Meliolus, clericus Regien. Io. Antonij Fachinetti, SS. Quatuor Coronatorum, Io. Baptiſta Auguſtus, clericus Ianuen. Iulius Gratianus, clericus Roman. Io. Baptiſtæ Caſtanei, S.Marcelli, Pallas Ruccellai, canonicus Florent. Bartholomæus Gogius de Prato, Alexandri Medices, Sanctorum Quirici,& Iulitæ, Albertus Contrera, preſbyter Roman. canonicus Eccleſiæ S.Mariæ in Tranſtiberim, Franciſcus Veratus, clericus Ferrarien. Iulij Cananij, S.Euſebij, Dominicus Achilles, presbyter Regien. Darius Boccarinus, clericus Aretin. Nicolai Sfondrati, S.Cæcilię, Io.Morellus, clericus Tornacen. diœc. Robertus Neri Rotomagen. Antoniimariæ de Saluiatis, S.Mariæ in Aquiro, Franciſcus de Valdeuieſo, cleric. Romanus V.I.D. Georgius Oliuerius, clericus Tornonen. diœc. Bartholomæus de Nonis Ianuen. Philippi Spinolę, S. Sabinæ, Angelus frumenti presbyter Comen. Ioannes Baptiſta Terrazanus clericus Nicien. diœc. Ioannes Membiella, clericus Doloren. Matthæi Contarelli, S.Stephani in Monte cęlio, Alexander Gratianus, clericus Romanus I.V.D. Antonius Petri Matthæi de Ventulis, clericus Eſin. diœc. Scipionis Lancellotti, S.Simeonis, titulorum presbyterorum, Hercules Eſtenſis Taſſonus, clericus Ferrarien. Camillus Collaretus frater dicti Hoſpitalis, Federicus Rodulphus Ferrarien. Aloyſij de Eſte, s. Mariæ in Via lata, Petrus Vſimbardus, clericus de Colle, nullius diœc. Iacobus Poggius, clericus Lucanus, Ferdinandi Medices S.Mariæ in Domnica, Hieronymus Macchiauellus, clericus Bononien. V. I. D. Franciſcus Maſtellettus, clericus Bononien. Philippi s. Angeli in Foropiſcium. Ant. Albizi Florentin. Iacobus Gigantes, clericus Ceſenaten. Andreæ ab Auſtria, ſanctæ Mariæ Nouę, Bernardinus Pia, clericus Mantuanus, Iacobus de Armis, clericus Bononien. Ioannis Vincentii Gonzaghæ, s. Mariæ in coſmedin. Lucius Cicero, clericus Comen. Claudius Tuſcanus, clericus Cremonen. diœc. Franciſci Sfortiæ nuncupatorum, s. Georgij ad Velum aureum, Diaconorum S. R. E. Cardinalium, dilectorum filiorum noſtrorum familiares continui commenſales, necnon Hieronymus eiuſdem ordinis Sancti Auguſtini, & Theologię profeſſor, ac Nicolaus Farneanus, clericus Ferrarien. ambo cum dicto Sacriſta. Ludouicus Vaglia Cuſtos cellæ, dilecti filij noſtri Nicolai etiam S. R. E. Presbyteri Cardinalis de Sermoneta

nuncupati, Honophrius Baccius, ordinis prædicatorum profeſſor pœnitentiarius, ſiue
confeſſor, Aurelius Stagnus Mutinen. Alphonſus Cataneus etiam Mutinen. phyſici.
Iulianus Cecchinus Sabinen. diœc. chirurgus, Marcus Antonius Ciappus Aromata-
rius, Laurentius Mancinus, & Io. Baptiſta Fiaſchettus eius adiutores, Laurentius Bon-
fantes cuſtos Fontis, Melchior Cauagnini Parmen. diœc. Auguſtinus Bonioannes.
Laurentius de Barberijs Lunen. Sarzanen. diœc. & Alexander Valentinus Romanus,
barbitonſores, Rochus Ioannis Comen. diœc. cementarius, Valerius Vallæ Floren-
tin. faber lignarius, Io. Baptiſta Brixianus, Paulus Tartaglia à S. Laurentio, ad grot-
tas. Ioannes Vallinus, Petrus Burgundius, Nicolaus Tuſcanus Cremonen. diœc. La-
ctantius Sanctinus laicus Aſculan. diœc. Franciſcus ſartor, Nicolaus Buzzonus Ge-
benen. diœc. Aliprandus Capriolus Tridentin. & Octauius de Montenouo, dicti con-
clauis ſcopatores. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutio-
nis, donationis, receptionis, creationis, conſtitutionis, deputationis, decorationis,
aggregationis, liberationis, exemptionis, inhibitionis, remiſſionis, condonationis,
legitimationis, abſterſionis, abolitionis, diſpenſationis, præcepti, conceſſionis, in-
dultorum, decretorum, mandatorum, derogationis, & voluntatum infringere, vel ei
auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare pręſumpſerit, indignationem
Omnipotẽtis Dei, ac Beatorũ Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ, Apud Sanctum Petrum; Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſi-
mo quingenteſimo octuageſimo quinto. Kal. Maij. Pontificatus Noſtri Anno Primo.
Ferd. Card. de Medicis ſummator. Tho. Thomaſius Gualterucius.

Anno à Natiuitate Domini, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſexto. Indictio-
ne xiiij. die vero ſeptima Menſis Auguſti, Pontif. S.D.N. D. Sixti diuina prouidentia
Papæ V. Anno II. Retroſcriptæ litteræ Apoſtolicæ, vnà cum ſua executoria ſuper re-
troſcriptis litteris pariter ſub plumbo expedita, intimatę, inſinuatæq; fuerunt Rever.
D. Io. Sciano Reſcribendario, & Benigno Raymundo computatori, necnon Alphonſo
Roderici, etiam Petro Aranz ſcriptoribus Apoſt. vnà cum omnibus alijs in bancho eo-
rundem ſcriptorum Apoſt. in Cancellaria exiſten. ad bullas expedien. prout moris eſt.
Necnon eadem die Mag. DD. Camillo Pamphilio, & Ioanni Vignodi Abbreuiatori-
bus, vnà cum eorundem Capellano, in bancho eorundem Abbreuiatorum de Parco
minori in dicta Cancell. exiſten. ad bullas, vt ſupra expedien. necnon Mag. DD. Iuſti-
niano Seuerolo, & Vgoni Boncompagno ſollicitatoribus litterarum Apoſt. vnà cum
ſuo Capellano in bancho dictorum ſollicitatorum, in dicta Cancell. exiſten. ad bullas,
vt ſupra expedien. perſonaliter repertis, eoſdem monendo, & requirendo, ſub cenſu-
ris, & pęnis in retroſcriptis litteris contentis, vt eiſdem parerent, & obedirent, copiaſq;
earundem litterarũ ſibi ipſis dimittendo in ſignum verè intimationis, per me Io. Freile,
Sanctiſſimi Domini Noſtri Curſ. Alex. Parabiachus Mag. Curſorum.

Intimatio harum litterarũ Apoſt. officialibus Cancellariæ.

SIXTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Venerabilibus fratribus Portuen. &
Tuſculan. Epiſcopis, ac dilecto filio cauſarum Curię Camerę Apoſtolicę generali Au-
ditori ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Hodie dilectis filijs Conclauiſtis, qui
in Conclaui, in quo diuina fauente clementia ad ſummi Apoſtolatus apicem aſſumpti
fuimus, nobis, & venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus vti familiares
domeſtici inſeruiendo interfuerunt. Decem millia ſcutorum auri in auro certo tũc ex-
preſſo modo, inter ipſos conclauiſtas diſtribuenda, & per Cameram noſtram Apoſto-
licam abſque vlla mora, vel dilatione perſoluenda donauimus; ipſoſque conclauiſtas
in veros, indubitatos, & non fictos familiares, continuos commenſales; ac eos, qui
ex illis clerici exiſtebant, ſeu Militiæ clericali adſcribi deſiderabant, quoſq; tres tunc
expreſſi Cardinales gradu, nobilitate, & alijs meritis dignos tali honore iudicaſſent, in
noſtros, & Apoſtolicę ſedis Notarios recepimus: ac tam illos, quàm alios Conclaui-
ſtas ſingulos, qui ſigillatim ab eiſdem tribus Cardinalibus digni tali honore approbati
fuiſſent, ſacri palatij, & Aulę Lateranen. Comites, ac Milites, ac tam illos, quàm om-
nes, & quoſcumq; alios Conclauiſtas indiſtinctè, qui nobiles non erant, nobiles, quiq;
Almæ Vrbis Romę; vel alterius alicuius ex alijs Ciuitatibus temporali dominio no-
ſtro, & dictę Romanæ Eccleſiæ mediatè, vel immediatè ſubiectis, Ciues eſſe voluiſſent,

Repetitio ſupradictorũ priuilegiorum, & gratiarum.

ſingulos

ſingulos in eadem ipſa Ciuitate tantum, quàm ſigillatim eorum quiſq; elegiſſet, & ad quam ab eiſdem tribus Cardinalibus ſe admitti petijſſet, veros Ciues creauimus, conſtituimus, deputauimus, necnon eoſdem Conclauiſtas ſingulos à ſolutione, & exactione decimarum, & cuiuſcunque pedagij, ſubſidij, gabellæ, & cuiuſuis alterius oneris, tam ordinarij, quam extraordinarij, vbique locorum liberauimus, & exemimus; ipſiſq; Conclauiſtis ſingulis quoſcunque fructus, redditus, & prouentus Eccleſiaſticos, ac etiam occaſione penſionum annuarum ipſis, vel eorum alicui reſeruatarum, ratione ommiſſionis horarum canonicarum indebitè perceptos gratioſe remiſimus, & condonauimus; ac cum eis ſuper inhabilitate, propterea quomodolibet contracta diſpenſauimus. Necnon eoſdem Conclauiſtas, ſi qui eorum defectum natalium patiebantur, ex quocunque illicito, non tamen presbyteri coitu, legitimauimus; & cum eiſdem, vt ſimili defectu natalium non obſtante, in certis tunc expreſſis bonis ſuccedere, ac ad omnes, etiam ſacros, & presbyteratus ordines promoueri, & promoti in illis, etiam in altaris miniſterio miniſtrare poſſent, diſpenſauimus. Quodque omnes litteræ Apoſtolicæ, ac etiam in forma breuis pro illis expediendæ, gratis vbique expedirentur. Præcepimus, & mandauimus ſingulis etiam Conclauiſtis, beneficiatis, vel ad ſacros ordines promotis, non tamen parochialium Eccleſiarum Rectoribus, ſeu Vicarijs, vt leges & ciuilia iura, ad quinquennium dumtaxat audire, & in illis gradus conſuetos ſuſcipere, necnon, vt ipſi penſiones ſibi reſeruatas, vel fructus beneficiorum Eccleſiaſt. ſibi reſeruatos, vſque ad ſummam centum ducatorum transferre poſſent, cõceſſimus & indulſimus, prout in noſtris inde confectis litteris plenius continetur. Quocirca diſcretioni veſtræ Motuproprio per Apoſt. ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus veſtrum, per vos, vel alium, ſeu alios litteras prædictas, & in eis contenta quæcunque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dictorum Conclauiſtarum, vel alicuius eorum fueritis requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque, & eorum cuilibet in præmiſſis, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciatis auctoritate noſtra, illos donatione, creatione, conſtitutione, deputatione, liberatione, exemptione, remiſſione, condonatione, diſpenſatione, legitimatione, præcepto, mandato, conceſſione, indulto, alijſque in dictis litteris contentis, iuxta illarum continentiam, & tenorem pacificè frui, & gaudere. Non permittentes eos, vel eorum aliquem deſuper per quoſcunque quomodolibet indebite moleſtari; contradictores quoſlibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſt. aliaque iuris remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggrauando inuocato etiam ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio brachij ſecularis. Non obſtan. conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis: ac omnibus illis, quæ in dictis litteris voluimus non obſtare; aut ſi aliquibus communiter vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum; quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſt. non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem.

Executorũ deputatio, & facultates.

Datum Romæ, Apud Sanctum Petrum: Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo quinto, Kalen. Maij, Pontificatus Noſtri Anno Primo. Ferd. Card. de Medicis ſummator. Tho. Thom. Gualterutius, Io. Brouhæ, Loco † plumbi, à tergo, Regiſtrata apud Tho. Secretarium.

De

XXXIII.

De Decies centenis millibus nummum Aureorum, in Arce Sancti Angeli ſepoſitis, & nullo vnquam tempore, niſi in præſcriptis caſibus detrahendis.

SIXTVS Epiſcopus Seruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. AD clauum Apoſtolicæ ſeruitutis in puppi Militantis Eccleſiæ non meritis noſtris,ſed diuinæ volūtatis diſpoſitione,difficillimis his temporibus conſtituti, non ſolum præſentes fluctus, quibus Beati Petri nauicula ſæpius iacta tur, mente peruigili circumſpicimus, ſed procul etiā atq; à longè impendentes tempeſtates,nō ſine magna animi ſolicitudine proſpicimus, eaſq; conſilio, & vigilantia quantum cum Domino poſſumus, præcauere, ac vitare ſtudemus. Circumſtant nos vndiq; multorum generum pericula, mala inteſtina, quotidie magis ingraueſcunt, bello ardent Prouinciæ, Hæretici implacabili odio inflammati in nos rapiuntur, hoſtis teterrimus; & potentiſſimus Turca, alter Aſſur virga furoris Domini ceruicibus noſtris ſemper imminet, quique communes ſunt Catholicæ Religionis, & Chriſtiani nominis inimici, iidem Romanam in primis Eccleſiam, & Apoſtolicam hanc ſedem fidei petram, & fidelium omnium matrem acerbiſſimè oderunt,eiuſque auctoritatem, amplitudinem ſtatum conuellere, (quod Deus auertat) ac labefactare vehementer, atq; auidè concupiſcunt: Et nos quidem dubios rerum euentus, & occulta diſcrimina, quæ non ſine cauſa timere cogimur, ſępenumero expendentes, non in nobis ipſis ſpem collocamus neque carnem ponimus brachium noſtrum, ſed oculos in cœlum ſuſtollimus, ad cuſtodem Iſrael, eumque ipſum, qui nunquam dormit, neque dormitat, ſæpè cum lachrymis excitamus, vt aliquando è ſomno exurgens, mari & ventis imperet, & tranquillitatem faciat: ſed tamen ab eodem, in quo ſpes omnes noſtræ reſident, edocti ſumus noctu vigilandum eſſe patrifamilias, ne fures domum perfodiant, ſeruumque ſupra eius familiam conſtitutum, non ſolum fidelem eſſe debere, ſed prudentem; nec temerè tentandum Dominum, vt in ijs, quæ conſilijs noſtris, & ratione gubernari poſſunt, non tam diuinam opem, quæ ſemper expetenda eſt, quàm miracula requirere videamur. Quare ad humanę prudentię ſubſidia ita confugimus, vt in Deo potiſsimum ſperemus, ad cuius gloriam, atque ad Sanctę Romanę Eccleſiæ vtilitatem, populorumq; noſtrorum quietem, & defenſionem omnia dirigimus. Nam cum illius vicem in terris, licèt immeriti geramus, qui Rex pacificus, & ſacerdos eſt in æternum, vtraque poteſtate ſacerdotali, & Regali eorum præcipuè commodis, & incolumitati conſulere debemus, qui ſub peculiari tutela, & ditione huius ſanctæ ſedis ſunt conſtituti; in quo quidem paſtoris etiam officium exercemus,vt pręclare nos admonet Beatiſsimus Pontifex *Gregorius*, à quo paſtores obiurgantur, qui de externa gregis vtilitate non ſunt ſoliciti: *Paſtores* (inquit) *ſic erga interiora ſtudia ſubditorum ſuorum ferueant, quatenus in eis exterioris quoque vita prouidentiā non relinquant.* Quod igitur à nobis Paſtoralis prouidentię debitum requirit, prouidere cupientes, ne aliquando repentina aliqua, & improuiſa vi, quod ſuperiorum temporum luctuoſa monent exempla,nos ſucceſſoreſve noſtri,& populi nobis ſubiecti opprimantur, neuè ad dubios caſus à pecunia omnino imparati ſumus, quæ in ipſo motu, & trepidatione difficulter admodum non ſine magno Ciuitatum, & Prouinciarum incommodo conficitur, quibus parcere cupimus, & quod grauius eſt, iam ſera, & inopportuna diligentia ſæpius fruſtra, & inutiliter conficitur, quęque ſi in tempore curata, & pręparata ſit, ad copias, aliaque pręſidia comparanda magno vſui, & adiumento eſſe poteſt: ob eas cauſas decreuimus certam pecunię ſummam benedicente Domino, nullo noſtrorum extraordinario onere congeſtam, ſed præter aliàs rectè colligendæ pecuniæ vias, noſtra etiam parſimonia, frugalitateq; Pontificia comparatam, hoc eſt ad decies centena millia aureorū nummum ſeponere, tanquam ſacrum Eccleſiæ Romanæ peculium, & præcipuum ærarium, quod bonorum inmobilium inſtar ſit, atque ad certos caſus, hac noſtra ordinatione præſcriptos erogandum fideli-

Sanctiſſ. Pontifex ex vrgentiſsimis cauſis hic expreſsis, oſtendit neceſſe eſſe S. R. E. aliquod Theſauri præſidiū habere.

S. Greg. in paſt. parte 2. cap. 7. fol. 6. littera C.

Propterea decies cētena millia aureorum nummū in primo anno ſui Pōtificat' hinc inde licitè, & abſq; alicuius oneris impoſitione collegit.

ſideliter, integrèque reſeruatum, ac præclarè paratum ipſa ſedes Apoſtolica, Eccleſiaque Romana habeat. Etenim inter omnia præſidia, ac firmamenta, quæ ad Reipublicæ defenſionem, & conſeruationem neceſſaria, ſapientum iudicio putantur, magnam ſapientiſſimus *Salomon* vim, & facultatem pecuniæ tribuit verbis illis; *Vtilior eſt ſapientia cum diuitijs, & magis prodeſt: ſicut enim protegit ſapientia, ſic protegit pecunia.* Quod ſanè diuino conſilio à veteris teſtamenti patribus factum eſſe animaduertimus, cũ in Dei etiam templo magnam auri, argentiq; copiam, ingentemq; theſaurum ad neceſſitates reſeruatum eſſe, ſacris libris, & Regum, & Machabæorum teſtatum ſit: habuit etiam *Chriſtus* Dominus loculos, & quæ à fidelibus oblata erant, reſeruauit, vt Eccleſiæ neceſſitatibus ſubueniret, ſicq; formam inſtituit Eccleſiaſticæ pecuniæ ſeruandæ, inquit Sanctus *Auguſtinus: habet etiam Eccleſia aurum*, ait Beatus *Ambroſius, vt cum neceſſe eſt illud tunc non ſeruet, ſed ſeruatum eroget*: & ex eo tempore, quo prima Chriſtianæ Religionis iacta fuerunt fundamenta, Sanctus *Sixtus* prædeceſſor noſter & Martyr, Leuitæ Laurentio, qui martyrio inſignis fuit, Eccleſię theſauros tradiderat aſſeruandos, quos idem Chriſti athleta fortiſſimus, ex manibus Tyranni, qui pręter Chriſtianorum innocẽtem ſanguinem, & aurum Eccleſię ſitiebat, in pauperes celeriter diſtribuendo eripuit. His itaq; rationibus & cauſis, aliiſq; ad Dei gloriam, atq; Eccleſiæ vtilitatem ſpectantibus nos adducti, Motuproprio, & ex certa noſtra ſcientia, habita ſuper hoc cum Venerabilibus fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus in Conſiſtorio noſtro ſecreto matura conſultatione, de eorum conſilio, & vnanimi aſſenſu, hac noſtra perpetuo valitura conſtitutione, atque ordinatione, ſupradictam à nobis ſimul congeſtam pecuniæ ſummam, in Pontificia Sancti Angeli arce, certo ſanctiori ęrarij loco, quem eo nomine conſtituimus, in quibuſdam certis deſignatis ſcrinijs collocamus, reponimus, aſſeruamus, atq; aſſignamus; eamq; ita collocatam & aſſeruatam, Chriſto Domino, cuius in terris vices gerimus, Beatiſſimæ Virgini Dei genitrici Mariæ, ac Sanctis Apoſtolis Petro & Paulo, ea lege offerimus atq; dicamus, vt inde, ne nobis quidem eam, neque totam, nec vero partem aliquam etiam minimam promi vnquam liceat, præterquam ſi pro recuperatione Terræ ſanctę, & generali contra Turcas expeditione, bellum aliquando ſuſcipiendum erit, tuncq; etiam poſtquam Chriſtianus exercitus comparatus erit, ac mare ad ipſorum Turcarum fines traiecerit. Si pręterea tanta Annonæ, & rei frumentariæ inopia ſit, vt fames populo interitum allatura videatur, aut ſi peſtilentiæ lues graſſetur. Si manifeſtum periculum immineat, ne aliqua ex Chriſtianis Prouincijs ab infidelibus, & Catholicę Eccleſię hoſtibus occupetur, tuncq; ſubſidij tantum ferendi cauſa, ſi bellum contra ſtatum Sanctæ Romanæ Eccleſię in Italia inferretur, tuncq; dumtaxat cum iuſtus, atq; integer exercitus in ipſos etiam Eccleſiaſticæ ditionis fines peruaſerit, vel propè iam ſit, vt qui loca finitima inuaſerunt, ad occupandum Ciuitates, & loca ditionis Eccleſiaſticæ irrumpant. Si belli ſumptus faciendus erit pro Ciuitatis, quę temporali ditioni Sanctę Romanæ Eccleſię ſubiecta, ab ipſius obedientia (quod Deus auertat) defecerit recuperatione, & conſeruatione, aut pro Ciuitate, ac ditione, quę ad ſedem Apoſtolicam deuolueretur, recuperanda, & conſeruanda. Si quando quis in eam ſe intruderet, ſeu occuparet, aut occupationis, & intruſionis periculum inſtaret, atq; vrgeret. In his autem omnibus caſibus præſcriptis, ac permiſſis, in quibus aliqua pecunię portio ſemel, aut ſępius ſumi licebit, id ſemper moderatè fiat, eaq; cautio, rarioq; adhibeatur, vt omnino ſaltem integra medietas conſtitutæ huius ęrarij pecunię remaneat. Pręterea conſenſum duarum ſaltem ex tribus partibus Cardinalium, qui Conſiſtorio interfuerint pręſtari, decretumque ipſum eorundem Cardinalium conſentientium ſubſcriptione roborari volumus. Extra hos autem pręſcriptos caſus omnem huius pecunię, Deo vt ſupra dicatę, vel omnino, vel aliqua ex parte amouendę, aut erogandæ poteſtatem à nobis prorſus abdicamus, abdicatamq; planè eſſe volumus. Statuentes quemadmodum ſupra dictum eſt, vt inſtar bonorum immobilium Eccleſiæ ſit, & habeatur; eandemque ſic aſſeruatam, & repoſitam, ac Deo dicatam nos integram conſeruaturos eſſe, ac perinde omnino, atque res, & bona Eccleſiæ immobilia nos habituros eſſe promittimus, iuramus, & vouemus. Cuius rei ſeruandæ vinculo, ſicut nos adſtringimus, ita ſucceſſores etiam noſtri ſe eodem deuinctos

Eccleſ. 7. 6.

Ioan. 12.

In Ioannem Tract. 50. li. 2. de offi. cap. 28.

In vita S. Xiſti, & Laurẽtij.

Et modo in Arce sancti Angeli pro Sedis Apoſto. præſidio reponit, & eoque & eius Virgini Matri Mariæ, & Apoſt. Petro & Paulo dicat, indeq; promi (præterquã in caſibus hic excepto) prohibet.

Hi caſus ad alios etiam maiorem rationẽ habentes extẽdi nequeũt, vt mox hic infra declaratur.

Idq; ſe ſeruaturum iureiurando vouet, & eius Succeſſores dictum iuramẽtum ligare declarat.

uinctos

Digitized by Google

uinctos eſſe norint. Tum boni publici cauſa, quod ſummo ſtudio procurare debent; tum Pontificalis muneris religione, qua obſtrictos non modo non reſcindere, ſed inuiolatè obſeruare oportet, quæ a prædeceſſoribus vtiliter, ſanctèque conſtitura eſſe vident. Tum denique diuinæ iuſtitiæ lege, ex qua intelligant ſe, prout diuinæ litteræ exemplaque ſignificanr ac patrum documenta declarant, grauiſſimas pœnas daturos eſſe, ſi rem Deo dicatam, aliter ac præſcriptum eſt, diſpenſarint. Cuius rei non minus inſigne, quàm tremendum exemplum in Machabæorum hiſtoria memoriæ traditum eſt, de impio atque audaci *Heliodoro*, qui cum pecuniam à ſacro templi Dei ærario auferre moliretur, armato quodam equite aſpectu terribili ſubitò diuinitus apparente, equi calcibus impetitus, à duobus quoque iuuenibus, Dei item iuſſu apparentibus flagellis verberatus, ac plagis grauiſſimis affectus eſt. At verò nos religioſa eorum conſcientia, Pontificiaque charitate confiſi, non modò non dubitamus; ſed planè ſperamus fore, vt ærariũ hoc noſtrum, quod noſtra Pontificali ſolicitudine partum, ac Deo dicatum ad neceſſarios præſcriptos caſus reſeruauimus, ita diligentiſſimè reſeruent, vt nos maximè facturos eſſe profeſſi ſumus, ac profitemur. Si verò alij caſus aliquando inciderint, qui etiam maiorem ex ærario promendę pecuniæ rationem haberent: nolumus tamen, quod de his certis caſibus conſtituimus, & præſcripſimus vllo vnquam tempore, nec etiam dum ſedes Apoſtolica per obitum Romani Pontificis vacauerit, ad illos qui maioris rationis vim habere viderentur, extenſionem fieri, aut vllo modo de illis interpretari licere. Sed noſtram hanc ordinationem, conſtitutionemve ad litteram intelligi debere decernimus. Nam ſucceſſoribus noſtris æquè, ac nobis etiam ſi qui alij caſus inciderint, in quibus magnæ etiam impenſæ inſumendæ aliquando erunt pecuniæ, opes aliundè non deerunt, quibus conſeruata hac in hoc à nobis conſtituto & ſancito ærario ſumma, occurri neceſſitatibus incidentibus poterit. Etenim ſi à nobis, qui in hoc ipſo Põtificatus noſtri ingreſſu multis difficultatibus oppreſſi, ad ſubleuandam Annonæ inopiam, ad exules facinoroſoſque homines publicæ quietis perturbatores coercendos, atque ob Baſilicas religioſiſſimas, & toto Terrarum Orbe celeberrimas reficiendas, atque inſtaurandas, cultumque diuinum in hac Alma Vrbe, quæ Chriſtianæ religionis ſedes eſt & domicilium, nouis etiam ſacris ædificijs, atque ornamentis amplificandum, tum etiam ob ſalubris & copioſæ aquæ ad loca Vrbis accliuia; quæ illa maximè indigent operoſam deductionem, aliaſque grauiſſimas ob cauſas multiplices, & maximas impenſas ſubire coacti ſumus, ærarij huius pecunia, noſtra ſedulitate & diligentia repoſita, & ad certos præſcriptos caſus reſeruata non eſſet, ſed in varios alios vſus à nobis pro iuſto arbitratu noſtro erogaretur; nullus quidem locus iuſtę aduerſus nos querelæ ſucceſſoribus noſtris relinqueretur, & nihilominus, pro neceſſitatibus etiam quæ de repentè inciderent, ſumptus ſubire, & eis prouidere cogerentur. Propterea ijs durum videri nullo modo debet, ſi conſeruata ærarij prędicti ſumma, quæ faciliorem ad alios nummos ſibi comparandos viam munit, aliundè pecuniam ſumere debeant, quàm in ſumptus, pro temporum varietate neceſſarios erogent. Imò verò illud rationi valde conſentaneum eſt, vt quam inde pecunię partem in præſcripris illis caſibus ſumpſerint, eam integram cum primum ſumptus in ijs faciendi occaſio ceſſauerit, planè in ipſum ætarium vnde acceperunt, reſtituant ac reponant. Et vero, vt ob cauſas tantum ſupra planè præſcriptas, ex eodem ęrario pecunia iuſtè, legitimeq; ſumatur, ad illius cuſtodiam ſex claues adhiberi iubemus, quarum tres Cardinalibus, irem tribus, qui ordinum capita dicuntur, quique in Romana Curia prę ſentes adſint, illis verò abſentibus, tribus alijs, qui in eiſdem ordinibus eis proximi erunt, eorumq; locum eo tempore geſſerinr, ſigillatim aſſignentur, quarta S. R. E. Camerario, quinta Decano Clericorum Cam. Apoſt. à quo illam aliàs tradi non liceat, niſi pręſentibus, & conſentientibus eiuſdem Camerę Clericis duobus, ſexta denique Theſaurario generali. Claues verò duę portarum ęrarij huius ſic a nobis conſtituti, altera Collegij Cardinalium Decano, eoque abſente Antiquiori in ordine Cardinali in Vrbe exiſtenti, altera noſtro, & pro tempore exiſtenti Romani Pontificis Theſautario ſecreto aſſeruandę tradantur, qui omnes iurabunt ſe neque claues daturos, neque extractioni pręfatę pecunię conſenſuros, niſi in caſibus ſupraſcriptis, & tunc niſi conſenſu duarum partium Cardi-

Exemplũ quoque eiuſd. proponit impij Heliodori, qui pẽcuniam ab ærario Tẽpli Dei auferre moliẽs Dei iuſſu, acriter percuſſus, & verberatus fuit.

Hoc exempl. habes Mach. 2. cap. 3.

Caſus hic præſcriptos, ad alios etiam maioris rationis vim habentes, non extẽdi, ſed ad litteram intelligi debere decernit, ex cauſis hic expreſſis.

Claues ſex ad cuſtodiã dictæ pecuniæ inſtitutas, ſex perſõis hic nominatis aſsignat, præſtito iuramẽto de obſeruã. præmiſſis ſub pęna excommunicationis.

Cardinalium, vt ſupra interueniente. Volumus inſuper eiuſdem Caſtri ſancti Angeli nunc, & pro tempore Pręfecto iuramentum deferri, atq; ad illud præſtandum in manibus Sanctæ Romanę Eccleſiæ Camerarij teneri, ſe non permiſſurum quauis iuſſione, & quibuſuis clauſulis munita, non obſtante, ex ęrario per nos conſtituto aliquam pecuniarum quantitatem auferri, niſi forma per nos tradita obſeruata. Si verò contra hoc iuramentum fecerint, pecuniæq; ex ęrario partem aliquam, vel minimam contra huius ordinationis, conſtitutioniſq; noſtrę pręſcriptum ſumi, promi, detrahiq; permiſerint, anathematis pœnam ipſo facto ſubeant. Id quoq; ſtatuimus, & ſancimus, vt omnes & ſinguli, tam ſeculares quauis dignitate, etiam Ducali, aut Regia fulgentes, quàm Eccleſiaſtici, cuiuſuis ordinis, & dignitatis, etiam Epiſcopi, vel Archiepiſcopi, vel Cardinales, qui de pecunijs ex eodem ęrario, pręter caſus & formam ſupra præſcriptos, ſumendis, amouendiſve tractarint, conſuluerint, inſinuarint, ſuaſerint, aut ſuadere tentarint, eo ipſo ſententiam excommunicationis incurrant, à qua niſi ab ipſo Pontifice, præterquam in mortis articulo, abſolui nequeant; ac pręterea Sanctę Romanæ Eccleſię ſediſq; Apoſtolicæ ijdem rebelles, leſæq; Maieſtatis rei eſſe cenſeantur, omnibuſq; Eccleſijs, Monaſterijs, & alijs per eos quomodolibet obtentis eccleſiaſticis beneficiis eo ipſo priuati, cum ad illa, tum ad alia in poſterum obtinenda inhabiles exiſtant. Quòd ſi aliquando eos reintegrari contigerit, nihilominus infames etiam remaneant, nec verò vnquam ijs ad honores gradus, dignitateſque impoſterum aditus pateſiat. Volumus autem quòd ſicut omnes, & ſinguli Cardinales præſentes Conſtitutionem huiuſmodi quantum in eis erit obſeruare, illique non contrauenire, nec Pontificibus contrafacientibus conſentire, aut abſolutionem à iuramento præſtito non petere, nec oblatam, aut conceſſam acceptare, in Conſiſtorio noſtro ſecreto promiſerunt, & iurarunt, idem per abſentes Cardinales à Conſiſtorio in habitatione eorum, & à Romana Curia, vt quandocunque ad eandem Curiam ſe contulerint, ac per futuros pro tempore Cardinales in aſſumptione pilei promitti, & iurari debeat, ac promiſſionem & iuramentum huiuſmodi in formula iuramenti, per eoſdem Cardinales præſtari ſoliti, adiungi, & inſcribi debere; ac contrafacientes pœnam periurij, & perpetuæ infamiæ iuris & facti eo ipſo incurrere decernimus. Præterea quod ipſi Cardinales occurrente Apoſtolicæ ſedis vacatione in Conclaui, quando de obſeruando fel. rec. prædeceſſorum noſtrorum Iulij ij. litteris ſuper electione Romani Pontificis, & Pij V. ne Ciuitates, & loca Sanctæ Romanę Eccleſię infeudentur, & alijs conſtitutionibus iuramentum præſtare ſolent, etiam de inuiolabiliter pręſenti conſtitutione noſtra per quemlibet eorum, qui in Romanum Pontificem electus fuerit, & poſtmodum idem ad ſummi Pontificatus faſtigium aſſumptus; poſt eius aſſumptionem hoc ipſum promittere, ac iurare, & deinde poſt coronationem ſuam, promiſſionem & iuramentum huiuſmodi per litteras ſuas ſpeciales harum confirmatorias reiterari debeat, Quòd ſi illud à Pontifice, quod credendum non eſt, recuſabitur, aut differetur, tunc dicti Cardinales in primo Conſiſtorio ſecreto, & præcipuè eorum Decanus, & Capita ordinum apud eum omni cum inſtantia, & inſtantiſſimè pro præſentium obſeruatione petere, & rogare, ac obteſtari non ceſſent. Quod ſi ſemel atque iterum enixè rogatus eiuſmodi iuramentum præſtare, diutius etiam diſtulerit; tunc demum omnes, ſinguloſque Cardinales ea lege adſtringimus, vt in ſingulos annos quinquies in die, ſcilicet Natali Domini, in Paſcha Reſurrectionis, in feſto ſolemni ſancti Petri, die præterea Anniuerſario Creationis, & Coronationis ipſum Pontificem inſtanter, inſtantiùs, atque inſtantiſſimè rogent, orent, obſecrent, atque obteſtentur, vt de ſancito hoc ęrario, quod Deo obtulimus, & dicauimus ad præſcriptum cuſtodiendo, ſeruandoque ſanctè iuret; idque vt omnino efficiat tandiu quoad planè effecerit diligentiſſimè curare ſtudeant, ſtatuimus, & ordinamus. Has verò noſtras litteras in libellum redigi, & poſt prædictas Iulij II. & Pij V. litteras, quæ in ipſo Conclaui legi ſolent, alijſque conſtitutionibus Apoſtolicis adiungi, & in quinterno etiam Cancellarię Apoſtolicę vnà cum alijs conſtitutionibus noſtris deſcribi, & in valuis Baſilicę beati Petri Principis Apoſtolorum, & in Cancellaria noſtra Apoſtolica, ac in acie Campi Florę publicari, earumque tranſumptis, & exemplis etiam impreſſis, manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius Prælati, ſeu perſonæ in dignitate Eccleſia-

Præfectũ Caſtri S. Angeli iuramentũ dari præcipit circa præmiſſorũ obſeruationẽ, ſub ead. pœna excommunicationis.

Contrauenientibus quibuſcumque, circa amotionem dictarũ pecuniarum, pœnas hic deſcriptas infligit.

Cardinales abſentes in eorũ acceſſu ad Curiam, & Card. futuros in aſſumptione pilei, præmiſſa obſeruaturos iurare, recipit, prout Cardinales præſentes etiam iurarũt, vt hic in fi.

In conclaui etiam Cardinales & Pontifices poſt coronationẽ, idem iurare debere decernit, &c.

Hancq; conſtitutionẽ in Cõclaui legi, & in quinternũ Cancellariæ deſcribi iubet.

cleſiaſtica conſtitutæ munitis, eandem fidem vbique haberi in judicio & extra, quæ pręſentibus haberetur, volumus, & iubemus. Si quis autem fortaſſe noſtrorum ſucceſſorum (id quod minimè credimus) huic noſtrę conſtitutioni omnino, aut aliqua ex parte derogare, aut contra ſtatuere voluerit, aut depromptam pecuniam, vt ſupra ſancitum eſt, in idem ęrarium non reſtituerit, admonemus poſt derogantis, aut contra ſtatuentis, contraque facientis obitum liberum eſſe ſucceſſoribus ea derogatione, & quibuſuis alijs, quę contra ſtatuta ſunt, non obſtantibus, pro pecunia contra huius Conſtitutionis pręſcriptum ſumpta, ac deprompta recuperanda aduerſus Pontificis derogantis, & contrafacientis, & Cardinalium idem conſentientium poſteros, ſeu coniunctos omnes, qui ab ipſo Pontifice, aut Cardinalibus bona quouis titulo, vel quauis ratione obuenerint, agere, & poſſeſſionem bonorum, quæ ad ipſos poſteros peruenerint adipiſci, retinerique, donec quicquid pecuniæ depromptum eſt, id omne in ærarium referatur, & reſtituatur; eaque ipſa bona, ſi quo modo, vt ſupra dictum eſt, à forma per nos conſtituta recedi contigerit, huiuſmodi obligationi, atque oneri obnoxia, & addicta eſſe voluimus, ſingulis, quæ his noſtris litteris aduerſari poſſent, vel quoquomodo obeſſe, penitus remotis, ac non obſtantibus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conſtitutionis, collocationis, repoſitionis, aſſeruationis, aſſignationis, oblationis, dicationis, abdicationis, promiſſionis, iuramenti, voti, profeſſionis, ſanctionis, adſtrictionum, decretorum, ſtatutorum, ordinationis, iuſſionum, admonitionis, & voluntatum infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Et ſi ſucceſſores cõtrauenerint, decernit poſt eius obitum, licere ſucceſſoribus pro recuperatione harũ pecuniarum, agere contra Pontificis contrauenientis, & Cardinalium cõſentientiũ coniunctos qui a Pont. & Card. bona quoquomodo obtinuerunt.

Datum Romæ, Apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſexto, vndecimo Calen. Maij, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

✠ Ego Sixtus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus promitto, voueo, & iuro.

Cardinalium ſubſcriptio, & iuramentum.

✠ Ego Alex. Cardinalis Farneſius Epiſcopus Oſtien. Vicecancellarius promitto, voueo, & iuro.
✠ Ego Iacobus Cardinalis Sabellus, Epiſcopus Portuen. promitto, voueo, & iuro.
✠ Ego Ioannes Antonius Cardinalis ſancti Georgij, Epiſcopus Tuſculanus promitto, voueo, & iuro.
✠ Ego I. Franciſcus Cardinalis de Gambara, Epiſcopus Pręneſtin. promitto, voueo, & iuro.
✠
✠
✠ Ego M. S. Cardinalis ab Altaemps promitto, voueo, & iuro.
✠ Ego Inicus Aualus Cardinalis de Aragonia promitto, voueo, & iuro.
✠ Ego Marcus Antonius Cardinalis Columna promitto, iuro, & voueo.
✠
✠ Ego P. Cardinalis Sanctacrucius promitto, voueo, & iuro.
✠
✠ Frater Michael Bonellus Cardinalis Alexandrinus promitto, voueo, & iuro.
✠ Ego Ludouicus Cardinalis Madrucius promitto, voueo, & iuro.
✠ Ego N. Cardinalis Senonenſis promitto, voueo, & iuro.
✠ Iulius Antonius Cardinalis Sanctę Seuerinę promitto, voueo, & iuro,
✠ P. Cardinalis Cęſius promitto, voueo, & iuro.
✠
✠ Ego Hieronymus Cardinalis Ruſticucius promitto, voueo, & iuro.
✠ Ego Ioannes Hieronymus Cardinalis Albanus promitto, voueo, & iuro.

✠ Ego

✠ Ego Philippus Boncompagnus Cardinalis ſancti Sixti, promitto, voueo, & iuro.
✠ Ego Hieronymus Cardinalis Simoncellus promitto, iuro, & voueo.
✠
✠ Ego P. Cardinalis Deza promitto, voueo, & iuro.
✠
✠
✠ Ego Antonius Cardinalis Caraſa promitto, voueo, & iuro.
✠ Ego Ioannes Antonius Cardinalis Sanctorum Quattuor promitto, voueo, & iuro.
✠ Ego Ioannes Baptiſta Cardinalis Sancti Marcelli promitto, voueo, & iuro.
✠
✠
✠
✠
✠
✠
✠
✠
✠ Ego Vincentius Cardinalis Montis Regalis promitto, voueo, & iuro.
✠
✠
✠
✠ Ego S. Cardinalis Lancelottus promitto, voueo, & iuro.
✠ Ego Vincentius Cardinalis Gonzaga promitto, voueo, & iuro.
✠ Ego Henricus Cardinalis Caietanus promitto, voueo, & iuro.
✠
✠ Ego Ioannes Baptiſta Cardinalis Caſtrucius promitto, voueo, & iuro.
✠ Ego Federicus Cardinalis Cornelius promitto, voueo, & iuro.
✠
✠ Ego Dominicus Cardinalis Pinellus promitto, voueo, & iuro.
✠ Ego Decius Cardinalis Azzolinus promitto, voueo, ac iuro.
✠ Ego Hippolytus Cardinalis Aldobrandinus promitto voueo, & iuro.
✠
✠ Ego Ferdinandus Cardinalis de Medicis promitto, voueo, & iuro.
✠ Ego Philippus Vaſtauillanus promitto, voueo & iuro.
✠
✠
✠ Ego Franciſcus Cardinalis Sfortia promitto, iuro, & voueo.
✠
✠ Ego A. Cardinalis Montaltus promitto, iuro, & voueo.

Thomas Thomaſius Gualterutius.

Anno à Natiuitate Domini, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſexto, Indictione decima quarta, die vero tertia Menſis Maij, Pontificatus ſanctiſsimi in Chriſto patris, & Domini Noſtri Domini Sixti, diuina prouidentia Papæ Quinti, Anno eius ſecundo, Retroſcriptæ litteræ Apoſtolicæ affixæ, lectæ, & publicatæ fuerunt in valuis, ſeu portis Sancti Ioannis Lateranenſis, & Sancti Petri Principis Apoſtolorum de Vrbe, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ, & aciei Campi Floræ, & per aliquod temporis ſpatium dimiſſæ per nos Claudium Mongeat, & Nicolaum Taglietum, Sanctiſsimi Domini Noſtri Papæ Curſores. Publicatio.

Alexander Parabiacus Magiſter Curſorum.

Digitized by Google

XXXIIII.

Lauretani Oppidi ex Prouincia Marchiæ, in Ciuitatem ſublimatio, eiuſq; Collegiatæ Eccleſiæ in Cathedralem, & Epiſcopalem Eccleſiam erectio.

Summi Pontificis auctoritas Epiſcopales Eccleſias inſtituẽdi, & cauſæ huius inſtitutionis.

SIXTVS Epiſcopus Seruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. PRO excellenti præeminentia Sedis Apoſtolicæ, in qua poſt beatum Petrum Apoſtolorum Principem, quamuis imparibus meritis, pari tamen auctoritate, conſtituti ſumus, in exiguę militantis Eccleſiæ agro, nouas Epiſcopales ſedes, Eccleſiaſque plantare dignum arbitramur, vt per huiuſmodi nouam plantationem, popularis augeatur deuotio, diuinus cultus effloreat, & animarum ſalus ſubſequatur, ac humilia loca dignioribus titulis, & condignis fauoribus illuſtrentur, necnon propagatione nouæ ſedis honoratique Præſulis aſſiſtentia & regimine, cum Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, & orthodoxæ fidei profectu & exaltatione, Populi ipſi, propoſitum eis æternę felicitatis præmium facilius valeant adipſci.

Lauretanæ Eccleſiæ laudes.

Conſiderantes itaque Oppidum Lauretanum in Prouincia Piceni ſitum nullius diœceſis, ſedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectum, in toto orbe celeberrimum, & in eo vnam inſignem collegiatam Eccleſiam ſub inuocatione Beatæ Mariæ Virginis Dei Matris fundatam excellere, in cuius medio ineſt illud ſacrum cubiculum diuinis myſterijs conſecratum, in quo Virgo Maria nata fuit, & ibidem ipſa ab Angelo ſalutata, Saluatorem Mundi de Spirituſancto concepit, miniſterio Angelorum illuc tranſlatum, & ad dictam Eccleſiam ob miracula quę in dies omnipotẽs Dominus, interceſſione, & meritis euſdẽ Beatæ Mariæ Virginis in eodem cubiculo operari dignatur, Chriſtifideles ex omnibus mundi regionibus, deuotionis & peregrinationis cauſa confluere. Et propterea cupientes oppidum, & Eccleſiam huiuſmodi dignioribus titulis & nominibus decorare, habita ſuper hoc cum Fratribus noſtris deliberatione matura, de eorum conſilio & aſſenſu, ac Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ad eiuſdem Omnipotentis Dei laudẽ & gloriam, & ipſius Beatæ Mariæ Virginis honorem, necnon Chriſtifidelium deuotionis augmentum,

Lauretani oppidi in Ciuitatẽ ſublimatio eiuſq; Eccleſię in Cathedralẽ, & Epiſcop. Eccleſiã erectio.

Oppidum in Ciuitatem Lauretanam nuncupandam, Eccleſiam verò huiuſmodi in Cathedralem, ſub eadem inuocatione, pro vno Epiſcopo Lauretano nuncupando, qui iuriſdictionem epiſcopalem habeat, & exerceat in ſpiritualibus, cum menſa Epiſcopali, arca, ſigillo, alijſque inſignibus & honoribus & priuilegijs, quibus alij Epiſcopi de iure, vel conſuetudine, aut aliàs quomodolibet in eiſdem ſpiritualibus vtuntur, potiuntur & gaudent, ac vti potiri & gaudere quomodolibet poſſunt, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuò erigimus, & inſtituimus; illaſque ſic erectas, necnon Epiſcopum Lauretanum pro tempore exiſtentem, ac ipſius Eccleſiæ Capitulum, dictæ ſedi immediatè, perpetuò etiam ſubijcimus, & ſub protectione Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ſuſcipimus. Necnon cum nuperrimè vnionem olim de Eccleſia Racanaten. & Eccleſia Maceraten. eadem auctoritate perpetuò factam, de conſilio, & poteſtatis plenitudine ſimilibus diſſoluerimus, & venerabilem Fratrem noſtrum Galeatiũ Epiſcopum Maceraten. à vinculo quo dictę Eccleſiæ Racanaten. cui tunc ratione vnionis huiuſmodi præerat, tenebatur, abſoluerimus, ac in dicta Eccleſia Racanaten. nomen & titulum Cathedralis, necnon ſedem, dignitatẽ, & menſam Epiſcopales ſuppreſſerimus, ipſamque Eccleſiam Racanaten. in collegiatam reduxerimus, ciuitatem tamen Racanaten. titulum, & denominationem ciuitatis propterea non amiſiſſe, ita vt illius inhabitatores, ciues denominari, & priuilegijs ciuium vti poſſent, decernendo Caſtrum Ficardi ab Anconitan. & Sanctæ Mariæ in Caſciano ab Auximan. ac Mõtis Luponi oppida, à Firman. diœceſibus, quibus in ſpiritualibus ſubiecta ſunt, auctoritate, & tenore pręmiſſis, ſimiliter perpetuò diſmembramus, diuidimus, & ſeparamus, illaque ſic diſmembrata, & ſeparata, ac eorum incolas, & habitatores ab omni iuriſdictione, & poteſtate, & ſubiectione Anconitan. & Auximan. ac Firman. Epiſcoporum pro tempore exiſtentium, necnon ſolutione decimarum eiſdem Epiſcopis

per

per eos debitarum, ex tunc decętero facięda, itidem perpetuò eximimus, & liberamus: necnon ipſa, ac ciuitatem Racanaten. prędictam illiuſque, & Caſtri ficardi, ac oppidorum prædictorum territoria, pro diœceſi dicti Epiſcopi Lauretani; illos vero, necnon Ciuitatis Lauretanæ Eccleſiaſticas perſonas, pro clero, & habitatores pro populo, auctoritate, & tenore præmiſſis ſimiliter perpetuò concedimus, & aſſignamus.

Diœceſis deſignatio.

Ac pro Epiſcopi Lauretani pro tempore exiſtentis dote, quam ſummam duorum millium ſcutorum dictæ Prouinciæ conſtituere debere declaramus, omnia & ſingula fructus, redditus, & prouentus, iura, obuentiones, & emolumenta in quibuſuis rebus, & actionibus & vbiq; locorum conſiſtentia, & prouenientia, & ad quamuis ſummam aſcendentia dictæ menſæ Epiſcopalis Racanaten. ſic ſuppreſſæ & extinctæ, & quæ ad illam quomodolibet ſpectant, & pertinent, ac ante illius ſuppreſſionem, & extinctionem huiuſmodi quouis iure ſpectabant, & pertinebant, ſpectareq;, pertinere poterant, necnon Caſtri Ficardi, & oppidorum territoriorum huiuſmodi decimas, Anconitan. Auximan. & Firman. Epiſcopis ſolui ſolitas, reſiduum verò dictorum duorum millium ſcutorum pro dote dictæ Eccleſiæ Lauretanę conſtitutorum huiuſmodi, ex tot prædijs, & poſſeſſionibus dictæ domus Lauretanę per dilectum filium noſtrum Philippum Sancti Angeli in foro piſcium diaconum Cardinalem Vaſtauillanum nuncupatum, dictæ Domus Protectorem eius arbitrio declarandis, & aſſignandis, etiam perpetuò concedimus, & aſſignamus.

Dotis duorum millium ſcutorum pro Lauretano Epiſcopo aſſignatio.

Necnon in dicta Eccleſia Lauretana, in qua vnus Archipresbyteratus qui ante erectionem huiuſmodi inibi principalis exiſtebat, pro vno Archipresbytero, ac vna Præpoſitura pro vno Præpoſito, ac vnus Decanatus dignitates, pro vno Decano, necnon duodecim Canonicatus, & totidem Prębendæ pro duodecim Canonicis, ac etiam duodecim Beneficiatis, & totidem clericatus, nuncupata perpetua ſimplicia beneficia, pro totidem perſonis eidem Eccleſiæ Lauretanæ deſeruientibus erecta, & fundata exiſtunt, vnum Archidiaconatum, qui inibi dignitas maior poſt Pontificalem Eccleſ. pro vno Archidiacono, qui in choro, & capitulo ipſius Eccleſiæ Lauretanę, ac proceſſionibus alijsq; actibus capitularibus primum locum, ac primam vocem, ante obtinentes alias dignitates prędictas habeat, auctoritate & tenore pręmiſſis etiam perpetuò erigimus, & inſtituimus. Ac præpoſiturę in Primiceriatum, pro vno Primicerio, Decanatus verò dignitatum huiuſmodi denominationes, in Theſaurariam pro vno Theſaurario commutamus, necnon Archipresbyteratum ſecundam pro vno Archipresbytero qui ſecundum, & primiceriatum tertiam pro vno primicerio qui tertium, ac Theſaurariam quartam inibi dignitates pro vno Theſaurario qui quartum locum in Choro, capitulo, proceſſionibus, & actibus prędictis, aut Canonicos prędictos habeant, necnon Canonicatus, & præbendas, cæteraque beneficia prædicta aliàs iuxta collationes, & prouiſiones de illis eorum poſſeſſoribus factas, pro Capitulo eiuſdem Eccleſiæ Lauretanæ remanere declaramus.

Dignitatum, eiuſdem Eccleſiæ diſtinctio.

Ac inſuper motu proprio non ad alicuius deſuper nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate Familiæ noſtrę de Perettis de Monte Alto ius patronatus, & pręſentandi perſonam idoneam ad Archipresbyteratum prædictum quoties illum per obitum, aut reſignationem, vel aliàs quouis modo, etiam apud ſedem prędictam vacare contigerit, Epiſcopo Lauretano pro tempore exiſtenti, per eum ad pręſentationem huiuſmodi inſtituendam, auctoritate, & tenore prędictis pariter perpetuò reſeruamus, concedimus, & aſſignamus.

Iuris patronatus ad præſentandum Archipresbyterū reſeruatio pro huius Sāctiſſimi Pont. Familia Peretta.

Non obſtantibus noſtra de non tollendo iure quæſito, ac quibuſuis alijs conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon Lauretan. Racanaten. Maceraten. Auximan. Anconitan. & Firman. Eccleſiarum prędictarum, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis, illis earumque Præſulibus capitulis, & perſonis, ſub quibuſcumq; tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis derogatoriarum derogatorijs, alijſq; efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & alijs decretis, etiam motu ſimili, & conſiſtorialiter, ac aliàs in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innouatis: quibus omnibus, etiam ſi pro ſufficienti illorum derogatione, de illis eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo, ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quauis

Clauſulæ derogatoriæ.

alia

alia expreſsio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi, ac ſi ad verbum infererentur, pręſentibus pro expreſsis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſsè, cæteriſque quibuſcumq; motu ſimili derogamus. Nulli &c. noſtrarũ erectionum, inſtitutionum, ſubiectionis, ſuſceptionis, diſmembrationis, diuiſionis, ſeparationis, exemptionis, liberationis, conceſsionum, aſsignationum, declarationum, reſeruationis, & derogationis infringere, &c. ſiquis, &c.

Datum Romæ Apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicę, 1585. xvj. Kal. Aprilis. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Pro Reuerendiſs. D. meo Summatore A. Iuſtus.

A. de Alexijs.



Conſtitutiones Anni Primi ſunt nu. 34.

LAVRE-

LAVRETANORVM MILITVM COLLEGII ERECTIO

gratiarumq; & Priuilegiorum conceſſio.

SIXTVS Epiſcopus Seruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriã. POSTQVAM diuina clementia humilitatem noſtrám ad ſummum extulit apicem Apoſtolatus, infirmitatem nos agnoſcentes humanam, & curarum ſolicitudini noſtræ incumbentium cumulum intuentes, ad Deum Omnipotentem mentis oculos eleuauimus, miſericordiam ſuam humiliter implorantes, vt qui tanti fuiſſet oneris auctor, fore non dedignaretur adminiſtrationis adiutor, ac ne ſub ponderis magnitudine ſuccumberemus, virtutem largiretur inualidis qui contulit dignitatem. Etenim non de nobis, ſed de illo præſumimus, qui operatur in nobis DEI filius CHRISTVS IESVS, cuius glorioſæ Genitricis perpetuæ interceſſioni ferimus acceptum, quòd memor Dominus nobis benedixerit copioſius, quippe quæ ab incunabulis ipſis noſtra apud miſericordem filium Aduocata perſiſtens, per innumera demum diuinæ bonitatis beneficia ad oſtendendas cœleſtis gratię diuitias, vniuerſalis Eccleſiæ gubernaculis nos voluit præſidere. In honorem igitur eiuſdem Deiparæ plurimum exultantes, ad ſacroſanctam domum Lauretanam, agri noſtri Piceni decus, in qua Spiritu-ſancto fœcundata, Dominum noſtrum hæc infima ingreſſum, nobis peperit Saluatorem, quoad poſſumus exornandam, aciem direximus conſiderationis noſtræ. Hinc Domum prædictam, quam innumeris coruſcare miraculis, terrarum orbis miratur vniuerſus, dignitate decorauimus Epiſcopali, & ex Collegiata ereximus in Cathedralem, hinc altiſſimo pſallentium numero ampliato, proprium inibi paſtorem inſtituimus animarum, hinc denique in Ciuitatem ſublimauimus Oppidum Lauretanum. Porrò eandem Domum peramplius ornare cupientes, ſimul & animaduertentes piæ memoriæ Paulum Papam Tertium, prædeceſſorem noſtrum, certum Collegium Militum Lauretanorum, qui prouinciæ noſtræ Marchiæ Anconitan. præcipuè verò loci Lauretan. antedicti littora cuſtodirent, olim inſtituiſſe. Poſtmodum verò fel. rec. Gregorium Papam xiij. etiã prædeceſſorem noſtrum, Collegium huiuſmodi extinxiſſe, prout in diuerſis prædeceſſorum prædictorum litteris deſuper confectis plenius continetur. Nos Domum præfatam abundantius ornatam eſſe volentes, habita ſuper his cum venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus in Conſiſtorio noſtro ſecreto, deliberatione matura, de eorundem fratrum conſilio & vnanimi aſſenſu, Motuproprio, non ad alicuius inſtantiam, ſed ex certa noſtra ſcientia, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, vnum Collegium ducẽtorum virorum Militum Lauretan. participantium nuncupandorum, & per nos nominandorum, ad omnipotentis Dei laudem & honorem, eiuſdem Virginis glorioſæ, auctoritate Apoſtolica perpetuò erigimus, & inſtituimus. Decernentes officia Militum Lauretanorum huiuſmodi ad trienniũ à data præſentium computandum, per obitum illa obtinentium, non vacare, ſed ad hæredes eorum ſic decedentium tranſire, & poſt dictum triennium ad inſtar aliorum officiorum Romanæ Curiæ vacabilia exiſtere: Necnon prædictos Milites Lauretanos, veros & indubitatos familiares continuos commenſales noſtros, & Romani Pontificis pro tempore exiſtentis fore, ac in quibuſcunq; Apoſtolicis, & alijs litteris, ſcripturis, & actibus publicis & priuatis ſe tales ſcribere & nominare, ac ab alijs nominari debere: Nec nõ eo ipſo quòd ad officium Militis huiuſmodi admiſſi fuerint, eos & cuiuſlibet eorum filium primogenitum natum, vel naſciturum, nobiles, ac Aulæ Lateranen. Comites, illoſque ex eiſdem Militibus, qui clerici in dictæ ſedis Notarios, qui verò laici fuerint, in Auratæ militiæ Milites. Ita quòd etiam ſi Milites Lauretani participantes eſſe deſierint, nihilominus Comites Aulæ Lateranen. & Notarij dictæ ſedis, ac Milites Aurati reſpectiuè, ſine tamen præiudicio participantium, etiam cum dicto filio primogenito eſſe non deſinant,

Sanctiſſ. Pontifex iſte agnoſcit, quod Omnipotẽs Deus, ad preces etiã ei' Matris Mariæ Virginis, ipſum Vniuerſali Eccleſiæ ſuæ præpoſuit.

In honorem igitur Deiparę Virginis, collegiatã Eccleſiam Lauretanã in agro Piceno, i Cathedralem & Epiſc. erexit, & Oppidum Lauretanum, in Ciuitatẽ ſublimauit, vt ſup. in cõſ. præced.

Collegiũ 200. Militum Lauretanorum ad Dei, & Deiparæ Virg. laudẽ nunc erigit, & eorum officia per triennium tantum non vacare decernit.

Familiareſq; & Sedis Apoſt. Notarios, & Comites Palatinos, ac Milites aureatos ipſos Milites Lauretanos reſpectiue creat.

ſinant, ex nunc, prout ex tu nc, & contra facimus, creamus, atque recipimus, aliorumque Nobilium, & Aulæ Lateranen. Comitum, & ſedis Notariorum, ac Militum huiuſmodi numero, & conſortio fauorabiliter aggregamus. Et inſuper cum dictis Militibus Lauretan. tam in Romana Curia, quàm extra eam reſidentibus, etiam ſi merè laici & coniugati fuerint, cum Militibus etiam clericis quaſcunque penſiones annuas ſuper fructibus, redditibus, & prouent ibus quorumcunque beneficiorum eccleſiaſticorum, vel ipſos fructus, redditus, & prouentus loco penſionum ſimilium percipientibus, etiam ſi eos pro tempore coniugatos fieri contigerit, vt illis quamdiu officium Militis huiuſmodi obtinuerint, dumtaxat quęcunque penſiones annuæ, vel fructus, redditus, & prouentus loco penſionum huiuſmodi ſummam ducentorum ducatorum auri de Camera non excedentes, quæ tranſeant ad ſucceſſores in beneficijs, & à decimis, ſubſidijs, & alijs oneribus ordinarijs & extraordinarijs, pro tempore impoſitis, liberæ ſint, etiam ſi ſine cauſa reſeruatæ ſuper Cathedralium etiam Metropolitan. & Patriarchalium Eccleſiarum, & monaſteriorum, etiam conſiſtorialium, Prioratuum, præpoſiturarum, & aliorum quorumcunque beneficiorum eccleſiaſticorum ſecularium & quorumuis ordinum regularium, cum cura & ſine cura, etiam ſi parochiales eccleſiæ vel earum perpetuæ vicariæ, canonicatus, & præbendæ, dignitates etiam maiores, & principales, perſonatus, adminiſtrationes vel officia in Cathedralibus, etiam Metropolitan. vel Collegiatis Eccleſijs, cuiuſcunque annui valoris fructus, redditus, & prouentus, qui penſio, ſeu penſiones annuæ huiuſmodi fuerint, non tamen vltra ſummam ducentorum ducatorum ſimilium in totum pro vnoquoque Milite Lauretano, etiam à Curia prædicta abſente, etiam ſi is in eadem Curia nunquam fuerit, nec ipſum ad eam venire contigerit, & quolibet officio reſeruari, conſtitui, & aſſignari poſſint. Quodq;

Penſiones ſiue fruct⁹ eccleſiaſticos duc. 200. ſuper quolibet officio dictæ Militiæ, eoſd. Milites clericos, & laicos etiam coniugatos, obtinere, & iam obtétos retinere & in alios trãsferre poſſe cõcedit. Hoc declaratũ & extenſũ fuit vt mox infra.

ipſi Milites Lauretani, vnam, vel plures penſiones, ſeu illarum loco quoſcunque fructus redditus, & prouentus menſarum Epiſcopalium, vel Archiepiſcopalium, etiam Patriarchalium, & monaſteriorum, etiam Conſiſtorialium hactenus, & pro tempore reſeruatos, habentes ſuper quibuſuis Eccleſijs, Monaſterijs, ac beneficijs prædictis, illos, etiam ſi matrimonium contraxerint, vſque ad ſummam ducentorum ducatorum huiuſmodi & non vltra, pro quolibet officio nulla compoſitione ſoluta retinere, & huiuſmodi penſiones & fructus, vſque ad ſummam & quantitatem prædictas eis reſeruatas, ſeu reſeruandas, conſequi, & habere; ac quoad vixerint, percipere, exigere, & leuare, ac in ſuos vſus & vtilitatem conuertere, abſq; alia diſpenſatione vel licentia deſuper obtinenda liberè, & licitè valeant, cum omnibus & ſingulis indultis, clauſulis, & cautelis, in ſimilibus apponi ſolitis: Ita tamen quòd laici Milites Lauretani penſiones, ac fructus prædictos percipientes, in habitu armatæ militiæ viro equiti conuenienti Nos, & Romani Pontifices, pro tempore exiſtentes, in expeditionibus Cruciatæ, & Concilijs, abſque alio ſtipendio, expenſis tamen dictæ ſedis cum vno equo, ratione dictæ penſionis ſequi debeant, diſpenſamus, eiſque ad hoc plenam & liberam licentiam & facultatem concedimus. Militibus autem Lauretanis, qui clerici fuerint, & officium huiuſmodi per biennium continuum obtinuerint, vt etiam quaſcunque penſiones annuas ſuper quibuſuis ex dictis ſæcularibus, & regularibus beneficijs, eorumque prouentibus eccleſiaſticis, ac diſtributionibus quotidianis, & fructus eccleſiaſticos loco penſionum eis hactenus & pro tempore quomodolibet aſsignatos, & conceſſos, ac aſſignandos, & concedendos, non tamen ſummam ducentorum ducatorum ſimilium nec medietatem fructuum, reddituum, & prouentuum beneficiorum huiuſmodi ſuper quibus dictæ penſiones, ſeu fructus reſeruati exiſtant, excedentes, in eadem Curia vel extra eam. etiam in mortis articulo in clericum, ſeu clericos non coniugatos, per eos eligendos, etiam quæcunque, quotcunque, & qualiacunque beneficia eccleſiaſtica & penſiones obtinentes, in totum vel in partem, etiam coram ſolis Notario & teſtibus, etiam laicis, etiam ſine conſenſu eaſdem penſiones ſoluere debentium, etiam ſi illas aliàs transferendi facultatem non habuerint, regula Cancel. de conſenſu in penſionibus requiſito pręſtando, hactenus, & pro tempore edita, ac ſtylo in ſimilibus reſeruationibus hactenus obſeruato, & pro tempore obſeruando, non obſtantibus quandocunq; transferre. Ac tranſlationes ſic factæ valeant, & debitores, eorumque ſucceſſores ad

ſol-

ſoluendum illis, in quos dictæ penſiones transferrentur, ſub excommunicationis ſentẽtia, & priuationis pęna, ac acceſſibus, ingreſſibus, regreſſibus, decretis, & alijs clauſulis in litteris priorũ penſionum, pro tempore contentis, omnino teneantur, perinde ac ſi dictę tranſlationes per nos de conſenſu debitorum, & aliorum intereſſe habentium cum prędictis, & quibuſuis alijs in litteris dictarum penſionum contentis clauſulis, quæ in ipſis tranſlationibus habeantur pro repetitis, factę fuiſſent. Ipſiſque Militibus Lauretanis etiam clericis, presbyteris, Prælatis, Epiſcopis, Archiepiſcopis, & Patriarchis, ac etiam S.R.E. Cardinalibus pro tempore exiſtentibus, vt de quibuſcunque eorum bonis mobilibus, & immobilibus per eos, tam per eccleſiam, ſeu eccleſias, aut alia beneficia eccleſiaſtica, etiam hoſpitalia, vel alia pia loca cuiuſuis etiam priuilegiati ordinis, ſeu alterius Militiæ fuerint, per eos obtenta, & obtinenda, aut aliàs quomodolibet ex ingenio & induſtria, ſeu aliàs quomodolibet acquiſitis, & acquirendis, etiam ſi iuxta fel. rec. Sixti Quarti, & Iulij Secundi, ac Leonis Decimi, aliorumque Romanorum Pontificum etiam prædeceſſorum noſtrorum, deſuper expeditas litteras, immobilia bona non poſſederint in dicta Curia, vel extra eam, teſtari, & de eis inter eorum vtriuſque ſexus liberos, & alias perſonas diſponere, teſtari, codicillari, ac etiam inter viuos erogare, concedere, & donare, ac teſtamenta, diſpoſitiones, & conceſſiones huiuſmodi, quandiu huiuſmodi officia obtinuerint liberè, & licitè fiant, & valeant, plenam, & liberam, etiam vltra facultates per præfatos prædeceſſores noſtros Curialibus in Vrbe ædificantibus conceſſas, vſq; ad ſummam quingentorum ducatorum auri de Camera pro quolibet officio, quo ad bona per eccleſiam acquiſita, quo verò ad alia ſimpliciter & vſque ad omnes eorum facultates & bona, licentiam & facultatem concedimus. Inſigniaque Collegij Militum prędictorum eſſe volumus Imaginem glorioſę Virginis Lauretan. ab vna parte alicuius pendentis aurei, & ab altera Inſignia noſtra vel ſucceſſorum noſtrorum per quos admittentur, ad pectus per quemlibet ex dictis Militibus, & non per alios geſtanda. His verò qui inſignia huiuſmodi detulerint, vt enſem, & alia arma non prohibita in dicta Vrbe, & toto ſtatu eccleſiaſtico, quibuſuis prohibitionibus & bannimentis nequaquam obſtantibus, deferre valeant, pariter indulgemus.

Teſtandiq; de bonis per Eccl. acquiſitis vſq; ad duc. 500. pro quolibet officio, & de alijs bonis vſque ad quamcumq; ſummã, diſponendi, facultatem elargitur.

Inſignia Collegij deſignat.

Ac volumus quòd Milites, qui pro tempore fuerint prædicti de eorum officijs, ſeu locis, & emolumentis, quæ cum quibuſuis alijs dictæ Curiæ officijs compatibilia exiſtant, & per quoſcunque, nedum vnum, ſed plura ſimul, vel ſucceſſiuè, etiam vltra decem obtineri valeant, diſponere, & illa in manibus noſtris, & dictorum ſucceſſorum quando ipſis Militibus placuerit, & in fauorem perſonarum per ipſos nominandarum ad inſtar aliorum officiorum dictæ Curiæ reſignare liberè, & licitè valeant, ac reſignationes huiuſmodi validæ & efficaces exiſtant, & ſuos effectus ſortiri debeant. Pro ſignatura verò conceſſionis ſingulorum officiorum huiuſmodi, per reſignationem pro tempore vacantium, vigintiquinque ducatos auri de Camera in eadem Curia Datario ſoluant. Necnõ Collegio Militum huiuſmodi, collegialia iura & inſignia, ac auctoritatem, licentiamque, ſtatuta, & ordinationes, eorum ſtatum tranquillum & proſperum concernentia, condendi, & pro tempore condita, reſtringendi, ampliandi, & quoties expedire videbitur, in totum delendi, & alia de nouo ordinandi, eaque ſub pecuniarijs eidem Collegio applicandis, & alijs etiam ſuſpenſionis à perceptione emolumentorum diſtribuendorum, arbitrio dicti Collegij pœnis, per deputandos per ipſum Collegium exigendis, obſeruari faciendi, licentiam & facultatem tribuimus, & elargimur; eiſdemq; Militibus pro tempore exiſtentibus, arma noſtra cum vel ſine cuiuſlibet eorum proprijs armis, ſi ea habuerint, liberè, & licitè ponenda, in veræ nobilitatis ſignum aſſignamus, ita quòd inſignia huiuſmodi deferendo, vel non deferendo, nobilitate prędicta non careant. Et quando nos & Romani Pontifices ſub baldachino præcedent, baldachinum huiuſmodi, deficientibus Principum oratoribus, ſeu eis ad id non ſufficientibus cum eis tamen præcedentibus, deferre liberè, & licitè valeant. Statuentes Milites Lauretanos prædictos, & eorum ſucceſſores ab omni iocalium nuncupatorum, & aliorum quorumcunque iurium in dicta Camera, ratione officiorum Militum Lauretanorum ſuorum, ipſis nunc, & pro tempore conceſſorum ſolutione, & præſtatione omnino liberos & exemptos fore & cenſeri, ac clericos ad Notariatus officium pro tempore aſ-

Officia huius Militiæ cũ alijs officijs Romanæ Curiæ cõpatibilia, & plura ſimul ab vno retineri, & quãdocumq; reſignari poſſe decernit.

Collegiũ iſtorum Militũ ſtatuta condere, & alia neceſſaria pro trãquillo eius ſtatu facere poſſe indulget.

Inſigniaq; ſiue arma propria ĩ ſignũ veræ Nobilitatis, Militibus aſsignat.

Baldachinum vna cũ Oratoribus principũ vel eis deficiẽtibus, eoſdem Milites portare concedit.

A iocalium, & aliorũ iurium in Cam. Apoſt. ſoluẽ. eximit.

re aſſumptos, ad geſtandum Notariatus habitum huiuſmodi non teneri. Cæterum cum infraſcripti Milites centum millia ſcutorum auri in auro, pro noſtris, & Romanæ Eccleſiæ neceſſitatibus ſubleuandis, & pro infraſcriptorum eis aſſignatorum prouentuum precio, ſeu recompenſa, de proprijs eorum pecunijs obtulerint in pecunia numerata, & nobis cum effectu perſoluere intendant, & æquitati conueniat eorundem Militum vitæ adiumento, & indemnitatibus taliter conſulere, quòd ex bono, & charitatiuo officio, quo in hoc erga nos, & dictam Romanam Eccleſiam, iuxta ſolutionem faciendam, vt ſupra ſunt perfuncti, nullo vnquam tempore ipſi, eorumue ſucceſſores iacturam, aut detrimentum ſuſtineant. De conſilio & aſſenſu, ac ſcientia ſupradictis, eiſdem Militibus Lauretanis, eorumque in militiæ officijs huiuſmodi ſucceſſoribus perpetuum annuum redditum octo millium ſcutorum ſimilium, eis per modernum noſtrum, ac pro tempore exiſtentem Datarium, ex quibuſuis Datariæ redditibus, prouentibus, iuribus, obuentionibus, emolumentiſque ordinarijs vel extraordinarijs, ſingulis menſibus integrè, & ſine aliqua retentione perſoluendorum, perpetuò vendimus, tradimus, concedimus, & aſſignamus. Decernentes aſſignationem huiuſmodi nullo tempore, nullaue cauſa impediri poſſe, vel debere. Et nihilominus ad abundantiorem cautelam Collegio Militum huiuſmodi omnia, & ſingula redditus, prouentus, & alia emolumenta eiuſdem Datariæ, pro annua ſumma prædicta, ſpecialiter & expreſsè obligamus, & hypothecamus. Volumuſque quòd emolumenta prædicta eidem Collegio, vt præfertur, aſſignata, à Calendis Menſis Iulij proximi futuri incipiant, & inter Milites per nos vt præfertur, nominandos, diuidantur, & in futurum continuando, iuxta eorum ordinationes diſtribuantur. Et quòd dicti Milites ad probandum ſummam centum millium ſcutorum prædictorum in neceſſariam, vel euidentem vtilitatem Eccleſiæ, & ſedis earundem conuerſam fuiſſe minimè teneantur. Ac in euentum in quem Collegium Militum Lauretanorum huiuſmodi ex aliqua ratione vel cauſa, ſeu caſu, etiam inexcogitato, in totum vel partem, per nos, vel ſucceſſores noſtros præfatos extingui, ſeu reuocari, aut ipſos Milites, quominus iura & emolumenta eis aſſignata prædicta, integrè, liberèque percipiant, quomodolibet etiam caſu fortuito, vel aliàs etiam totalem defectionem vel ceſſationem ipſorum introituum inducente impediri, ſeu diminui contigerit, etiam nos, & ſucceſſores noſtros, ac Cameram prædictos, ipſiuſq; Cameræ omnia & ſingula bona mobilia, & immobilia. Si verò Collegium Militum Lauretanorum huiuſmodi extinguatur, ſeu contra earundem tenorem præſentium confundatur, vel alteretur, ad reſtituendum ipſis Militibus ſupradictam integram centum millium ſcutorum ſummam, per eos, vt præmittitur, perſolutam pariter obligamus. Quibus nullo modo, nullaue ratione vel cauſa computari debeant, ſeu poſſint in ſortem, iura, & emolumenta per eoſdem Milites interim percepta, in toto vel in parte, ſed ipſi Milites illa tanquam iuſto & legitimo titulo, ac bona fide lucrentur, acquirant, & retineant, nec ad illa reſtituendum, vel eum forte prædicta compenſandum modo aliquo cogi, vel compelli poſſint, neque debeant: Ac præſentibus litteris, quæ veri contractus, & obligationis inter nos & ſedem præfatam, ac dictam Cameram ex vna, ac Milites ipſos ex altera partibus, legitimè initi & ſtipulati, vim & robur obtinere decernimus, per quaſcunque alias litteras & gratias, per nos, & dictos ſucceſſores noſtros deſuper emanandas, & concedendas derogari, clauſulamque cum eorum vel earum, ſeu præſentium derogatione latiſſimè extendendam, ac quòd eædem præſentes litteræ, earumque tenores pro expreſſis habeantur in quibuſuis ſupplicationibus, & contractibus, per nos & ſucceſſores noſtros, & Cameram prædictos, & alias quaſcunque perſonas, pro tempore ſignatis & initis appoſitam, nihil penitus operari, & illius vigore in litteris Apoſtolicis ſuper ipſis obligationibus conficiendis, quicquam vltra quàm in ſupplicationibus huiuſmodi ſpecificè ſit expreſſum, narrari non poſſit; ſicque per modernos, & pro tempore exiſtentes eiuſdem Curiæ Camerarium, & dictæ Cameræ Clericos, & Præſidentes, ac alios quoſcunq; Iudices & Commiſſarios, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, & præfatæ Romanæ Eccleſię Cardinales, in quibuſcunque cauſis, ſuper præmiſſis vel eorum aliquo pro tempore motis, iudicari, & diffiniri, ac ſententiari debere. Sublata eis & eorum ſingulis quauis aliter iudicandi auctoritate, & facultate, necnon

Scuta centum millia a d. Collegio recipit, pro S.R.E. neceſsitatib⁹ ſubleuandis.

Fruct⁹ annuos octo milliũ ducatorum, ſup. redditibus Datariæ eiſdẽ Militib⁹ aſsignat.

Et ĩ caſu diminutionis, ſeu impedimenti pceptionis dictorũ fructuu, ac extinctionis, ſeu confuſionis iſti⁹ Collegij, Cameræ Apoſto. bona oĩa obligat.

Clauſulæ preſeruatiuæ.

Decretum irritans.

necnon irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his, vel eorum aliquo per eos, & alios quoſcunq; quauis auctoritate, etiam per nos, & ſucceſſores noſtros præfatos, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, pariter decernimus, & declaramus. Eiſdemq; Camerario, Præſidentibus, & Clericis nunc & pro tempore exiſtentibus, ac omnibus & ſingulis alijs ad quos id quomodolibet ſpectat, & ſpectabit pro tempore, vt ſummam centum millium ſcutorum huiuſmodi gratis, ac ordinarium introitum dictæ Cameræ ponant, & deſcribant, ſcripturaſq; neceſſarias, & opportunas, ac obligationes deſuper conficiant. Contractumq; per nos ſic celebratum, & bonam fidem noſtram recognoſcentes & ſequentes, faciant eiſdẽ Militibus ſuper præmiſſis, & eorum inuiolabili obſeruatione quodcumq; publicum inſtrumentum obligationum bonorum Romanę Eccleſiæ, & Cameræ prędictarum; ac ipſorum Militum Lauretanorum requiſitionẽ, prout etiam nos facimus per præſentes. Et in aliquem ex dictis euentibus abſq; alterius declarationis, ſeu mandati expectatione de præmiſſis debitam & integram eis ſatisfactionem impendant, pręcipimus, & mandamus. Volumusq; quòd Generalis Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ præfatæ Auditor, ac vniuerſi & ſinguli alij moderni, & pro tempore exiſtentes Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Priores, & alij in dignitate eccleſiaſtica conſtituti, in dicta Curia, & extra eam reſidentes, ac per Collegium Militum Lauretanorum huiuſmodi eligendi, & eorum ſinguli per ſe, vel alium, ſeu alios, auctoritate noſtra dictis Militibus in pręmiſſis efficacis aſſiſtant præſidio defenſionis, faciantq; eos & illorum ſingulos, eorumq; filios, quoties pro ipſorum parte ſuper hoc fuerint requiſiti, omnibus & ſingulis prædictis pacificè frui, & gaudere. Non permittentes eos per quoſcunque deſuper quomodolibet indebitè moleſtari, inquietari, aut impediri. Contradictores quoſlibet & rebelles cuiuſcumq; ſtatus, gradus, ordinis, dignitatis, vel præeminentiæ fuerint, per eaſdem cenſuras eccleſiaſticas, & pecuniarias pœnas, aliaq; iuris, & facti quæuis opportuna remedia, appellatione omnino poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtantibus Lateranen. Concilij nouiſſimè celebrati, tam ſuper habitu, per noſtros & dictæ ſedis Notarios, ſub pęnis inibi expreſſis geſtãdo, quàm bonis Eccleſiæ Romanæ, & ſedis earundem non alienandis, ac etiam ſanctæ memoriæ Symmachi, Non liceat Papę, & Innocentij Papę Tertij; Volentes incipientibus, ac Pauli Secundi, necnon Pij Quarti, & Gregorij xiij. prædicti, ac aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, aliiſq; noſtris, & Cancellariæ huiuſmodi pro tempore editis generalibus, & ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon priuilegijs, indultis, & litteris Apoſtolicis, quibuſuis ſedis, & Cameræ huiuſmodi officialium Collegijs, eorumq; perſonis per nos, vel quoſcunque prędeceſſores noſtros, etiam vim contractus, etiam Motu & ſcientia ſimilibus, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſq; fortioribus, efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & alijs declarationibus, & decretis, etiam talibus quòd illis nullatenus, vel niſi de eorum quorum intereſt expreſſo conſenſu, & dictorum fratrum noſtrorum conſilio, etiam conſiſtorialiter habito, alijſq; modis & formis ibi traditis, vſquequaque ſeruatis, derogari poſſit, etiam ſi inter alia caueatur expreſsè, quòd ſi eis derogari contingat, derogatio huiuſmodi non valeat, niſi talis intentio derogandi aliquibus perſonis tunc expreſſis per diuerſas in forma Breuis litteras, cum interuallo vnius menſis, ſeu alterius temporis eis præſentata prius ac intimata, & inſinuata fuerint. Necnon dictis Clericis, & Præſidentibus Cameræ, & Fiſco noſtro conceſsis, & concedendis, ac legibus Imperialibus, quibus cauetur in alienatione rerum fiſcalium certam, & exquiſitam formam cum interuallo temporis, & candela accenſa ſeruandam fore, alias contractus ſint nulli, & inualidi, recipiens ad reſtitutionem vnà cum fructibus teneatur, Quibus omnibus illorum tenores, pręſentibus pro ſufficienter expreſsis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice, & ad effectum omnium præmiſſorum, harum ſerie ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Vt autem pręſentes litterę ad notitiam omnium deducantur, ac per omnes inuiolabiliter debeant obſeruari, volumus quod illę in Cancellaria Apoſtolica, & audientia litterarum Contradictarum noſtrarum, ac in acie campi Floræ affigi, & publicari debeant, vt ij quos ipſe litteræ concernunt, ſeu con-

Executorum, & defenſorum deputatio, & facultates.

Clauſulę derogatoriæ.

Forma, & effectus publicationis, huius cõſtitutionis. Quam publicationem habes hic in fine.

cernere poterunt quomodolibet in futurum, etiam ſi ad ipſorum notitiam non peruenerint, vel illas ignorauerint, eos arctent, perinde ac ſi perſonaliter eis intimatæ forent; nullamq; poſſint excuſationem prætendere, vel ignorantiam allegare. Et quia difficile forſan foret earundem pręſentium litterarum notitiam ad quaſcunq; perſonas peruenire,"& vbiq; illas pręſentare, eadem auctoritate Apoſtolica volumus, & decernimus, quòd tranſumptis præſentium litterarum, etiam per impreſſionem factis, manu alicuius defenſoris pro tempore dicti Collegij dictorum Militum Lauretanorum ſubſcriptis, & ſigillo Datarii noſtri pręfati, necnon eiuſdem Collegii ſigillatis, quemadmodum adhiberetur pręſentibus litteris originalibus, ſi pręſentarentur, vbiq; adhibeatur, tam in iudicio, quàm extra illud, plena & indubitata fides. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginã noſtræ erectionis, inſtitutionis, facti, creationis, receptionis, aggregationis, diſpenſationis, indulti, tribuitionis, elargitionis, ſtatuti, venditionis, traditionis, conceſſionum, aſſignationum, hypothecationis, obligationum, decretorum, declarationis, pręcepti, mandati, derogationis, & voluntatũ infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorũ Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ, apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicę. 1586. v. Cal. Iunij, Pont. Noſtri Anno II.

✠ Ego Sixtus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

✠ Ego A. Card. Farneſius Vicecancellarius, Epiſcopus Oſtienſis.
✠ Ego Iacobus Cardinalis Sabellus Epiſcopus Portuenſis.
✠ Ego Io. Antonius Epiſcopus Tuſculan. Card. S. Georg.
✠ Ego M. S. Card. ab Altaemps.
✠ Ego Inn. Aualus Card. de Arag.
✠ Ego M. Antonius Card. Columna.
✠ Ego P. Card. Sanctacrucius.
✠ Frater Michael Bonellus Cardinalis Alexandrinus.
✠ Ego Ludouicus Cardinalis Madrutius.
✠ Nic. Card. Senonenſis.
✠ Iul. Ant. Card. S. Seuerinæ.
✠ P. Card. Cæſius.
✠ Ego Hier. Card. Ruſticutius.
✠ Ego Io. Hier. Card. Albanus.

✠ P. Card. Deza.
✠ Ego Io. Bap. Card. S. Marcelli.
✠ Ego Philippus Cardinalis Spinula.
✠ Ego Vin. Card. Montis Regalis.
✠ Ego Scipio Card. Lancellottus.
✠ Ego Henricus Cardinalis Caetanus.
✠ Ego Io. Baptiſta Cardinalis Caſtruccius.
✠ Ego Dominicus Cardinalis Pinellus.
✠ Ego Decius Card. Azzolinus.
✠ Ego Hip. Card. Aldobrandinus.
✠ Ferd. Cardinalis de Medicis.
✠ Philippus Vaſtauillanus Cardinalis Camerarius.
✠ Ego Andreas Cardinalis Bathorius.
✠ Alex. Card. Montaltus.

E. Dat.

Publicatio. Anno à Natiuitate Domini, 1586. Indictione 14. die vero 5. Menſis Iulii, Pontif. S.D.N.D. Sixti diuina prouidentia Papæ V. Anno II. Retroſcripta litterę affixæ, lectæ, & publicatæ fuerunt, & per aliquod temporis ſpacium dimiſſæ in valuis, ſeu portis Sancti Ioannis Lateranenſis, & Baſilicę Sancti Petri Principis Apoſtolorum de Vrbe, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ, & aciei Campi Floræ, per nos Io. Freile, & Nicolaum Taglietum S.D.N. Papæ Curſ.

Alex. Parabiachus Mag. Curſ.

Sequitur

Sequitur declaratio, & extenſio dictorum priuilegiorum.

SIXTVS Papa Quintus, Ad perpetuam rei memoriam. Ad exequendum noſtri Paſtoralis officij debitum, circa ea quæ per nos prouidè, ac ſincera mente & pio affectu geſta & ordinata ſunt, vt ſuum plenarium ſortiantur effectum, & in ſcrupulum non relabantur noſtræ declarationis, opem & Apoſtolicum fauorem libēter impendimus efficaces, eaq; amplioribus fauoribus, & gratijs proſequimur, ac aliàs deſuper diſponimus, prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. Nuper ſiquidem ad Omnipotentis Dei, & glorioſiſſimæ eius Genetricis ſemperq; V. M. laudem, & gloriam, vnum Collegium ducentorum virorum Militum Lauretanorum participantium nuncupandorum & per nos nominandorum, Motuproprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, de fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio & aſſenſu, per alias noſtras litteras, Apoſtolica auctoritate perpetuo ereximus, & inſtituimus. Volentes officia Militum Lauretanorum huiuſmodi ad triennium à dat. litterarum prædictarum computan. per obitum illa obtinentium non vacare, ſed ad hæredes eorum, ſic decedentium tranſire, & poſt dictum triennium ad inſtar aliorum officiorum Romanæ Curiæ vacabilia exiſtere: Necnon prædictos Milites veros, & indubitatos familiares continuos commenſales noſtros, & Romani Pontificis, pro tempore exiſtentis fore, ac in quibuſcumque Apoſtolicis, & alijs litteris, ſcripturis & actibus publicis, & priuatis, ſe tales ſcribere & nominare, ac ab alijs nominari debere. Necnon eo ipſo, quod ad officium Militis huiuſmodi admiſſi forent, eos & cuiuſlibet eorum filium primogenitum natum, vel naſciturum, Nobiles, ac Aulæ Lateranen. Comites, illoſque ex eiſdem Militibus, qui Clerici in Apoſtolicę ſedis Notarios, qui verò Laici eſſent in auratæ militiæ Milites, Ita quod etiam ſi Milites Lauretani participantes eſſe deſiiſſent, nihilominus Comites Aulę Lateranen. & Notarij dictę ſedis, ac Milites aurati, reſpectiuè, ſine tamen præiudicio participantiū, etiam cum dicto filio primogenito eſſe non deſinerent, ex tunc, prout ex ea die, & ècontra fecimus, creauimus, atq; recepimus, aliorumq; Nobilium, & Aulæ Comitum, & ſedis Notariorum, ac Militum huiuſmodi numero, & conſortio fauorabiliter aggregauimus. Et inſuper cum dictis Militibus Lauretan. tam in Romana Curia, quàm extra eam reſidentibus, etiamſi merè laici, & coniugati forent. Cum Militibus etiam Clericis quaſcumq; penſiones, annuas ſuper fructibus, redditibus, & prouentibus quorumcunque beneficiorum Eccleſiaſticorum, vel ipſos fructus, redditus & prouentus loco penſionum ſimilium percipientibus, etiamſi eos pro tempore coniugatos fieri contingeret, vt illis quamdiu officium Militis huiuſmodi obtinuiſſent dumtaxat, quæcunque penſiones annuæ, vel fructus, redditus, & prouentus loco penſionum huiuſmodi, ſummam ducentorum ducatorum auri de Camera non excedentium, quæ tranſirent ad ſucceſſores in beneficijs, & à decimis, ſubſidiis, & aliis oneribus ordinariis, & extraordinariis pro tempore impoſitis liberę eſſent, etiamſi ſine cauſa reſeruatę ſuper Cathedralium, etiam Metropolitanarum & Patriarchalium Eccleſiarum, & Monaſteriorum, etiam Conſiſtorialium, Prioratuum, Præpoſiturarum, & aliorum quorumcunq; beneficiorum Eccleſiaſticorum ſecularium, & quorumuis ordinum regularium, cum cura, & ſine cura, etiamſi Parochiales Eccleſiæ, vel earum perpetuę vicarię, Canonicatus, & prębendę; dignitates etiam maiores, & principales perſonatus, adminiſtrationes, vel officia in Cathedralibus, etiā Metropolitanis, vel Collegiatis Eccleſiis, cuiuſq; annui valoris, fructus, redditus, & prouentus forent, non tamen vltra ſummam ducentorum ducatorū ſimilium, in totum, pro vnoquoq; Milite Lauretan. etiam à Curia præfata abſente, etiamſi is in eadem Curia numquam fuiſſet, nec ipſum ad eam venire contingeret, & quolibet officio reſeuari, conſtitui, & aſſignari poſſent. Quodque ipſi Milites Lauretani, vnam, vel plures penſiones, ſeu illarum loco, quoſcumq; fructus, redditus, & prouentus menſarum Epiſcopalium, vel Archiepiſcopalium, etiam Patriarchalium, & Monaſteriorum, etiā Conſiſtorialium, eatenus, & pro tempore reſeruatos, & aſſignatos habentes, ſuper quibuſuis Eccleſiis, Monaſterijs, & beneficiis præfatis illos, etiamſi matrimonium contraxerint, vſq; ad ſummam ducentorum ducatorum huiuſmodi, & non vltra pro quolibet officio, nulla

Compēdium omnium Priuilegiorum ſup. proximè conceſſorum Militibus Lauretanis.

nulla compoſitione ſoluta retinere, & huiuſmodi penſiones, & fructus, redditus, ac prouentus, vſque ad ſummam, & quantitatem præfatas eis reſeruatas, & aſſignatas, ſeu reſeruandas, ac aſſignandas conſequi & habere, ac quoad viuerent percipere, exigere, & leuare, ac in ſuos vſus & vtilitatem conuertere, abſque alia diſpenſatione, vel licentia deſuper obtinenda, liberè & licitè valerent: Cum omnibus, & ſingulis indultis, clauſulis, & cautelis in ſimilibus apponi ſolitis. Ita tamen, quod Laici Milites Laurerani penſiones, ac fructus, redditus, & prouentus prædictos percipientes in habitu armatæ Militiæ viro Equiti conuenienti, nos & ſucceſſores noſtros Romanos Pontifices, & pro tempore exiſtentes, in expeditionibus Cruciatæ, & Concilijs, abſq; alio ſtipendio, expenſis tamen dictæ ſedis, cum vno equo, ratione dictæ penſionis, ſequi deberent, diſpenſauimus, eiſque ad hoc plenam & liberam licentiam, & facultatem conceſſimus. Militibus autem Lauretan. qui Clerici eſſent, & officium huiuſmodi per biennium continuum obtinuiſſent, vt etiam quaſcumque penſiones annuas ſuper quibuſuis ex dictis ſecularibus & regularibus beneficijs, eorumque prouentibus Eccleſiaſticis, ac diſtributionibus quotidianis, & fructus Eccleſiaſticos loco penſionum eis eatenus, & pro tempore quomodolibet reſeruatas, & aſſignatos, & reſeruandas, ac aſſignandos, non tamen ſummam ducentorum ducatorum ſimilium, nec medietatem fructuum, redditum, & prouentuum beneficiorum huiuſmodi, ſuper quibus penſiones, ſeu fructus huiuſmodi reſeruatæ, & aſſignati exiſterent, excedentes, in eadem Curia, vel extra eam, etiam in mortis articulo, in Clericum ſeu Clericos non coniugatos per eos eligen. etiam quæcunque, quotcunque, & qualiacunque beneficia Eccleſiaſtica, & penſiones obtinentes, in totum vel partem, etiam coram ſolis Notario & teſtibus, etiam laicis, etiam ſine conſenſu eaſdem penſiones ſoluere debentium, etiamſi illas aliàs transferendi facultatem non haberent, regula Cancellariæ de conſenſu in penſionibus requiſito præſtando, eatenus & pro tempore edita, ac ſtylo in ſimilibus reſeruationibus eatenus obſeruato, & pro tempore obſeruan. non obſtan. quandocunque transferre, ac tranſlationes ſic factæ valerent, & debitores eorumque ſucceſſores, ad ſoluendum illis, in quos dictæ Penſiones transferentur, ſub excommunicationis ſententia, & priuationis pœna, ac acceſſibus, ingreſſibus regreſſibus, Decretis, & alijs clauſulis in litteris priorum penſionum pro tempore contentis, omnino tenerentur perinde ac ſi dictæ tranſlationes per nos de conſenſu debitorum, & aliorum intereſſe habentium cum prædictis, & quibuſuis alijs in litteris dictarum penſionum contentis clauſulis, quę in ipſis tranſlationibus haberentur, pro repetitis factę fuiſſent, ipſiſque Militibus Lauretan. & Clericis, Presbyteris, Prelatis, Epiſcopis, Archiepiſcopis, & Patriarchis, & etiam Sanctę Roman. Eccleſię, Cardinalibus pro tempore exiſtentibus, vt de quibuſcunque eorum bonis mobilibus, & immobilibus, per eos tam per Eccleſiam, ſeu Eccleſias, aut alia Beneficia eccleſiaſtica etiam hoſpitalia, vel alia pia loca cuiuſuis etiam Priuilegiati ordinis, ſeu alterius militiæ eſſent, per eos obtenta, & obtinenda, aut aliàs quomodolibet ex ingenio & induſtria, ſeu aliàs quomodolibet acquiſitis & acquirendis, etiam ſi iuxta fel. rec. Sixti iiij. & Iulij ij. & Leonis x. aliorumq; Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum deſuper expeditas litteras, immobilia bona non poſſediſſent in dicta Curia, vel extra eam teſtari, & de eis inter eorum vtriuſq; ſexus liberos, & alias perſonas diſponere, teſtari, codicillari, ac etiam inter viuos erogare, concedere, & donare, ac teſtamenta, diſpoſitiones, & conceſsiones huiuſmodi quamdiu huiuſmodi officia obtinuiſſent, liberè & licitè fierenr, & valerent licentiam, & facultatem etiam conceſsimus: Ac volumus quòd milites Lauretan. prę fati, qui pro tempore forent de eorum officijs, ſeu locis & emolumentis, quę cum quibuſuis alijs dictæ Curiæ officijs compatibilia exiſterent, & per quoſcunque nedum vnum, ſed plura ſimul, vel ſucceſsiuè, etiam vltra decem obtineri valerent, diſponere, & illa in manibus noſtris, & dictorum ſucceſſorum noſtrorum, quando ipſis militibus placeret, & in fauorem perſonarum per ipſos nominandarum, ad inſtar aliorum officiorum dictę Curię reſignare liberè & licitè valerent; ac reſignationes huiuſmodi validæ & efficaces exiſterent, & ſuos effectus ſortiri deberent, cum deſcripti Milites Lauretan. huiuſmodi centum millia ſcuta auri in auro pro noſtris & dictę S. R. E. neceſsitatibus ſubleuandis, &

pro

pro infraſcriptorum eis aſsignatorum prouentuũ precio,ſeu recõpenſa,de proprijs eorum pecunijs obtuliſſent in pecunia numerata, & nobis cum effectu perſoluere intenderent,& ęquitati conueniret eorumdem Militum Lauretan. vitę adiumento,& indemnitatibus taliter conſulere, quòd ex bono & charitatiuo officio,quo in hoc erga nos & dictam Romanam Eccleſiam,iuxta ſolutionem faciẽdam vt ſupra,erant perfuncti nullo vnquam tempore ipſi eorumve ſucceſſores iacturam aut detrimentum ſuſtinerent, de conſilio & aſſenſu,ac ſcientia ſupradictis,eiſdem Militibus Lauretanis eorumq; in Militię officijs huiuſmodi ſucceſſoribus,perpetuum annuum redditum ſcutorum octo millium ſimilium, eis per modernum noſtrum, ac pro tempore exiſtentem Datarium, ex quibuſuis Datariæ redditibus, prouentibus, iuribus, obuentionibus, emolumentiſque ordinarijs vel extraordinarijs, ſingulis menſibus integrè, & ſine aliqua retentione perſoluendorum,perpetuò vendidimus,tradidimus,cõceſſimus, & aſſignauimus:decernentes aſſignationes huiuſmodi nullo tempore, nullave cauſa impediri poſſe vel debere; & nihilominus ad abundantiorem cautelam Collegio militum huiuſmodi,omnia & ſingula redditus & prouentus, & alia emolumenta eiuſdem Datariæ pro annua ſumma prædicta ſpecialiter, & expreſsè obligauimus & hypothecauimus. Volentes quòd emolumenta prædicta eidem Collegio, vt pręfertur, aſſignata à Calend. menſis Iulij ex tunc proximè ſuturi incipien. & inter Milites Lauretan. huiuſmodi,per nos, vt præfertur nominan. diuiderentur, & in futurum continuando, iuxta eorum ordinationes diſtribuerentur. Quodq; dicti Milites Lauretan. ad probandum ſummam centum millium ſcutorum prædictorum in neceſſariam, vel euidentem vtilitatem Romanæ Eccleſiæ,& ſedis earundem conuerſam fuiſſe minimè tenerentur,ac in euentum in quem Collegium Militum Lauretan. huiuſmodi ex aliqua ratione vel cauſa, ſeu caſu etiam inexcogitato in totum, vel partem, per nos vel ſucceſſores noſtros prædictos extingui, ſeu reuocari, aut ipſos Milites Lauretan. quominus iura, & emolumenta eis aſsignata prædicta integrè libereq; perciperent quomodolibet, etiam caſu fortuito, vel aliàs etiam totalẽ defectionem, vel ceſſationem ipſorum introituum inducente impediri, ſeu diminui contingeret, etiam nos, & ſucceſſores noſtros præſatos, ac Cameram Apoſtolicam, ipſiusq; Camerę omnia, & ſingula bona mobilia & immobilia. Si verò Collegium Militũ Lauretan. huiuſmodi extingueretur, ſeu contra earundem noſtrarum litterarum tenorem confunderetur, vel alteraretur, ad reſtituendum ipſis Militibus ſupradictam integram Centum millium ſcutorum ſummam per eos, vt præmittitur perſolutam, etiam obligauimus, quibus nullo modo, nullave ratione vel cauſa computari deberent, ſeu poſſent in ſortem iura, & emolumenta per eoſdem Milites Lauretan. interim percepta in toto vel parte, ſed ipſi Milites Lauretan. tanquàm iuſto, & legitimo titulo, ac bona fide lucrarentur,acquirerent & obtinerent, nec ad illa reſtituen. vel cum ſorte pręfata compenſandum, modo aliquo cogi vel compelli poſſent, neq; deberent, prout in eiſdem noſtris litteris plenius continetur. Cum autem ſicut accepimus, ab aliquibus hæſitetur de mente,& intentione noſtris, circa per nos,ſuper erectione Collegij huiuſmodi ſtatuta & ordinata, necnon Militibus Lauretan. prædictis conceſſa, aliaq; in dictis noſtris litteris contenta minus ſufficienter expreſſa, & ſpecificata, ac etiam quòd conditiones dictis Militibus Lauretan. impoſitæ nimium oneroſæ exiſtant, quo fit vt nonnulli ad dicta officia Militiæ Lauretan. admitti hucuſq; neglexerint, & negligant. Nos omnem deſuper dubitandi occaſionem de medio tollere,& officia Militiæ Lauretan. præfata, pro tempore obtinentium indemnitati conſulere, ſinceramq; noſtram intentionem deſuper eis aperire, & oſtendere volentens; nec non veriorem noſtrarum litterarum prædictarum tenorem pręſentibus pro expreſſo habentes, Motu, ſcientia,& poteſtatis plenitudine ſimilibus, dicta auctoritate Apoſtolica tenore præſentium.

Declaratio, & extenſio Priuilegiorũ dictorum Militum circa peſiones, & fruct' Eccleſiaſticos quos habere,& retinere eis cõceſſum eſt,vt ſup. prox.

Declaramus noſtræ voluntatis, & intentionis fuiſſe & eſſe, perpetuis futuris temporibus conceſſiſſe, & concedere Militibus Lauretan. prædictis,nunc & pro tempore exiſtentibus,laicis & Clericis, alijſque qui aliqua dictorum officiorum Militum Lauretan. etiam plura, etiam vſq; ad numerum viginti ſimul obtinent, & obtinuerint, quaſcunq; Penſiones annuas, ſuper quibuſuis fructibus, redditibus, & prouentibus, ac iuribus, & emolumentis menſarum Epiſcopalium, Archiepiſcopalium, vel Patriarchalium, ac Mo-

nasterio-

ſteriorum etiam Conſiſtorialium, & quorumcumque beneficiorum Eccleſiaſticorum cum cura, & ſine cura ſecularium, & quorumuis ordinum regularium, ac eorundem Beneficiorum diſtributionibus quotidianis,etiam manualibus, & aliàs quomodolibet nuncupati, etiamſi ſecularia Parochiales Eccleſiæ, vel earum perpetuæ Vicariæ, Canonicatus & præbendæ, dignitates etiam maiores & principales, Perſonatus, adminiſtrationes vel officia in Cathedralibus,etiam Metropolitan. vel Collegiatis Eccleſijs, Regularia vero Beneficia huiuſmodi Prioratus, Præceptoriæ, Præpoſituræ, Præpoſitatus, Dignitates, Perſonatus, adminiſtrationes vel officia fuerint, cuiuſcunque annui valoris, illorum ſingulorum fructus, redditus, & prouentus exiſtant. Necnon quoſcunque fructus redditus, & prouentus ſimilium menſarum Epiſcopalium, Archiepiſcopalium, & Patriarchalium, ac Monaſteriorum etiam Conſiſtorialium, aliorumque beneficiorum prædictorum,etiam loco pēſionum annuarum,nunc & pro tempore percipientibus, vt illis etiamſi eos matrimonium contrahere contigerit (quamdiu officia Militię Lauretan. huiuſmodi obtinuerint dumtaxat) quæcunque ſimiles vel diſsimiles penſiones annuæ ſuper ſimilibus fructibus, redditibus & prouentibus,ac iuribus, obuentionibus, & emolumentis, necnon diſtributionibus quotidianis, vel quicunq; fructus,redditus, & prouentus menſarum Epiſcopalium, Archiepiſcopalium,vel Patriarchalium, ac monaſteriorum etiam Conſiſtorialium, cæterorumq; beneficiorum prędictorum, etiam loco penſionum annuarum, ſummam ducentorum ducatorum auri de Camera ſimilium pro quolibet milite Lauretan. & vnoquoque ac ſingulo officio dictæ Militiæ Lauretan. non excedentes: quæ quidem penſiones tranſeant ad ſucceſſores in beneficijs, & fructus, redditus, & prouentus huiuſmodi ad vitam,propria auctoritate annis ſingulis percipi poſsint, ipſique penſiones, fructus,ac redditus, & prouentus à decimis, ſubſidijs, & alijs oneribus ordinarijs, & extraordinarijs pro tempore impoſitis, liberi ſint, etiamſi ſine cauſa, etiam Conſiſtorialiter reſeruatę, & aſsignatę fuerint, non tamen vltra dictam ſummam ducentorum ducatorum ſimilium in totum pro vnoquoque Milite Lauretan. & quolibet ac ſingulo officio eiuſdem Militię Lauretan. reſeruari, conſtitui, concedi, & aſsignari poſsint. Ita quod quilibet militum Lauretanorum prędictorum, tam Laicorum quàm Clericorum,omneſq; & ſinguli alij officia Militię Lauretan. huiuſmodi,etiam vſq; ad dictum numerum viginti pro tēpore obtinentes vnam, vel plures penſiones annuas ſuper ſimilibus fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, obuentionibus, & emolumentis,ac diſtributionibus quotidianis,ſeu earū loco quoſcunque fructus, redditus,& prouentus menſarum, & Monaſteriorum, etiam Conſiſtorialium,aliorumq; beneficiorum prędictorum,hactenus, & pro tempore reſeruatos & aſsignatos,nunc & pro tempore habentes illas & illos, etiam ſi matrimonium, vt pręfertur, contraxerint vſque ad ſummam ducentorum ducatorum huiuſmodi pro quolibet & ſingulo officio dictæ Militiæ Lauretan. nulla compoſitione ſoluta ad vitam retinere: necnon penſiones, ac fructus, redditus, & prouentus huiuſmodi conſequi & habere, ac quoad vixerint, iuxta illarum & illorum reſeruationum, conſtitutionum, conceſſionum, & aſſignationum formam, continentiam & tenorem percipere, exigere, & leuare, ac in ſuos vſus & vtilitatem conuertere, abſq; alia diſpenſatione, vel licentia deſuper obtinenda, liberè,& licitè poſſint,& valeant. Ita tamen quod dicti milites Lauretan. laici in habitu armatæ Militię viro equiti conuenienti, Nos & Succeſſores noſtros prædictos in aliquibus expeditionibus, aut Conciliis ſequi debeant: Militibus autem Lauretan. clericis nunc & pro tempore exiſtentibus huiuſmodi, etiamſi matrimonium,vt præfertur contraxerint,dummodo licitè illud contrahere poſſint,ac omnibus, & ſingulis alijs etiam qui plura officia Militum Lauretan. huiuſmodi, etiam vſq; ad numerum viginti ſimul,vt præfertur, obtinent,& obtinuerint,etiamſi dicti Milites Lauretan. eiuſdem S.R.E. Cardinales,ac Patriarchæ, Archiepiſcopi,& Epiſcopi ſint vel fuerint, vt ipſi quaſcunq; penſiones annuas ſuper quibuſuis fructibus, redditibus, & prouentibus, ac etiam iuribus, obuentionibus & emolumentis quarumcunq; ſimiliū menſarum Epiſcopalium, etiam Metropolitan. & Patriarchalium,ac etiam Monaſteriorum etiam Conſiſtorialium, aliorumq; beneficiorum eccleſiaſticorum,cum cura, & ſine cura ſecularium, & quorumuis ordinum regularium, ipſorumq; beneficiorum diſtributionibus

nibus quotidianis etiam manualibus, & aliàs quomodolibet, vt pręfertur nuncupatis, etiam ſi Beneficia huiuſmodi, vt pręmittitur, vel aliàs quomodolibet qualificata,& cuiuſcunq; annui valoris illorum ſingulorum fructus, redditus & prouentus fuerint, necnon etiam quoſcunque fructus, redditus & prouentus ſimilium menſarum & Monaſteriorum, aliorumq; Beneficiorum ſęcularium, & regularium huiuſmodi, etiam loco penſionum annuarum ſibi eadem auctoritate Apoſtolica nunc, & pro tempore reſeruatas, & aſſignatos, ac reſeruandas & aſſignandos, non tamen dictam ſummam Ducentorum ducatorum ſimilium pro vnoquoq; & ſingulo officio Militiæ Lauretan. huiuſmodi, nec medietatem fructuum, redditũum, prouentuum, iurium, obuentionum & emolumentorum Beneficiorum huiuſmodi excedentes, in quoſcunq; Clericos per eos eligendos vel nominandos, & quæcunque, quotcunque & qualiacunque Beneficia eccleſiaſtica, etiam vt pręfertur qualificata obtinentes, necnon etiam quaſcunq; penſiones annuas, ac quoſcunq; fructus, redditus, & prouentus etiam loco penſionum annuarum percipientes quandocunque, etiam cum primum officia Militiæ Lauretan. huiuſmodi aſſecuti fuerint, etiam nullo expectato termino dicti biennij, in noſtris litteris prædictis expreſſi & ſpecificati, & aliàs etiam in mortis articulo, etiam in manibus noſtris, vel Rom. Pontificis pro tempore exiſtentis, ſeu alicuius perſonę in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ, etiam coram Notario laico & duobus, vel tribus Teſtibus etiam laicis, & in Roma. Cur. & aliàs vbiq; locorum transferre. Ita quòd dicti pro tempore exiſtens Rom. Pontifex, & perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ, illas penſiones, ac dictorum fructuum, redditũum, & prouentuum reſeruationes, & aſſignationes caſſare penitus & extinguere, ac illarum & illorum loco aliam, ſeu alias caſſatæ, ſeu caſſatarum ſimiles penſiones ac eoſdem fructus, redditus, & prouentus, quorum reſeruationes & aſsignationes ſic caſſatæ, & extinctæ fuerint, cum omnibus & ſingulis indultis, clauſulis, obligationibus, & Decretis, quibus prius reſeruatæ, & aſſignatæ erant, & aliàs iuxta illarum, & illorum reſeruationum Conſtitutionum, Conceſſionum, & aſſignationum formam & tenorem, etiam abſq; conſenſu dictas penſiones ſoluere debentium, ac Eccleſiarum Cathedralium, etiam Metropolitan. etiam Patriarchalium prædictarum Pręſulum pro tempore exiſtentium: Necnon monaſteria, aliaq; Beneficia pędicta ſuper quorum fructibus, redditibus, & prouentibus dictæ Penſiones, ac quorum fructus, redditus, & prouentus huiuſmodi ſic reſeruatæ, & aſsignati fuerint, in titulum vel Commendam, aut aliàs quomodolibet pro tempore obtinentium, aliorumque deſuper quocumque iure intereſſe habentium huiuſmodi clericis, dicta auctoritate reſeruare, conſtituere ac concedere, & aſſignare liberè, & licitè poſſint, & valeant. Præterea etiam eiuſdem mentis, & intentionis noſtrę fuiſſe & eſſe, derogauiſſe, & derogate pię mem. Pij Papæ iiij. etiam prędeceſſoris noſtri contra Prelatos, & alias perſonas, in eorum Eccleſijs, ſeu beneficijs non reſidentes, & extra eorum reſidentiam pro tempore decedẽtes, & quorumcunq; aliorum Rom. Pontific. prędeceſſorum noſtrorum, omnibus, & ſingulis Apoſtolicis conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon de præſtando conſenſu in penſionibus, aliiſq; Cancellariæ Apoſtolicæ regulis, etiam editis, & edendis contra prædicta, vel eorum aliqua facientibus, illarum tenores, præſentibus pro expreſſis habentes, prout nos etiam Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, Militibus Laureta. nunc, & pro tempore exiſten. alijſque dicta officia Militiæ Laureta. etiam vſque ad dictum numerum viginti obtinen. pręfatis, dummodo ad pręmiſſa reſpectiuè aliàs ſint habiles, dicta auctoritate Apoſtolica earundem, tenore præſentium, perpetuò concedimus, liberamq; facultatem, & licentiam deſuper impartimur, ac cum illis ſuper omnibus, & ſingulis prædictis, dicta auctoritate, de ſpeciali dono gratiæ diſpenſamus, illiſq; pariter indulgemus, atq; Pij iiij. aliorumq; prædeceſſorum prædictorum conſtitutionibus, & ordinationibus, & Cãcellarię pędictę regulis huiuſmodi ſpecialiter, & expreſsè derogamus, ac pro ſufficienter derogatum fuiſſe, & eſſe volumus. Necnon Militibus Laureta. præfatis. Quòd officia Militię Lauretan. huiuſmodi, cum quibuſuis alijs eiuſdẽ Curię officiis compatibilia exiſtant, & per quoſcumq, etiam eiuſdem S.R.E. Cardinales, necnon Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, & quaſuis alias perſonas pędictas, aliàs tamen etiam habiles, vt pręfertur obtineri poſsint, & illa in manibus noſtris,

Derogatio cõſtitutionibus Pij iiij. & aliorum Pot. & regulis Cancellariæ, eorum præmiſſi quouis modo facientibus.

Hanc Pij iiij. conſt. habes ſupra fol. 678. nume. 17. & ibi notaui.

Officia huius Militię cũ alijs officiis Ro. Curiæ ſint compatibilia, & reſignabilia.

& quorumcumq; Romanorum Pontificum ſucceſſorum noſtrorum huiuſmodi, in fauorem quarumcunque perſonarum per eos nominandarum, vel cum quibus conuenerint, ad inſtar aliorum officiorum dictæ Curię, quandocunq; ſibi placuerit reſignare, etiam liberè, & licitè valeant, ac reſignationes huiuſmodi validæ,& efficaces exiſtant, & ſuos effectus ſortiri debeant. Quòdq; pro tempore exiſtentes Milites Lauretan. huiuſmodi, alijq; dicta officia Militię Laureta.obtinen.illiq; in quorum fauorem dicta officia ipſius Militiæ Lauretan. vt præfertur, pro tempore reſignari contigerit, omnibus & ſingulis priuilegijs,immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, prærogatiuis, conceſsionibus, diſpenſationibus, indultis,alijſque gratijs Militibus Lauretan. alijſq; dicta officia prædictę Militiæ Lauretan. nunc, & pro tempore obtinen.præfatis, etiam à primæua erectione Collegij huiuſmodi nominatis, & deſcriptis, tam præſentium, quàm prędictarum noſtrarum litterarum vigore, & aliàs quomodolibet conceſsis, ac concedendis, pariformiter & abſque vlla differentia, in omnibus & per omnia perpetuo vtantur, fruantur,& gaudeant, ac vti, frui,& gaudere poſsint, & valeant, ſimiliter perpetuò concedimus, & etiam indulgemus. Sicque declaramus, extendimus, & ampliamus, ac non aliàs, in omnibus, & ſingulis præmiſsis,per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios, etiam eiuſdem Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ac cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, necnon Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generalem Auditorem, ac ipſius Cameræ præſidentes, & Clericos, in quauis cauſa & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpetrandi facultate & auctoritate,iudicari, & diffiniri debere; ac quicquid ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit. Irritum, & inane decernimus. Quocirca Venerabilibus fratribus noſtris Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis filijs eorum Vicarijs in ſpiritualibus, aut officialibus generalibus, & Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori huiuſmodi,necnon Abbatibus,Prioribus, Prępoſitis, Decanis, Archidiaconis, Canonicis, & Capitulis, ac aliis ad quos id quomodolibet ſpectat, & ſpectabit in futurum, Motu & auctoritate ſimilibus mandamus, Quatenus ipſi,vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios eaſdem præſentes, ac alias pręfatas noſtras litteras, & in eis contenta quæcunque, vbi, & quando opus fuerit,ac quoties pro parte dictorum Militum Lauretan. vel alicuius eorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſsis efficacis defenſionis pręſidio aſsiſtentes, faciant obſeruari, ac eos præmiſsis omnibus, & ſingulis pacificè frui, & gaudere. Non permittentes eos deſuper per quoſcumque quomodolibet indebitè moleſtari. Contradictores quoslibet, & rebelles, per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna iuris & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, legitimiſque, ſuper his habendis, ſeruatis proceſsibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſęcularis. Non obſtan. præmiſsis, ac de præſtando conſenſu, in penſionibus & aliis dictæ Cancellariæ regulis editis, & edendis, necnon recol. me. Bonifacii Papę VIII. ſimiliter prędeceſſoris noſtri,de vna,& Concilii generalis de duabus dietis,dummodo vltra tres dietas, quis vigore præſentium ad iudicium non trahatur, ac Pii, & Sixti, & Iulii, ac Leonis prędeceſſorum huiuſmodi, & quorumcumque aliorum prędeceſſorum, & ſucceſſorum noſtrorum Roman. Pontificum: quibuſuis alijs Apoſtolicis, ac in Prouincialibus & Synodalibus Concilijs editis, & edendis, generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus & ordinationibus, tam in corpore, quàm extra corpus iuris communis contentis. Necnon prædictorum, & aliorum Eccleſiarum, ac Monaſteriorum, & ordinum, in quibus beneficia huiuſmodi fuerint, dictæq; Cameræ, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoq; indultis, & litteris Apoſtolicis dictæ Cameræ, illiuſque Præſidenti, & Clericis, & quibuſuis Superioribus, & perſonis Eccleſiarum, ac Monaſteriorum, & ordinum huiuſmodi, per quoſcumque Roman. Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos, & ſedem prædictam, etiam Motu, & ſcientia, ac poteſtatis plenitudine ſimilibus, & cum quibuſuis irritatiuis, annullatiuis, reuocatiuis, ac derogatoriarum derogatorijs; alijſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & alijs

Priuilegijs omnibus gaudeãt omnes Milites etiam illi qui decętero erint per reſignationem.

Decretum irritans.

Executorũ huius conſtitutionis deputatio, & facultates.

Clauſulæ derogatoriæ.

& alijs decretis, in genere vel ſpecie, ac aliàs quomodolibet, etiam pluries conceſsis, approbatis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi in eis caueatur expreſsè, quòd illis nullatenus, aut non niſi ſub certis modo, & forma in illis expreſſis derogari poſſit, ac pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumq; totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, non autem per clauſulas generales, idem importantes mentio habenda, ſeu aliqua alia exquiſita forma, ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & ſeruata eorum forma insererentur præſentibus pro expreſſis habentes. Illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus; necnon omnibus, qui in dictis noſtris litteris voluimus non obſtare, contrarijs quibuſcunque, aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommnnicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Volumus autem, quòd earundem præſentium tranſumptis, etiam per impreſſionem factis, manu alicuius Iudicis, ſeu alterius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, aut pro tempore exiſtentis defenſoris dicti Collegij, ſubſcriptis, ac ſigillo Datarij præfati, ſeu alterius Romanæ Curiæ Prelati munitis, eadem prorſus plena, & indubitata fides in iudicio, & extra adhibeatur, quę eiſdem præſentibus litteris originalibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo, &c.

Clauſulæ derogatoriæ.

E. Dat.

Anno à Natiuitate Domini, 1586. Indictione 14. die verò 16. Menſis Septẽb. Pontif. S. D. N. D. Sixti diuina prouidentia Papæ V. Anno II. Retroſcriptæ litterę affixæ, lectæ, & publicatæ fuerunt, & per aliquod temporis ſpacium dimiſſæ in valuis, ſeu portis Baſilicarum S. Ioannis Lateranenſis, & Baſilicę Sancti Petri Principis Apoſtolorum de Vrbe, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ, & aciei Campi Floræ, per nos Io. Freile, & Claudium Mongeat Curſ.

Publicatio.

Alex. Parabiachus Mag. Curſ.

X X X V I.

Confirmatio quarumcunque conſtitutionum Roman. Pontificum, circa ſolutionem Annatarum, Communium & Quindenniorum, atque earundem declaratio, & extenſio.

De materia Annatarum, Communium, & Quindenniorum habes ſup. in Paulo ij. conſt. 8. fol. 93. Innoc. viii. conſt. 1. fol. 106. Iul. ii. conſt. 3. & 4. fol. 150. & ſeq. Iul. iii. conſt. 38. fol. 539. & conſt. 45. fol. 546. Paul. iv. conſt. 25. fol. 600. & conſt. 41. fol. 627. & conſtit. 43. fol. 632. & Pij Quinti conſt. 174. fol. 1178.

SIxtvs Papa V. Ad futuram rei memoriam.

CAMERAE noſtræ Apoſtolicæ, & Collegij Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, & officialium Romanæ Curiæ, de Annatis, & Quindennijs participantium indemnitati, prout tenemur, conſulere, & eorum iura illæſa pręſeruare volentes: ea, quæ propterea à prædeceſſoribus noſtris prouidè ſtatuta fuerunt, & ordinata, vt inuiolatè obſeruentur, confirmationis noſtræ munimine roboramus, & innouamus, & aliàs deſuper diſponimus, prout rationi cõſentaneum eſſe, & in Domino conſpicimus expedire. Itaq; Motuproprio, & ex certa ſcientia noſtra, quaſcunque, tam ſub plumbo, quàm in forma Breuis, & Motusproprij litteras fel. rec. Pauli ij. & eiuſdem nominis iij. Pauli iv. ac Pij v. Necnon quorumcunque aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum ſuper ſolutione Annatarum, Communium, Quindenniorum, & aliorũ iurium ratione prouiſionum, & ſeu vnionum perpetuarum quorumcumque beneficiorum Eccleſiaſticorum, per ſedem Apoſtolicam factarum, & faciendarum, editas, confirmatas & innouatas, cum omnibus

Cauſæ huius cõſtitutionis.

Confirmatio conſt. Paul. ij. iii. & iv. & Pij Quinti, & omniũ geſtorũ circa eas per Iudices, & cõmiſſarios quoſcunque.

Has conſt. indicaui hic i rub.

bus clauſulis, decretis, derogationibus, ac cenſuris, & pœnis in illis contentis, necnon omnia, & ſingula per quoſcumq; Iudices, executores, & Commiſſarios, in pręmiſſis,& circa ea quomodolibet geſta, & executa, ac inde ſecuta quæcunque, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium approbamus, & confirmamus; necnon illis perpetuæ, & irrefragabilis firmitatis robur adijcimus, omneſque & ſingulos iuris, & facti, ac ſolemnitatum,& alios defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem ſupplemus, atq; illas, & illa, quatenus opus ſit, innouamus. Præterea quoniam Quindenniorum vſus, & ſolutio ratione beneficiorum vnitorum conſtituta ſunt, quia illorum vacatio amplius non ſperatur,& vt propterea damnum, ex hoc Cameræ Apoſtolicæ, & Collegio Cardinalium, & Romanæ Curiæ officialibus prædictis emergens ſortiatur: Nos attendentes, quòd tantundem detrimenti Cameræ, Collegio,& officialibus pręfatis, ex vnionibus, quę ab ordinarijs locorum, & alijs fiunt, prouenit, ac propterea ęquum eſſe cẽſentes, vt quod in vnionibus per ſedem Apoſtolicam factis obtinet, illud idem, & fortius in vnionibus per ipſos ordinarios factis, & faciendis obſeruetur: licètq; in conſtitutionibus, & litteris prædeceſſorum præfatorum comprehendi videatur, tamen, vt cuiuis dubitandi occaſio præcidatur, Motu, & ſcientia ſimilibus, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, tenore præſentium ſtatuimus, decernimus,& declaramus, quòd vniones, annexiones, incorporationes, applicationes, & ſubmiſſiones de quibuſcumq; beneficijs Eccleſiaſticis, tam ſecularibus, quàm regularibus, etiamſi Monaſteria Monialium, & Hoſpitalia fuerint, quę tamen tempore ipſarum vnionum cura, conuentu, & Hoſpitalitate caruerint, & quorum ſingulorum, vel ſi plura beneficia vnicis litteris comprehenſa ſint, quorum quodlibet annuus valor vigintiquatuor ducatos auri de Camera, ſecundum communem extimationem nõ excedat, dummodo tamen omnium inſimul illum tranſcendat, cuicumq; Eccleſiæ, Monaſterio, Collegio, domui, Societati, Congregationi, ordini, militiæ, Hoſpitali, Seminario, aut alij loco pio, tam per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos, necnon ſedis præfatæ Legatos, Nuncios,& alios quoſcumq; ſubdelegatos, & aliàs quomodolibet auctoritate Apoſtolica, quàm per quemcumq; loci ordinarium, in qualibet mundi parte hactenus factæ, & faciendæ, etiamſi manualia, & de iure patronatus Laicorum, etiam Imperatoris, Regum, Ducum, Marchionum, Baronum, Comitum, & aliorum nobilium, & illuſtrium illa beneficia fuerint, ſub dictorum prædeceſſorum conſtitutionibus, ac declarationibus omnino comprehendantur, & includantur, ac ab omnibus comprehenſæ, & incluſæ cenſeantur: & propterea omnia, & ſingula Cathedralium, etiam Metropolitanarum, Collegiatarumque Eccleſiarum Capitula, Congregationes, Societates, Vniuerſitates, Collegia, Seminaria, Hoſpitalia, Monaſteria, & pia loca huiuſmodi, & quiuis alij, in quorum fauorem vniones, annexiones, incorporationes, applicationes, & ſubmiſſiones huiuſmodi factæ reperientur, aut poſthac fient quantumcunque exemptæ, & priuilegiatæ exiſtant, etiamſi ſe ſuperinde in Camera Apoſtolica non obligauerint, dummodo beneficia ipſa poſſideant, ad ſolutionem quindenniorum præfatorum eidem Cameræ, ac Collegio, & officialibus, ratione vnionum, annexionum, incorporationum, applicationum, & ſubmiſſionum præfatarum ſingulis quindecim annis, a die quo illæ ſuum ſortitæ fuerint effectum, iuxta tenorem litterarum prædeceſſorum præfatorum ſuper hoc editarum faciendam, teneri, & obligatos eſſe, & ad id per ſententias, cenſuras, & pœnas in ipſis litteris contentas, cogi, & compelli poſſe: Sicque per quoſcumque iudices ordinarios, & delegatos, quauis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, vbique iudicari, & diffiniri debere, irritumque, & inane, quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Mandantes dilecto filio Magiſtro Alexandro Glorierio Clerico dictæ Cameræ, quem ſuper cognitione & deciſione cauſarum, tam occaſione præmiſſorum, quàm annatarum beneficiorum pro tempore vacantium, per illorum prouiſos, dictis Cameræ, Collegio, & officialibus debitarum, & debendarum pendentes, & mouendas iudicem deputauimus, ac alijs in eius locum per nos, vel ſucceſſores noſtros

Declaratio, & extenſio dictarum conſtitutionum.

Decretum irritans.

Iudicis deputatio, & facultates.

noſtros ſubrogandis iudicibus, vt pro faciliori indagatione vnionum præfatarum omnia, & ſingula Cathedralium, etiam Metropolitanarum,& Collegiatarum Eccleſiarum Capitula, & Collegia, necnon tam virorum, quàm mulierum ſæculares, & quorumuis ordinum regulares, Congregationes, ſeu Collegia, Seminaria, & pia loca, eorundemque Prælatos, & Procuratores, ad iudicandum, & profitendum medio iuramento omnia & ſingula Monaſteria, Prioratus, Præpoſituras, Præpoſitatus, Parochiales Eccleſias, & alia quæcumque beneficia Eccleſiaſtica, etiamſi manualia, & de iure patronatus, vt præfertur, fuerint, quæ ipſa Collegia, Seminaria, Congregationes, & alia pia loca præfata poſſideant, illorumque annuos veros valores, ſub priuationis, & alijs in litteris in forma Motuſproprij Pauli iiij. & Pij v. prędeceſſorum huiuſmodi contentis ſententijs, cenſuris, & pœnis in Romana Curia, & extra eam moneant, & requirant. Dantes eis plenam, & liberam facultatem, pro eorundem Quindenniorum, & iurium exactione, omnes & ſingulos illorum debitores, ſub ſingulis pręfatis, & pręſentibus noſtris litteris comprehenſos, etiam per edictum publicum, conſtito ſummariè de non tuto acceſſu, tam in dicta Curia quàm extra eam citandi, monendi, & requirendi, ac eis & alijs, quibus & quoties opus fuerit, etiam ſub cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, ac etiam pecuniarijs Alexandri, & ſubrogandorum pręfatorum arbitrio ferendis, ſtatuendis, moderandis, & applicandis, ac etiam priuationis beneficiorum vnitorum, etiam ſimili edicto inhibendi, ipſoſque debitores ad indicandum beneficia vnita, & ſoluendum quindennia decurſa, etiamſi ad id in Camera Apoſtolica non ſe obligauerint: conſtito tamen de ſortito effectu vnionum per ſimiles ſententias, cenſuras, & pœnas, etiam interdicti, tam localis, quàm perſonalis appoſitionem, per Alexandrum, & ſubrogandos pręfatos, quoties opus fuerit, ferendas, & promulgandas; necnon fructuum, redditiuum, & prouentuum beneficiorum Eccleſiaſticorum, quę ipſi debitores poſſidebunt pro quantitate eorum debiti, ſequeſtrationem, & alia opportuna iuris, & facti remedia, etiam cum inuocatione auxilij brachij ſęcularis cogendi, & compellendi; ac in pręmiſſis omnibus, & ſingulis, etiam ſummariè, ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſola facti veritate inſpecta, ac aliàs more Camerali procedendi, ac eos, qui ſententias, cenſuras, & pœnas pręfatas, vt pręmittitur, incurrerit, ab eiſdem cenſuris, & pœnis pręuia ſatisfactione abſoluendi, & liberandi, aliaq; faciendi, gerendi, & exercendi, quę in præmiſſis neceſſaria fuerint, ſeu quomodolibet opportuna. Non obſtantibus quacumq; centenaria, etiam completa, & etiam maiori à iure ſtatuta pręſcriptione, ac quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon priuilegijs, exemptionibus, indultis, & litteris Apoſtolicis, capitulis, congregationibus, Collegijs, Seminarijs, Hoſpitalibus, & alijs pijs locis pręfatis, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis derogatoriarum derogatorijs, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & alijs decretis, etiam motu, & ſcientia ſimilibus, ac de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, etiam Conſiſtorialiter, & ex cauſa initi contractus, aut aliàs quomodolibet conceſsis, ac iteratis vicibus approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per Clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſsio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ſeruanda eſſet, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum infererentur pręſentibus, pro plenè, & ſufficienter expreſsis habentes, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus; necnon omnibus illis, quę prędeceſſores pręfati in ſingulis eorum litteris voluerũt non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, vt pręſentium tranſumptis, etiam impreſsis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonę in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quę pręſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitę, vel oſtenſę.

Clauſulæ derogatoriæ.

Datum Romę, Apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die xiiii. Maii. Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſexto, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Tho. Thomaſius Gualterutius.

Iuriſ-

XXXVII.

Iuriſdictio, & Facultates Iudicis Archiconfraternitatis Confalonis B. Mariæ Virginis de Vrbe.

Indulgentias, annuoſque redditus, hic idem Sanctiſſ. Pontifex conceſsit eidem Archiconfraternitati, pro Redemptione Captiuorum ſtatus Eccleſiaſtici ab Infidelibus, vt ſup. in conſtit. 27. fol. 70.

SIxtvs Papa V. Motuproprio, &cæt.

Cauſæ huius conceſsionis.

CVM ſicut accepimus Venerabilis Archiconfraternitas Confalonis Glorioſiſſimæ Virginis Mariæ, eiuſq; pro tempore exiſtentes Cuſtodes, Camerarius, Officiales, & Miniſtri, ob lites, quæſtiones, & controuerſias ciuiles, profanas, ſpirituales, meras, & mixtas per diuerſa Vrbis Tribunalia, occaſione locationum, cenſuum, donationum, hæreditatum, legatorum, dotium, & diuerſarum aliarum rerum eiuſdem, tam agendo pro ipſa Archiconfraternitate, quàm eam defendendo, vel aliàs iugiter implicati exiſtant; ex quo ſæpiſſimè quàmplura damna, & intereſſe patiuntur, ac impenſa litis valorem rei, de qua ex tempore agitur, ſæpenumero ſuperet. Nos Archiconfraternitatem pręfatam, quam ſingulari dilectione proſequimur, & in qua diuerſa pietatis, charitatis, & miſericordię opera, etiam eleemoſynas pauperibus erogando, ac miſerabilibus Puellis dotes elargiendo, necnon Captiuos à duriſſima infidelium ſeruitute maxima cum charitate redimendo, continuo impendi ſpectantur, necnon dilectos filios Magiſtrum Hieronymum Auila V. I. D. litterarum Apoſtolicarum Correctorem, & Abbreuiatorem, ac in vtraq; Signatura noſtra Referendarium, Prælatum noſtrum domeſticum, Paulum de Matthæis, Carolum de Maximis, ac Vliſſem Lancerinium patritios Romanos, necnon Franciſcum Couarucium ipſius Archiconfraternitatis modernos, & pro tempore exiſtentes Cuſtodes, & Camerarium, ab huiuſmodi diſpendijs, quantum cum Deo poſſumus ſubleuare volentes.

Cuſtodes Archiconfraternitatis facultas poſsiot nominare quatuor Referēdarios, quorum vnum Protector eligat in iudicē cauſarum Archicōfr.

Motu ſimili, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine: Quòd de cætero perpetuis futuris temporibus moderni, & pro tempore exiſtentes dictæ Archiconfraternitatis Cuſtodes quatuor ex Referendariis, Vtriuſque Signaturæ noſtræ, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis moderno, & pro tempore exiſtenti ipſius Archiconfraternitatis Protectori nominare, & proponere poſſint, & valeant, ad effectum vt ex illis quatuor, vnus per eundem modernum, & pro tempore exiſtentem Protectorē eligi, ſeu deputari debeat, Apoſtolica auctoritate tenore pręſentium perpetuò ſtatuimus, & ordinamus: Ac eidem Referendario ſic pro tempore electo, & deputato ex nunc, prout ęx tunc, & ècontra, poſt electionem, & deputationem huiuſmodi Omnes, & ſingulas cauſas, lites, quæſtiones, & controuerſias inter dictam Archiconfraternitatem,

Iudicis ſic deputandi facultas, cognoſcēdi cauſas tā corā aliis iudicibus motus quā de cætero mouendas, inter Archiconfraternitatem, & eius officiales, ac quaſcumq; pſonas, & loca pia etiam magis priuilegiata.

ſiue illius Cuſtodes, Camerarium, Officiales, & Miniſtros nunc, & pro tēpore exiſtentes, ac quaſcunque alias, tàm Laicas quàm Eccleſiaſticas perſonas, cuiuſcumq; gradus, ſtatus, ordinis, dignitatis, conditionis vel pręeminentiæ exiſtentes, etiam Cardinalatus honore pręfulgentes, Vniuerſitates, Societates, Congregationes, Collegia, ac tā Virorum, quàm Mulierum Monaſteria, Hoſpitalia, aut alia loca pia, etiam ſi coram nunc, & pro tempore exiſtentibus S. R. E. Camerario, Clericis, & Præſidentibus Cameræ Apoſtolicæ, & eiuſdem Camerę cauſarum Auditori generali, necnon Vicario, Gubernatore, & Senatore dictæ Vrbis, illorumque Locatenentibus, Collateralibus Iudicibus, ac Appellationum cauſarum Curiæ Capitolij eiuſdem Vrbis Capitaneo, necnon cauſarum Palatij Apoſtolici Auditoribus, ac eiuſdem S. R. E. Cardinalibus, & aliis quibuſcunque Iudicibus ordinariis, ac à nobis, & ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus ſpecialiter quomodocunque Commiſſariis deputatis, & delegatis, ac deputandiș & delegandis nunc, & pro tempore motas, & pendentes, ac quomodolibet mouendas, & pendendas, de & ſuper quibuſcunque locationibus, venditionibus, donationibus, legatis, fideicommiſſis, teſtamentis, hęreditatibus, & illarum diſcuſſionibus, ac quibuſuis alijs diſpoſitionibus, ad fauorem tam eiuſdem Archiconfraternitatis,

quàm

Digitized by Google

quàm Redemptionis Captiuorum dictæ Archiconfraternitati, per ſedem Apoſtolicam iniunctæ factis, ac dotibus & quorumcunque Iurium, & actionum ceſſionibus, alijsq; quibuſcunque inter viuos, ac cauſa mortis, & quaſi contractibus, etiam vigore obligationis in forma Cameræ, executionibus, reuocationibus, bonis, rebus, Iuribus, & actionibus ipſius Archiconfraternitatis eiuſque Cuſtodes, Camerarium, Officiales, & Miniſtros præfatos, eorumque litis conſortes, tam coniunctim, quàm diuiſim, & tam actiuè quàm paſſiuè, ac tam ſecundario, quàm principaliter intereſſe concernentes, & ad ipſam Archiconfraternitatem, etiam per viam neceſſariæ defenſionis, & aliàs quomodolibet ſpectantes, & pertinentes, in quacunque inſtantia: quorum omnium ſtatus, & merita, ac Iudicum, & collitigantium nomina, cognomina, & qualitates, cæteraq; etiam de neceſſitate exprimenda, præſentibus pro expreſſis habentes, in ſtatu & terminis, in quibus ad præſens reperiuntur, & quandocunq; reperientur, harum ſerie ad nos, & ſedem Apoſtolicam aduocantes, illaſque omnes & ſingulas, aliàs ſimiles, vel diſſimiles cauſas quomodolibet nunc, & pro tempore motas, & pendentes, ac quas dicta Archiconfraternitas illiuſque Cuſtodes, Camerarius, Officiales, & Miniſtri habere, & mouere volent contra eaſdem perſonas, Vniuerſitates, Societates, Congregationes, Collegia, Monaſteria, Hoſpitalia, aut alia æquè vel magis pia loca, etiam quomodolibet, & qualitercumque priuilegiata & exempta, pro ipſius Archiconfraternitatis rebus, bonis, hæreditatibus, legatis, Iuribus & actionibus huiuſmodi, tam agendo pro ipſa Archiconfraternitate, & quacunque perſona ab ea cauſam habente, quàm etiam ſi contra ipſam Archiconfraternitatem, ad inſtantiam quarumcūmq; perſonarum, qualitercumque qualificatarum, & priuilegiatarum quomodolibet agatur, eidem Referendario, vt præfertur electo, & deputato, vnà cum omnibus & ſingulis earum incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, ſummariè, ſimpliciter, & de plano, & ſola facti veritate inſpecta, ac ſine ſtrepitu & figura Iudicij, & abſque tela Iudiciaria, ac aliquorum terminorum ſubſtantialium obſeruatione, aut alicuius Regiſtri vel extractus confectione, per ſe ipſum, vel in eius à dicta Vrbe abſentia, aut aliàs ex quauis cauſa, per alium ab eiſdem Cuſtodibus, accedente vt ſupra, dicti Protectoris approbatione, durante abſentia, ſeu aliàs quomodolibet eligendum vſque ad finalem ſententiarum exequutionem incluſiuè, audiendas, cognoſcendas, fineque debito terminandas, ac etiam alibi introducendas, ſeu committendas, reaſſumendas &c. auctoritate, & tenore præfatis, etiam perpetuò committimus, & mandamus; Ipſumq; Referendarium, vt præfertur, electum, & deputatum in dictis cauſis, tàm pro ipſa Archiconfraternitate, quàm contra illam motis, & pendentibus, & in futurum mouendis, in Iudicem ordinarium, & Apoſtolica auctoritate deputatum: cum facultate eaſdem cauſas vſque ad finem, abſque tamen alicuius propinæ receptione, cognoſcendi, decidendi, atque terminandi, ac etiam cum poteſtate citandi, & inhibendi quos, quibus ac quoties opus fuerit, etiam per ſe, vel alium, ſeu alios quoſcunque, tàm in Romana Curia, quàm extra eam, etiam per edictum publicum, conſtito ſibi etiam ſummariè de non tuto acceſſu, eiſdemq; & prædictis, ac quibuſcumq; alijs eiuſdem Vrbis Curiarum ſeu Tribunalium Iudicibus, & perſonis, tàm eccleſiaſticis, quàm ſecularibus cuiuſcumque dignitatis, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, quibus, ac quoties opus fuerit, etiam ſub ſententijs, cenſuris eccleſiaſticis, ac etiam pecuniarijs pœnis, prout ſibi videbitur, inhibendi; & in euentum non paritionis contra inobedientes, contumaces, & rebelles, ad declarationem incurſus cenſurarum, & pœnarum huiuſmodi, illarumque aggrauationes, & reaggrauationes, ac aliàs, prout ſibi melius expedire videbitur, ſeu placuerit, ſeruata forma Concilij Tridentini, procedendi, ſententiaſque, ſeu mandata, per eum pro tempore latas, ſeu relaxata debitæ exequutioni demandandi, ſiue demandari faciendi. Contradictores quoſlibet, & rebelles, ac præmiſſis quouis prætextu non parentes, per cenſuras eccleſiaſticas, ac etiam pecuniarias pœnas, aliaque opportuna iuris & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendi, auxiliumq; brachij ſecularis ad hoc, ſi opus fuerit, inuocandi; aliaque omnia, & ſingula in præmiſſis, & circa ea quomodolibet neceſſaria & opportuna faciendi, gerendi, & exequendi ac cum alijs facultatibus ad id quomodolibet neceſſarijs, auctoritate, & tenore prædictis

Iudicis facultas procedendi ſola facti veritate inſpecta.

Citandique, & inhibendi tam in Curia quam extra, & quibuſcumq; iudicibus.

Cōtradictores etiā coercēdi.

Digitized by Google

Appellatio ab eius ſententiis ſemel tantum, & non ſuſpenſiuè, ſed deuolutiuè ad alium Iudicē à Protectore deputan. admittatur, & tres nullitates tantū opponi poſſint.

De his nullit. vide ſupra in Pii iiij. conſt. 85. fol. 776.

ctis ſimiliter perpetuò facimus, conſtituimus, & deputamus; ſibique plenam, liberam, & amplam ſuper præmiſſis licentiam, & facultatem, atq; auctoritatem etiam concedimus,& impartimur. Decernentes quòd à pro tempore exiſtentis Referendarij, vt pręfertur, electi & deputati ſententijs, mandatis, ordinationibus & decretis, nullatenus ſuſpenſiuè appellari, reclamari, de nullitate dici, ſiue quomodolibet aduerſus illa ad effectum impediendi exequutionem aliquod remedium attentari poſſit, Deuolutiuè autem ſemel tantum liceat appellare, & alia remedia intentare coram alio Iudice prędicto, pro tempore exiſtenti Protectori, vt præfertur nominando, & ab eo approbando: Secundo autem vel vlterius ſublata ſit omnis, & quæcumque appellatio, ſed pręditæ duæ ſententiæ plenariam exequutionem obtineant, ac firmæ & illibatæ permaneant, ac ſi eſſent tres conformes;ac nullitas aliqua, exceptis tribus ſubſtantialibus opponi nullo modo poſſit. Et licet ad inſtantiam quorumcumq; hæredum ſiue quorumlibet aliorum committatur in futurum, vel etiam modo pendeat commiſſa cauſa diſcuſſionis alicuius hæreditatis, & dictæ Archiconfraternitati, ſeu illius Cuſtodibus, Camerario, Officialibus, & Miniſtris, etiam virtute commiſſionis fuerit inhibitum, tamen ne exactio creditorum in præiudicium ipſius Archiconfraternitatis protrahatur, data idonea cautione per dictos Cuſtodes, Camerarium, Officiales, ſeu Miniſtros, de reſtituendo ſummam debitam, in euentum ſuccumbentiæ prioribus & potioribus creditoribus,pro tempore exiſtens Referendarius prædictus eoſdem hæredes, ſiue alios quoſcumque debitores, ſeu ipſorum quemlibet, ex quacumque cauſa ceſſionarios, vel ab eis quomodolibet, & ex quacumque titulo cauſam habentes, ad ſatisfaciendum integraliter dictę Archiconfraternitati de eius credito,iuris & facti remedijs cogat, & compellat: Ac in omnibus & ſingulis cauſis prædictis ad dictam Archiconfraternitatem, vt præfertur, quomodolibet ſpectantibus, ſingulis diebus & horis,feriatis & non feriatis, prętérquàm in honorem Dei, procedat: Et Notarium actuarium per eoſdem Cuſtodes eligendum,ac ab eis & eorum arbitrio, ac ad eorum nutum ponendum & amouendum quem eis placuerit, habeat,qui teneatur dare idoneam cautionem eiſdem Cuſtodibus in eius deputatione,de reſtituendo abſq; aliqua pecuniarum ſolutione & fraude, ac omni mora & dilatione, atque exceptione, ſeu excuſatione poſtpoſitis, quoties ab eiſdem Cuſtodibus, ab huiuſmodi Notariatus officio amotus fuerit, omnes & ſingulas ſcripturas ad dictam Archiconfraternitatem, vt pręfertur, quomodolibet ſpectantes, per eoſdem Cuſtodes facto de illis Inuentario, Notario ſucceſſori, ab eiſdem Cuſtodibus deputato conſignandas. Quodque citationes in cauſis pędictis etiam per Curiæ Capitolij, ſeu alios quoſcumque etiam dictę Archiconfraternitatis Mandatarios fieri poſſint: Ac quod quicumque Executores Curiarum, ſeu Tribunalium dictę Vrbis poſſint,& debeant exequi,& effectualiter exequutioni demandare omnes & ſingulas ſententias, decreta, & mandata pro tempore exiſtentis Referendarij huiuſmodi, ſiue in eius abſentia, aut aliàs ipſo impedito, ab eiſdem Cuſtodibus eligendi, ac vt ſupra, nominandi, ac à Protectore approbandi, quę non obſtante Regula Cancellarię ſub eius paruo ſigillo expediri poſſint; Ac inſuper Archiconfraternitatem prędictam, ciuſque Cuſtodes, Camerarium, Officiales, & Miniſtros, ex nunc deinceps occaſione prémiſſorum principaliter, ſeu ſecundariò alibi quàm coram pro tempore exiſtente Referendario, vt pręfertur, electo, & deputato conueniri, aut ad alios conueniendum conſtringi non poſſe; & proceſſus ſententias, mandata, & decreta per alium ſiue alios, tam ordinarios quàm etiam ſpecialiter deputatos, & delegatos Iudices quauis auctoritate fungentes in cauſis pędictis,quomodolibet pro tempore formatos,in quacumque inſtantia latas, & facta cum inde ſequutis quibuſcumque, nulla, irrita, & inania nulliuſq; roboris, & momenti fore; Pręſentem quoque Motus proprij cedulam, ſub quibuſcumque ſimilium, vel diſſimilium gratiarum, aut conceſſionum reuocationibus, ſuſpenſionibus,moderationibus, ſeu limitationibus, etiam per nos,& ſucceſſores noſtros Romanos Pontifices, ac ſedem prędictam, vel eius etiam de latere Legatos, & per Cancellarię Apoſtolicę Regulas pro rempore factas, etiam in fauorem fabricę Baſilicę Principis Apoſtolorum de dicta Vrbe nullatenus compręhenſam, ſed ſemper ab illis penitus & omnino exceptam, ac quoties illę emanabunt, toties pręſentem cedulam

Iudicis facultas cogēdi ī cauſis diſcuſſionū, hęredes vel debitores, ad ſatisfacien. Archiconfraternitati de eius credito, data per eam cautionem vt hic Notariū quoque per Cuſtodes eligeodū, habendi.

Citationes in dictis cauſis fieri poſsint per quoſcūq; Mandatarios.

Executores omnes exequi poſsint, & debeant mandata prædicti Iudicis.

Clauſulæ præſeruatiuæ.

Iam in priſtinum robur reſtitutam eſſe, & cenſeri debere, nec eidem cedulæ per quaſcumque clauſulas generales, vel ſpeciales, etiam derogatoriarum, derogatorias, efficaciores & inſolitas, ac etiam irritantia decreta, ſub quacumque verborum expreſſione in ſe continentes, derogari poſſe, etſi illi vllo vnquam tempore ex aliqua etiam quantumuis neceſſaria, & vrgenti cauſa derogari contingat: niſi tenor Cedulæ huiuſmodi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo inſertus, & huiuſmodi derogatio conſiſtorialiter facta, & per trinas diſtinctas litteras eundem tenorem continentes tribus ſimilibus diſtinctis vicibus, Cuſtodibus, Camerario, & alijs Officialibus Archiconfraternitatis huiuſmodi legitimè inſinuata, & intimata fuerit, eorumque ad id expreſſus accedat aſſenſus, derogationes huiuſmodi nemini ſuffragari debere, etſi ac quoties illa aliquo alio modo reuocari, aut aliàs illi derogari contigerit, toties in priſtinum ſtatum reſtitutam, & de nouo etiam ſub poſteriori data, per prædictos Cuſtodes, Camerarium, & Officiales eligenda, conceſſam, & ſtabilitam eſſe; Et ſic per quoſcumque Iudices etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, ſublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, vbiq; iudicari, & diffiniri debere. Irritum quoque &c. attentari.

Decretum irritans.

Volumus etiam & mandamus quòd omnia & ſingula præmiſſa habeant locum ad fauorem quarumcumque pauperum Puellarum, quæ à prædicta Archiconfraternitate dotem habuerint, pro dictarum dotium conſequutione, ac quorumcumque ab eadem Archiconfraternitate Redemptorum, ita quòd ſint & eſſe intelligantur ſub dicta Iuriſdictione in omnibus, & per omnia, ac ſi principaliter cum illis & quolibet illorum agendo, ſeu defendendo de intereſſe prædictæ Archiconfraternitatis ageretur.

Declaratio qđ ſub eiuſd. Iudicis Iuriſdictione, ſint oēs Redempti, necnō & puellę ab Archiconfr. dotatæ, quo ad dotes conſequendas.

Inhibentes expreſsè moderno, & pro tempore exiſtenti Signaturæ Iuſtitiæ Præfecto, aut aliàs pro tempore Iuſtitiæ Signaturam habenti, necnon Regenti Cancellariæ, qui pro tempore erit, Omnibuſq; & ſingulis Referendarijs, ne decętero ad inſtantiam, & requiſitionem cuiuſcunq; ſupplicationem aliquam recipere, referendariare, ſeu proponere Præfecto Signaturæ Iuſtitię audeant vel præſumant, & ſimiliter Signaturam facienti non ſignet, ſiue auocatoriam, ſiue Simplicis Iuſtitiæ, ſiue appellatoriam & ſimilem, neq; in initio, neq; in medio litis, & ſignatæ nullius ſint roboris & momenti, nullamq; tribuant Iuriſdictionem, neque ipſe Iudex, cui fuerint commiſſæ, audeat illarum virtute citare, inhibere, vel quomodolibet procedere irritum; & inane quicquid ſcienter, vel ignoranter ſecus factum fuerit, ipſo iure decernimus, ſalua ſemper noſtra manu propria ſignata, ſine qua omne reſcriptum cenſeatur & ſit inualidum, & à noſtra voluntate alienum:

Præfectus Signaturæ Iuſtitiæ Regenſque & Referendarii, nō ſignent commiſsiones, cōtra formam præſentium, & Iudices quibus eſſent cōmiſſæ nullàtenus procedant.

Et nihilominus Referendarius ſic, vt præmittitur, deputatus à prędicta Archiconfraternitate, abſq; vitio attentatorum procedere poſſit & valeat; Et inſuper ne propter difficultatem habendi ſeu recuperandi Inſtrumenta publica ſuper teſtamentis, ſeu alijs quibuſcumque diſpoſitionibus piorum Chriſtifidelium, per Notarios, & Tabelliones confecta & ſtipulata, in quibus per ipſos Chriſtifideles in eiuſdem Archiconfraternitatis, ſeu Redemptionis Captiuorum fauorē diuerſa legata facta, illiſq; bona relicta & erogata fuerint, & de quibus illius Cuſtodes, Camerarius, Officiales & Miniſtri prędicti notitiam habere non poſſunt, ipſa Archiconfraternitas varia in temporalibus damna, & detrimenta ſuſtineat & patiatur, eidem Referendario, vt præſertur, electo & deputato, omnes & ſingulos etiam quorumcunque Tribunalium ac Curiarum dictæ Vrbis, & in Archiuio Romanæ Curię & Capitolij deſcriptos Notarios & Tabelliones publicos, etiam quantumcunq; priuilegiatos & exemptos, qui deinceps perpetuis futuris temporibus quæcunque Inſtrumenta publica ſuper teſtamentis, Codicillis, & quibuſuis tam inter viuos quàm cauſa mortis diſpoſitionibus pro quibuſcunq; vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus, conficient aut ſtipulabunt, vel de quibus ipſi Notarij & Tabelliones pro tempore rogati fuerint, in quibus pia legata etiam iure donationis perpetuę, vel fideicommiſſi, ſeu cuiuſuis alterius diſpoſitionis, aut quocunq; alio titulo eidem Archiconfraternitati, ſiue Redemptioni Captiuorum per Chriſtifideles de eorum bonis in toto, vel parte hactenus quomodolibet facta fuerunt, & in futurum fient, ſeu quę vtilitatem vel commodum aut augmentum bonorum, iurium, & emolumentorum Archiconfraternitatis ſeu Redemptionis Captiuorum huiuſmodi, tam coniunctim quàm diuiſim, & tam actiuè

Iudex pręfatus cogere poſsit, Notarios omnes, ad ſibi conſignan. inſtrumenta concernentia aliquod intereſſe Archiconfraternitatis, ſeu Redemptionis captiuorum.

Q quàm

Digitized by Google

quàm paſſiuè, ac tam ſecundariò quàm principaliter concernunt, & concernent quomodolibet in futurum, aut in Archiconfraternitatis ſeu Redemptionis Captiuorum huiuſmodi vtilitatem ceſſerint vel cedant ad dictorum Inſtrumentorum, ſeu illorum particulam intereſſe dictæ Archiconfraternitatis ſeu Redemptionis, vt præfertur, concernentem, Copiam authenticam, & fide dignam, in forma iuris valida & probanti, ſeu inſtrumentum publicum, poſtquam ad id per ipſam Archiconfraternitatem, illiuſque Cuſtodes, Camerarium, Officiales & Miniſtros, coram eodem Referendario requiſiti fuerint, & poſt teſtatorum obitum ſub pœna falſi, ac excommunicationis, alijſq; ſententijs & cenſuris Eccleſiaſticis, ac etiam pecuniarijs pęnis, per contrafacientes eo ipſo incurrendis, ac arbitrio eiuſdem Referendarij infligendis & exequendis, eidem Archiconfraternitati, ſiue illius Cuſtodibus, Camerario, Officialibus ſeu Miniſtris, ſoluta per eoſdem Cuſtodes, Camerarium, Officiales ſeu Miniſtros ipſis Notariis & Tabellionibus mercede, pro ſcriptura ipſius copię authenticę, ſeu inſtrumenti publici tantum, omni mora & dilatione, aut ſubterfugio ceſſantibus, ac quacunque appellatione, ſeu recurſu poſtpoſitis, realiter & cum effectu, ac ſine aliqua fraude dandum, tradendum & conſignandum, auctoritate noſtra moneat: Omnibuſq; ſibi viſis remediis opportunis, vſque ad omnimodam paritionem cogat, atq; compellat. Non obſtantibus præmiſſis, ac fel. rec. Bonifacij Papæ viij. prædeceſſoris noſtri de vna, & Concilij generalis de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas aliquis auctoritate pręſentium ad iudicium non trahatur, alijſq; Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon fabricæ prædictæ, ac perſonarum, Vniuerſitatum, Societatum, Congregationum, Collegiorum, Monaſteriorum, & Hoſpitalium huiuſmodi, aliorumq; quorumcunq; piorum locorum, & ordinum etiam exemptorum, ac qualitercunq; priuilegiatorum, etiam iuramento &c. roboratis, ſtatutis & conſuetudinibus; Priuilegijs quoque, indultis conſeruatoriis, exemptionibus & litteris Apoſtolicis illis, ac dilectis filiis Populo Romano, necnon Iudicibus, Notarijs, Tabellionibus, Curijs ſeu Tribunalibus, eorumq; perſonis, & Collegijs quibuſcũque, & Romanæ Curiæ Officialibus, per quoſcunque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac nos & dictam ſedem, etiam motu, ſcientia & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac aliàs ſub quibuſcumq; tenoribus & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis in contrarium, etiam in vim contractus, aut aliàs quomodolibet conceſſis, confirmatis & innouatis, necnon Reformationibus nouiter factis, & paribus motu & ſcientia approbatis, etiam ſi in eis caueatur expreſsè, quòd cauſæ huiuſmodi ad forum ſeu Curiam Capitolij, & ſeu Auditoris dictæ Cameræ, vel Vicarij, aut aliorum eiuſdem Vrbis Tribunalium reaſſumi debeant, ac aliàs in contrarium præmiſſorum quomodolibet diſponentibus. Quibus omnibus etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumq; totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, & nihil penitus omiſſo, nec per clauſulas generales idē importantes mentio, ſeu quęuis alia expreſſio habēda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, Illorum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbũ expreſſi, & forma in illis tradita obſeruata inſerti forent, pręſentibus pro ſufficiēter expreſſis & inſertis habentes, Illis aliàs in ſuo robore permãſuris, hac vice dumtaxat, harũ ſerie, ſpecialiter & expreſsè eiſdem motu, ſcientia, & Poteſtatis plenitudine derogamus, & ſufficienter derogatum eſſe decernimus, contrariis quibuſcũque: Aut ſi Perſonis, Vniuerſitatibus, Societatibus, Congregationibus, Collegiis, Monaſteriis, Hoſpitalibus, alijſque piis locis prædictis, eorumque Adminiſtratoribus, Officialibus, ſeu Miniſtris, vel quibuſuis aliis communiter, vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, aut extra vel vltra certa loca, Curias, & Tribunalia, ad iudicium trahi non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem; Et quibuſlibet aliis priuilegiis, indultis, ac litteris Apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus, quorumcumque tenorum exiſtant, per quę pręſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta iuriſdictionis ipſius pro tempore exiſtentis Referendarii, vt pręfertur, deputati explicatio, ſiue exequutio impediri valeat quomodolibet vel differri; Et de quibus quorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris litteris

Clauſulæ derogatoriæ.

litteris mentio ſpecialis. Volumus autem ſolam pręſentis Motus proprii Signaturam ſufficere,& vbique fidem facere, in iudicio & extra; Quodque eiuſdem Motus proprii exempla etiam impreſſa, Notarii publici,ſiue eiuſdem Archiconfraternitatis Secretarij manu ſubſcripta, & ſigillo dictę Archiconfraternitatis, vel illius Protectoris, ſeu Referendarii, pro tempore, vt pręfertur, electi & deputati obſignata, eandem prorſus in iudicio, & extra illud fidem vbique faciant, quam ipſe Motus proprius faceret, ſi foret exhibitus vel oſtenſus, Regula quacumque contraria non obſtante.

Sola ſignatura ſufficit.

Fiat Motuproprio F.

Datum Romæ, Apud Sanctum Marcum, quartodecimo Calendas Septembris, Anno Secundo.

XXXVIII.

Confirmatio, & ampliatio iuriſdictionis gratiarum, & priuilegiorum Piſtorum Almæ Vrbis, ſine præiudicio Facultatum, & ſuperintendentiæ Reuerendiſsimi Domini Gubernatoris, quo ad Recurſus.

De Materia iſtorum Priuilegiorum, & iuriſdictionis habes ſup. in Iul. iij. conſt. 28. fol. 529. & Greg. xiij. conſt. 77. fol. 1311. & conſt. 80. fol. 1315. vbi notaui.

SIXTVS Epiſcopus Seruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. CAELESTIS Pater ad hoc nos vniuerſalis Eccleſiæ Rectorem conſtituit, & à nobis oues ſuas paſcendas commiſit, vt omnibus perſonis præcipuè Rom.Curiam ſequentibus, ne indebitis moleſtijs afficiantur, ſed pro earum qualitate iuſtitia miniſtretur, quantū cum Deo poſſumus ſalubriter prouideamus; & ea quæ pro ipſarum perſonarum facili regimine,& gubernatione à noſtris prædeceſſoribus prouida conſideratione emanarunt, vt eò firmius illibata perſiſtant, quò frequentius Apoſtolico fuerint ſtabilita præſidio, noſtræ approbationis munimine, dum à nobis petitur, roboremus. Sanè pro parte dilectorum filiorū Vniuerſitatis Piſtorum Vrbis noſtræ, nobis nuper exhibita petitio continebat: Quòd aliàs poſtquam fel. rec. Leo Papa decimus prædeceſſor noſter, per ſuas litteras, quòd ex tunc in perpetuū nullæ ſignificationes,& inhibitiones ab eo ſuper debitis cum ipſis piſtoribus,ratione panis ab eis accepti, in quacunque quantitate contractis, etiam in ſal conficien. aut alterius cuiuſuis fauorem, per ſpecialia reſcripta, etiam in forma ſalui conductus, etiam ad minimum tempus, Motuproprio, & ex certa ſcientia; aut aliàs quibuſuis perſonis, cuiuſcunq; ſtatus, gradus, vel conditionis exiſterent, concedendæ alicui ſuffragarentur; ſed eo ipſo, poſt illarum emanationem, illicò reuocatæ eſſent,nec locum contra dictos piſtores habere, aut eorum aliquem ceſſio bonorum impedire valeret, quominus contra perſonas debitorum, ſeu creditorum procedi poſſet, Quòdq; pro tempore exiſtentes dictę Vrbis Gubernator, Senator, Conſeruatores, Vicarius,& Auditor Cameræ Apoſtolicæ, aliiq; Iudices ordinarij, eorumq; Locatenentes, in quibuſuis cauſis corā eis, per dictos piſtores,ſeu eorum aliquē, contra debitores,ratione panis, per eos pro tempore crediti dumtaxat, etiam per viam reconuentionis pro tempore mouendis, ſummariè, ſimpliciter, & de plano, nulla iudiciaria tela ſeruata, ſed ſola facti veritate inſpecta, abſq; alicuius ſcripturæ confectione, & aliàs, prout in cauſis mercedum,& ſalariorum, iuxta ordinationem deſuper à piæ memoriæ Iulio Papa ſecundo, etiam prædeceſſore noſtro procedendum eſſe ſtatuerat, & ordinauerat; & deinde per recolendæ memoriæ Iulium Papam tertium, ſimiliter prædeceſſorem noſtrum accepto, dictos Piſtores Conſulatum, in quo ipſis pro rebus artem Piſtorum tangentibus ius reddebatur,

Leo x. debitores pro precio panis in Vrbe ad dilationes, ſeu ceſsiones bonorum, non admitti decreuit.

Iudicesq; Almæ Vrbis, in cauſis Piſtorū occaſione panis, ſola veritate inſpecta procedere iuſsit.

Iulius iij. cōſtitutionē Leonis decimi confirmauit, vt ſup. in ipſius Iul. cōſti. 28. fol. 529.

tur, habere, eoſq; quòd pro tempore exiſtentes Conſules, ius, & rationem inter homines artis, & pro cauſis ad artem huiuſmodi ſpectantibus, & pertinentibus, vſq; ad quamcunq; ſummam reddere valerent. Ita quòd ſi aliquis ipſius artis conueniret in iudicio aliquam perſonam, quæ non eſſet eiuſdem artis, dummodo foret ſuper re ad artem ipſam ſpectante, dicti Conſules iuriſdictionem contra tales conuentos vſque ad ſummam viginti ſcutorum, & non vltra haberent, & perſonæ ſic conuentæ iuriſdictionem huiuſmodi vſqué ad ſummam huiuſmodi incluſiuè declinare non poſſent. Et caſu

Conſulibuſq; Piſtorom cauſas artem concernen. cognoſcendi auctoritatem côceſsit.

quo illam aliqui declinare vellent, nihilominus ipſi Conſules illis licentiam dare non poſſent, neq; id pati deberent, ſub pęna duorum ſcutorum, ex eorum ſalario pro qualibet vice retinen. ſi ſecus facerent, inter cætera ſtatuiſſe, & ordinauiſſe; idem Iulius tertius prædeceſſor, omnia ac ſingula ſtatuta, ordinationes, & litteras Leonis prædeceſſoris huiuſmodi, & in illis contenta quæcumq; auctoritate Apoſtolica approbauerat. Decernens, quòd ipſi Piſtores, & pro tempore eiuſdem artis Conſules, ſuper pręmiſſis, prætextu obligationum in forma Cameræ Apoſtolicæ, impediri, vel aliàs mole-

Dilationeſq; moratorias, & ceſsiones bonorum, debitoribus non ſuffragari declarauit.

ſtari non poſſent, neq; valerent, ſeu eis inhiberi nequiret: & propterea quòd nullæ dilationes moratoriæ, & ceſſiones bonorum, ſiue induciæ etiam quinquennales, vel admiſſio ad beneficium Capituli Odoardus, à pro tempore exiſtente Romano Pontifice, ſiue Senatore prædicto, ſeu Camerario, Clericis, & Præſidentibus Cameræ huiuſmodi, aut ſalinarijs conceſſæ, cuiuſuis perſonæ Eccleſiaſticæ, vel ſeculari ſuffragarentur.

Greg. xiii. edi iuſsit nona Vrbis ſtatuta, in quibus admodû iuriſdictioni dictorû conſulum præiudicatum fuit, vt in lib. 1. ſtat. cap. 42.

Cum poſtmodum antiqua ſtatuta ipſius Vrbis, de mandato ſanctæ mem. Gregorij Papæ xiij. pariter prædeceſſoris noſtri reformata, & innouata fuiſſent, & ob id priuilegijs, indultis, & conſuetudinibus cuiuſlibet artis, maxima ex parte derogatum, & præiudicatum eſſe hęſitaretur. Idem Gregorius prædeceſſor, intentionis & voluntatis ſuę minimè fuiſſe, nec eſſe, priuilegijs, indultis, ſtatutis, & conſuetudinibus ſingularum artium, eorumq; Collegiorum, Conſulum, & iudicum quorumcumq;, circa cognitionem & deciſionem omnium, & ſingularum cauſarum, de rebus & bonis ad ſingulas artes reſpectiuè ſpectantibus, etiam inter & contra homines qui de ipſarum artium artificibus, & Collegijs non erant, nec pro tempore eſſent vertentes; & quæ poſtea verti contingeret, in aliquo derogare, aut derogatum fuiſſe, Motu ſuo proprio declarauit. Decernens omnes & ſingulos Conſules, vel alios quoſcumq; officiales & iudices

Idê Greg. reintegrauit dictã Piſtorum Vniuerſitatê in eius iuriſdictionem, circa cognitionem cauſarû, vt habes ſup. in eius côſti. 80. fol. 1311. Et a ſententiis Conſulum ipſorum Piſtorû infra octo dies & ad Conſeruatores tantum appellari poſſe decreuit, vt ibidem.

Hoc fuit ab eodem Greg. correctû, vt ibid. fol. 1317. & ab iſtomet ſummo Pôt. vt hic in fine vbi pręſeruatur ius appellâdi ad Gub. Vrbis.

omnium & ſingularum artium & Collegiorum huiuſmodi, de negotijs, & cauſis ad ſingulas quaſq; artes reſpectiuè ſpectantibus, etiam inter & contra homines, qui de corporibus & Collegijs artium ipſarum pro tempore non eſſent, cognoſcere, & iudicare potuiſſe, poſſeque & debere, prout & quemadmodum ipſi omnes, & ſinguli Conſules & iudices ſingularum artium, ante prędictam reformationem dictorum ſtatutorum, iuxta cuiuſque ipſorum priuilegia, indulta, & conſuetudines cognoſcere, decidere, ac iudicare poterant & conſueuerant, de rebus tamen ad ſingulas artes ipſas reſpectiuè ſpectantibus, ac à ſententijs, declarationibus, & decretis Conſulum & iudicum prædictorum, infra terminum octo dierum à die latæ ſententiæ, ſeu facti decreti ad Conſeruatores, & non alios quoſcumq; iudices appellari, & recurri poſſe, & debere; & aliter, ſeu ab alijs factæ inhibitiones & ſignificationes, prætextu appellationum, & recurſuum nemini ſuffragari, & aliàs prout in ſingulis dictorum prædeceſſorum litteris deſuper confectis plenius continetur. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubiungebat, pleriq; dubitent, aliqua artis piſtorum huiuſmodi ſtatuta, & præſertim illud quo diſpoſitum eſt, quoſcumque artem prædictam exercere, & clibanum habere volentes, priuſquam ad hoc admitti poſſint, ad ſolutionem trium ſcutorum pro vna Conſulibus artis huiuſmodi, & reliquis duabus partibus hoſpitali Beatæ Mariæ de Laureto de dicta Vrbe applicandorum teneri, per prædictas litteras Gregorij prędeceſſoris huiuſmodi declarationis, & reintegrationis iuriſdictionum artium, earumque Collegiorum, & Conſulum huiuſmodi nullatenus reintegrata fuiſſe. Quare pro parte Vniuerſitatis piſtorum huiuſmodi nobis humiliter fuit ſupplicatum, vt litteris prædeceſſorum huiuſmodi robur noſtrę approbationis adijcere, aliaque in pręmiſſis opportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur Vniuerſitatem piſtorum huiuſmodi, illiuſque ſingulares perſonas, quarum quietem, & com-

modum

Digitized by Google

modum non minori, quàm prędeceſſores noſtri prędicti paternę dilectionis affectu prò ſequimur, à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis cenſuris & pœnis, à iure vel ab homine, quauis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtant, ad effectum pręſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes: Necnon ſingularum litterarum prędictarum tenores veriores pręſentibus pro expreſſis habentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, ſtatuta & ordinationes dictæ Vniuerſitatis, ac ſingulas etiam reintegrationis iuriſdictionum litteras prędeceſſorum huiuſmodi, ac in eis contenta quęcumque, prędicta auctoritate, tenore pręſentium perpetuò approbamus, & confirmamus. Ac inſuper eiſdem, nunc, & pro tempore piſtoribus, vt facilius & minori cum diſpendio iura ſua conſequi poſſint, in omnibus & ſingulis eorum cauſis, litibus, controuerſijs & differentijs, ratione panis per eos crediti, & rerum ad artem huiuſmodi ſpectantium, de cętero mouendis, videlicet, quę triginta ducatos auri de Camera non exceſſerint, Conſules pro tempore exiſtentes dictę artis, contra quoſcumque eiuſdem Vrbis Ciues, opifices, habitatores, ac alias quaſcumque perſonas ſæculares, in alijs verò vſque ad quamcumque ſummam, Pręfectum pro tempore exiſtentem Annonę iudices, contra quoſcumque S. R. E. Cardinales, Epiſcopos, pręlatos, oratores, proceres, & alios Eccleſiaſtica vel temporali dignitate fungentes, dictę Vrbis originarios, vel exteros, auctoritate & tenore pręd ctis perpetuò conſtituimus, & deputamus; eiſdemque nunc, & pro tempore exiſtentibus piſtoribus, facultatem omnes qui eis occaſione crediti panis, ac aliarum rerum artem ipſam concernentium debitores fuerint, pro conſequenda ſatisfactione, ad iudicium coram Conſulibus, & Annonę Pręfecto iudicibus huiuſmodi euocandi: dictis verò Conſulibus, & Annonę Pręfecto pro tempore exiſtentibus, ſingulas cauſas huiuſmodi ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitu & figura iudicij, manuque Regia, ac ſola facti veritate inſpecta; & prout in exactione pecuniarum precij grani, eiſdem piſtoribus ab officialibus eiuſdem Camerę Apoſtolicę pro tempore dati, contra eoſdem piſtores procedi ſolet, audiendi, cognoſcendi, decidendi, ſineq; debito terminandi; necnon citandi, & in forma inhibendi, omnibuſq; alijs facultatibus neceſſarijs, & opportunis, auctoritate & tenore ſimilibus, etiam perpetuò tribuimus. Quòdque debita cum ipſis piſtoribus ratione panis crediti, & aliarum rerum huiuſmodi contracta, ad bonorum, & hęreditatum quarumuis perſonarum, etiam cuiuſcumq; dignitatis, ſtatus, gradus, & conditionis exiſtentium, coram quibuſuis iudicibus dictę Vrbis, tam ordinarijs quàm delegatis, & ſubdelegatis, pro tempore faciendas diſcuſſiones, nullo pacto trahi poſſint. Quinimò ipſi piſtores, pro conſequenda debitorum huiuſmodi ſatisfactione, in omnibus eorum litibus, & cauſis, etiam ſi priores & potiores creditores non ſint, Primum, & potiorē locum obligationibus etiam in forma Camerę Apoſtolicę, etiam iuramento vallatis, ac priuilegijs, cęteriſq; in contrarium facientibus, non obſtantibus quibuſcunq; habere, & obtinere omnino debeant, eiſdem auctoritate & tenore ſimiliter perpetuò ſtatuimus & ordinamus, necnon ſententiarum, mandatorum exequutiuorum, & decretorum per Conſules, & Annonæ præfectum, iudices præfatos pro tempore latarum, & relaxatorum exequutionem, quouis pretextu, etiam quarumcunq; appellationum, recurſuum, inhibitionum, & ſignificationum etiam dotalium nullo modo impediri poſſe, ſed eaſdem ſignificationes, & inhibitiones, per Gubernatorem & alios dictę Vrbis iudices, ad quos ipſi appellantes, & recurrentes recurſum habuerint, denegandas eſſe, eaſq; conceſſas, illico reuocatas, & ipſis recurrentibus minimè ſuffragari volumus. Decernentes à ſententijs, declarationibus, & decretis eorundem Conſulum, ad Conſeruatores, & non alios quoſuis iudices appellari poſſe, & appellationes non niſi in cauſis, & litibus ſuper maiori quàm decem ſcutorum ſumma vertentibus, admittendas eſſe, nec à decem infra recurſus ad aliquos iudices haberi, minuſque concedi poſſe. Ac pręſentes litteras de ſubreptionis vel obreptionis vitio, mentiſque aut intentionis noſtrę defectu notari aut impugnari nullatenus poſſe. Irritum quoque & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus pręmiſsis, ac conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, necnó dictę Vrbis

Hic autem Sāctiſs. Pont. omnes prædeceſſorum conſtit. ad fauorem Piſtorum Vrbis cōfirmat.

Iuriſdictionemq; Conſulibus in cauſis vſque ad duc. 30. & inde ſup. Præfecto Annonæ contra quoſcumq; cōcedit.

Piſtorum credita occaſione panis i diſcuſſionibus nō venire, ſed cæteris creditorib⁹ etiam habentibus oblıgōnes Camerales anteriores eſſe decernit.

Hoc vltimum cōceſsit etiam nreg. xııı. vt ſup. in eius cōſti. 77. fol. 131.

Et a ſententiis Conſulum, ad Conſeruatores tantū, & in cauſis à ıu. ſcutis ſupra appellari poſſe decernit. Hoc reuocatū eſt quoad recurſus ad Gub. Vrbis habēdos, vt mox ſequitur.

Vrbis ſtatutis, legibus, & conſuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegiis quoq;, indultis, & litteris Apoſtolicis eidem Auditori Cameræ, ſeu obligationibus Cameralibus, ac quibuſuis dictæ Vrbis iudicibus ordinari is, & extraordinariis, ac delegatis, illorumq; tribunalibus, & quibuſuis aliis perſonis, etiam locis piis, ſub quibuſcunque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſq; efficacioribus & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, etiam Motu ſimili, etiam Conſiſtorialiter, ac aliàs in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innouatis: quibus omnibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice, & dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus; cæteriſq; contrariis quibuſcumq;. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ abſolutionis, collationis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Clauſulæ derogatoriæ.

Datum Romæ, Apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſexto, quartodecimo Calen. Septembris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Sequitur declaratio, & moderatio prædictorum Priuilegiorum.

Sixtvs Papa V. Ad perpetuam rei memoriam. In tanta rerum, & negotiorum mole, qua Romanus Pontifex aſſiduè premitur, vix euitare poteſt, quin aliqua interdum certis ſuadentibus rationibus, concedat, quæ poſtea recognita, alijs vrgentibus rationabilibus cauſis declaret, ac in meliorem ſtatum redigat rationis, prout rerum qualitate penſata conſpicit in Domino ſalubriter expedire. Cum itaque aliàs nos ſupplicationibus dilectorum filiorum Vniuerſitatis Piſtorum Almæ Vrbis noſtræ inclinati, ſtatuta, & ordinationes dictæ Vniuerſitatis, & ſingulas declarationes, & reintegrationes, ac iuriſdictiones dictæ artis, eiuſq; Vniuerſitatis, & Conſulum litteras à fel. rec. Leone x. Iulio iij. & Gregorio xiij. & forſan alijs prædeceſſoribus noſtris, in fauorem dictorum Piſtorum conceſſas, ac in eis contenta quæcunque, per noſtras litteras approbauerimus, & confirmauerimus. Et inſuper eiſdem pro tempore exiſtentibus Piſtoribus, vt facilius, & minori cum diſpendio iura ſua conſequi poſſent, in omnibus & ſingulis eorum cauſis, litibus, controuerſiis, & differentiis, ratione panis per eos crediti, & rerum ad artem huiuſmodi ſpectan. de cætero mouendis, videlicet, quæ triginta ducatos auri de Camera non exceſſerint, Conſules pro tempore exiſtentes dictæ artis, contra quoſcunque eiuſdem Vrbis Ciues, opifices, habitatores, ac alias quaſcunque perſonas ſeculares, in aliis verò vſque ad quamcunq; ſummam, Præfectum pro tempore exiſtentem Annonæ, Iudices contra quoſcunq; S. R. E. Cardinales, Epiſcopos, Prælatos, Oratores, Proceres, & alios eccleſiaſtica vel temporali dignitate fungentes, dictæ Vrbis originarios, vel exteros, perpetuò conſtituerimus, & deputauerimus, eiſdemq; pro tempore exiſtentibus Piſtoribus, facultatem omnes, qui eis occaſione crediti panis, & aliarum rerum artem ipſam concernentium debitores fuerint, pro conſequenda ſatisfactione, ad iudicium coram Conſulibus & Annonæ Præfecto Iudicibus huiuſmodi euocandi: dictis verò Conſulibus, & Annonæ Præfecto pro tempore exiſtentibus, ſingulas cauſas huiuſmodi ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitu & figura iudicij, manuq; regia, ac ſola facti veritate inſpecta, & prout in exactione pecuniarum pretij grani, eiſdem Piſtoribus, ab officialibus eiuſdem Cameræ Apoſtolicæ pro tempore dati, contra eoſdem Piſtores procedi ſolet, audiendi, cognoſcendi, decidendi, fineq; debito terminandi, necnon citandi, & in forma inhibendi, omnibuſq; alijs facultatibus neceſſarijs & opportunis, etiam perpetuò tribuerimus. Quòdq; debita cum ipſis Piſtoribus, ratione panis crediti, & aliarum rerum huiuſmodi contracta, ad bonorum,

Compendium priuilegiorum Vniuerſitati, & Cõſulibus Furnariorum Vrbis conceſſorũ.

bonorum, & hæreditatum quarumuis perſonarum, etiam cuiuſcumq; dignitatis, ſtatus, gradus, & conditionis exiſtentium, coram quibuſuis Iudicibus dictæ Vrbis, tam ordinarijs, quàm delegatis & ſubdelegatis pro tempore faciendas diſcuſſiones, nullo pacto trahi poſsint; quinimò ipſi Piſtores, pro conſequenda debitorum huiuſmodi ſatisfactione, in omnibus eorum litibus & cauſis, etiam ſi priores & potiores creditores non eſſent, primū & potiorem locum, obligationibus etiam in forma Cameræ Apoſtolicæ, etiam iuramento vallatis, ac priuilegijs, cæteriſq; in contrarium facientibus nō obſtantibus quibuſcunq; habere, & obtinere omnino deberent, ſimiliter perpetuò ſtatuerimus, & ordinauerimus. Necnon ſententiarum, mandatorum, executorum, & decretorum per Conſules, & Annonæ Præfectum Iudices præfatos pro tempore latarū, & relaxatorum executionem, quouis prætextu, etiam quarumcunque appellationum, recurſuum, inhibitionum, & ſignificationum etiam dotalium, nullo modo impediri poſſe, ſed eaſdem ſignificationes, & inhibitiones per Gubernatorem, & alios dictæ Vrbis Iudices, ad quos ipſi appellantes, & recurrentes recurſum habuerint, denegandas eſſe, eaſq; conceſſas, illicò reuocatas, & ipſis recurrentibus minimè ſuffragari voluerimus: necnon à ſententijs, declarationibus, & decretis eorundem Conſulum, ad Conſeruatores, & non alios quoſuis Iudices appellari poſſe, & appellationes nō niſi in cauſis & litibus, ſuper maiori quàm decem ſcutorū ſumma vertentibus, admittendas eſſe, nec à decem infra recurſus ad aliquos Iudices haberi, minuſq; concedi poſſe decreuerimus, ac litteras noſtras huiuſmodi de ſubreptionis, & obreptionis vitio, mentiſq; aut intentionis noſtræ defectu notari, aut impugnari nullatenus poſſe: irritum quoque & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, etiam decreuerimus, & aliàs prout in dictis noſtris litteris plenius continetur. Sed quia nuper accepimus, quòd idem, Gregorius prædeceſſor noſter, poſt præfatas confirmationes & conceſsiones, Motuproprio Nonis Iulij, Anno eius Pontificatus decimo, declarauit intentionis ſuæ nunquam fuiſſe, in aliquo iuriſdictionibus, & facultatibus, ac ſuperintenden. Almæ Vrbis pro tempore Gubernatoris, eiuſq; Locatenentium præiudicatum fuiſſe, nec eſſe, eiuſdemq; pro tempore Gubernatoris, & Locatenentium quaſcunq; facultates, & iuriſdictiones omnino ſaluas & illæſas remanere, eiſque ſuas & prædeceſſorum litteras, & conceſsiones in nihilo obſtare debere: Quinimò idem Gregorius per alias eius litteras, die decimatertia Nouembris, Pontificatus ſui anno ſimiliter decimo declarauerit, Iudices quoſcumq; Almæ Vrbis, & conſeqnenter Gubernatorem, eiuſq; Locatenentes, quaſcunque lites & differentias, occaſione panis, & aliarum rerum artis Piſtorum cognoſcere poſſe, etiam ſummariè, Ideo ne dum dictæ Vniuerſitati Piſtorum proſpicere volumus, aliquod præiudicium inferatur bono & pacifico regimini Almę Vrbis, quod in pręſentiarum Venerabili fratri Mariano Epiſcopo Marturanen. per nos commiſſum exiſtit, inhęrendo declarationibus, quas pręfati Gregorius xiij. & Pius etiam iiij. ac alij prędeceſſores noſtri in ſimilibus fecerunt: Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, ac de Apoſt. poteſtatis plenitudine, tenore pręſentium decernimus & declaramus, intentionis noſtrę minimè fuiſſe, nec eſſe, in aliquo iuriſdictionibus & ſuperintendentijs moderni, ac pro tempore exiſtentis Gubernatoris dictæ Vrbis, & eius Locatenentium, quoad recurſum ad eos à dictis Piſtoribus habendum præiudicare. Quinimo eiuſdem Gubernatoris, & eius Locatenentium iuriſdictiones, & ſuperintendentias, ac facultates omnes, quoad recurſum huiuſmodi tantum, ſaluas & omnino illæſas in omnibus & per omnia remanſiſſe, & remanere debere, Apoſtolica auctoritate volumus, & mandamus; ſicque per quoſcunque Iudices ordinarios, vel delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolci Auditores, ſublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpetrandi facultate & auctoritate, vbique iudicari & diffiniri debere; irritum quoque & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari: Non obſtantibus præmiſſis, ac etiam noſtra de iure quæſito non tollendo, ſi opus ſit, & quibuſuis aliis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon Vniuerſitatis, & Artis Piſtorum huiuſmodi, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoq; indultis, & litteris Apo-

Declaratio, qđ p̄dicta nō præiudicét faculta tib' Gubernatoris Vrbis, & eius ſuper intendentiæ quoad recurſus.

Decretum irritans.

Clauſulæ derogatoriæ.

ris Apoſtolicis, illis eorumq; Conſulibus, necnon dicto Præfecto Annonę, & alijs Conſeruatoribus, & quibuſuis alijs perſonis, ſub quibuſcumq; tenoribus & formis, ac cum quibuſuis clauſulis & decretis, in genere vel in ſpecie, ac motu, & ſciētia, in ſimilibus, & multiplicatis vicibus conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus etiam ſi de illis, eorumq; totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales, idem importantes mentio, ſeu quęuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, illorum tenores pręſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſè derogamus, cęteriſq; contrarijs quibuſcumq;.

Datum Romę, Apud Sanctum Marcum ſub annulo Piſcatoris, die nona Octobris, Milleſimi quingenteſimi octuageſimi ſexti, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Thom. Thomaſius Gualterutius.

XXXIX.

Referendariorum Vtriuſque ſignaturæ Summi Pontificis reformatio, gratiarumq; & Priuilegiorum conceſsio.

Alia Priuilegia Referendariis conceſsit Paul. iij. vt ſup. in eius conſt. 24. fol. 402. quorum reuocationes, & moderationes notaui ibi in Apoſtillis.

SIxtvs Papa Quintus, Ad perpetuam rei memoriam.

QVEMADMODVM prouidus Agricultor, ad vberiorem eius futuram frugem temporum vices ſolicitè obſeruat, arbores ordine diſponit, & ne illarum vires latius diffuſæ euaneſcant, nimiam frondium, ramorumque frequentiam comprimit, & reſecat, ac ibidem inordinata, & indiſpoſita, ſi quæ ſint, ad meliorem formam reducere ſatagit: Ita nos agri Dominici curę, ſuperna diſpoſitione præpoſiti, efficacem, & fructuoſam operam in illius cultura impendere credimus, cum ad ea vigilantiæ noſtræ ſtudium ſedulò conuertimus, per quę huius ſedis Apoſtolicæ dignitates, & officia, præſertim noſtram gratiæ, & iuſtitiæ ſignaturam concernentia, tanquam feraces plantæ in ipſo agro Dominico conſitæ, vtili & commoda rerum diſpoſitione ſalubriter dirigantur, & ex eorum adminiſtratione ſperati fructus ad Dei gloriam, & illius gregis vtilitatem, dictæque ſedis decorem maiori in dies cum fœnore proueniant. Abuſus verò, qui in illis paſſim, abſque perſonarum delectu conferendis irrepſerunt, reſectis, & veluti putatis ramis ſterilibus, de medio ſubmoueantur: In quam curam cogitationemque pro officij noſtri debito incumbentes, opportunum, imò neceſſarium eſſe cenſemus, vt ad eiuſdem Signaturæ, tam Gratiæ, quàm Iuſtitiæ miniſteria, non niſi cognitæ, & ſpectatę virtutis viri aſſumantur, & proinde illius Referendariorum cœtus nimia pręteritorum temporum indulgentia, & quorundam inſtantia ſupra modum, non ſine priſtinæ ſuę dignitatis diminutione adauctus, reſecata illorum multitudine ad certum, & determinatum numerum, inque compoſitum ordinem redigatur, ne multitudo ipſa rebus gerendis confuſionem, & impedimentum afferat, & ſpes vberioris fructus, quę in eorum muneribus ritè, & fideliter obeundis poſita eſſe debet, nos atque ipſos fruſtretur.

Sanctiſsimus iſte Pōtifex ex cauſis hic expreſsis.

Itaque opportuna circa hæc remedia adhibere volentes, Motuproprio, &c. & ex certa ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, hac noſtra perpetuò valitura conſtitutione, ſtatuimus, & ordinamus, quòd nullus deinceps in Referendarium alterutrius ſignaturę prędictæ, etiam cedentibus, vel decedentibus, aut aliàs deficientibus, qui nunc ſunt Referendarijs præfatis, omnino admittatur, donec, & quouſq; omnium Referendariorum huiuſmodi numerus imminutus, & ad centum dumtaxat reductus fuerit: Illo autem ſic reducto & imminuto, præſcriptus centenarius numerus Refe-

Referendariorum numerum ad cētum præfinit.

Referendariorum huiuſmodi, nullo vnquam tempore augeatur: Sed neque inter hos omnes vltra ſeptuaginta ſignaturæ gratiæ Referendarij eſſe poſſint.

Admittendorũ ad Signaturam Iuſtitiæ qualitates, & admiſſionis formam præſcribit.

Nec vllus nnmero, & conſortio Referendariorum Iuſtitiæ decętero adſcribatur, niſi ſit ex legitimo matrimonio, honeſtiſque parentibus procreatus, & clericali charactere inſignitus, ac vtriuſque, vel alterius iurium doctor, in aliqua ſtudij generalis Vniuerſitate promotus, & in Romana Curia habitu & tonſura clericalibus incedendo, per biennium verſatus, vitæq; integritate, ac morum probitate commendatus, & ſaltem in vigintiquinque ætatis ſuæ anno conſtitutus, habeatque in bonis temporalibus, vel beneficijs Eccleſiaſticis, vnde in ipſa Curia dignitatis ſuę gradum valeat decenter ſuſtinere. Porrò antequàm ad ipſius admiſſionem procedatur, per eiuſdem Signaturę Iuſtitiæ Præſectum vocatis, & congregatis ad id ſex antiquioribus Referendarijs, ſecretò examinari, & ad hunc effectum ſaltem binas ſupplicationes, ſeu commiſſiones ſibi ab ipſo Præſecto ex tempore porrectas proponere debeat: quòd ſi collectis Pręſecti & ſex antiquiorum Referendariorum præſatorum ſuffragiis, ſuper quibus eorum conſcientiam oneramus, taliter in huiuſmodi propoſitione ſe habuerit, vt relatione ſuper hoc, per dictum Pręſectum nobis, aut pro tempore exiſtenti Roman. Pontifici facta meruerit commendari, & approbari; tunc, & non aliàs in Referendarium eiuſdem ſignaturę iuſtitię admittatur, pręſtito prius per eum in manibus eiuſdem Pręſecti ſolito iuramento.

Admiſtendorum ad Signatura gratię qualitates declarat.

Ad ſignaturam verò gratię nemini pateat aſcenſus, niſi ſaltem triennio in Signatura iuſtitię fuerit laudabiliter verſatus, exceptis dumtaxat cauſarum Palatij Apoſtolici Auditoribus, & Camerę Apoſtolicę Clericis, quorum qniſque ad vtramque Signaturam quouis tempore aſciſci valeat.

Aſſiſtentium Signaturę gratiæ numerum, & ordinem ponit.

Inſuper, quòd eidem ſignaturę gratię ſemper decem & octo Referendarij in Curia præſentes, nec legitimo impedimento detenti, duodecim videlicet antiquiores, penes quos ſententiæ dicendæ in ipſa ſignatura gratiæ, ſuo quiſque loco, & ordine facultas exiſtit, & alij tres, quibus onus libellos ſupplices proponendi incumbit: reliqui verò tres ſucceſſiuè propoſituri, necnon Theſaurarius generalis, & etiam generalis Auditor cauſarum Curiæ dictæ Camerę, ac vnus ex Palatij Apoſtolici Auditoribus, & vnus ex eiuſdem Cameræ Clericis, alternatis vicibus, item noſtri in Vrbe Vicarij, & cauſarum Curiæ præſatæ Auditoris, Locatenentes, necnon Secretarius Apoſtolicus, ac in eadem ſignatura gratiæ proponendi munus à Referendariorum Decano ad cæteros omnes per turnum, iuxta ſuæ cuinſque receptionis & admiſſionis ordinem deducatur.

In ſignatura verò iuſtitiæ circa rationem proponendi, ibidem ſeruari ſolitam, nihil ducimus innouandum.

Referendarios omnes, ſup. cõceſſione ſui Referendariatus infra tres menſes litteras Apoſtolicas expedire debere præcipit.

Ne autem, quo quiſque tempore, in ſignatura tam Iuſtitiæ, quam gratiæ ſit admiſſus, hæſitari contingat: ſinguli Referendarij nunc exiſtentes, quibus ſuum cuique locum & ordinem ſaluum & illæſum eſſe volumus, intra tres menſes à data præſentium computandos: alij verò in futurum admittendi, ante cuiuſque eorum admiſſionem, litteras Apoſtolicas, ſub plumbo ſuper conceſſione ſui officij Referendariatus huiuſmodi expedire teneantur: quæ noſtri, & pro tempore exiſtentis Roman. Pontificis Datarij manu ſubſcriptæ, eandem prorſus roboris firmitatem obtineant, quam obtinerent, ſi iuxta ſtylum Cancellariæ Apoſtolicæ, ſeu dictæ Camerę per omnes, & ſingulos officiales, & alios, ad quos litterarum Apoſtolicarum expeditio pertinet, ritè & legitimè forent expeditæ.

Familiaritatis, & verè Nobilitatis priuilegia ac inſignia ſua gẽtilia eiſdem concedit, & à Iuriſdictione Ordinariorum eximit.

Familiarium Apoſtolorum priuilegia vide ſupr. in Clem. vij. conſt. 14. fol. 307. vbi notaui.

Cæterum, vt Referendarij præfati, ad ſuſcipiendos pro dicta Sede labores, eò promptiores reddantur, quò exinde ſpiritualibus & temporalibus gratijs ſe cognouerint vberius eſſe refertos: omnes, & ſingulos nunc, & pro tempore exiſtentes Referendarios vtriuſque, vel alterius Signaturæ huiuſmodi, in noſtros & pro tempore exiſtentis Roman. Pontificis familiares, continuos commenſales, gratioſè recipimus, & ab omni iuriſdictione Ordinariorum locorum quorumcunque eximimus, & totaliter liberamus, ac nobis, & dictæ ſedi immediatè ſubijcimus, nobilitatiſque titulo decoramns; ac veros & indubitatos familiares, continuos commenſales noſtros, & pro tempore exiſtentis Rom. Pontif. vt præfertur, liberos, exemptos, & Nobiles eſſe, ſeque tales in quibuſcunq;

buſcunq; Apoſtolicis, & alijs litteris, ſcripturis, & actibus, tam publicis, quàm priuatis ſcribere, & nominare, ac ab alijs inſcribi, & nominari debere decernimus, & declaramus: eiſdemque Referendarijs nunc, & pro tempore exiſtentibus, in ſignum honoris & verę nobilitatis, inſignia noſtra gentilitia, vnà cum ſuis armis, & inſignijs geſtare, ac omnibus & ſingulis priuilegijs, præeminentijs, indultis, immunitatibus, honoribus, & gratijs, quibus alij veri, & indubitati Nobiles ex nobilium, etiam Illuſtrium genere, ex vtroque parente procreati, tam in iudicio, quàm extra, vbicunq; locorum de iure, vel conſuetudine, ac aliàs quomodocunque vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum in omnibus, & per omnia perinde ac ſi de Nobilium etiam Illuſtrium genere, verè, & non fictè procreati, & geniti forent vti, potiri, & gaudere.

Et in Monaſterijs eis in Commẽdam datis, mitra ânulo baculo, &c. vtendi, & Populo benedicendi facultatem elargitur.

Necnon in Monaſterijs per eos in Commendam pro tempore obtentis, quorum præteriti Abbates mitra, & alijs Pontificalibus inſignijs, ex priuilegio Apoſtolico, aut aliàs vti conſueuerunt, etiam mitra, annulo, & baculo, cæteriſque Pontificalibus inſignijs, & ornamentis perinde, ac ſi eiſdem Monaſterijs, tanquàm Abbates præeſſent, etiam vti, necnon poſt miſſarum, & aliorum diuinorum officiorum ſolemnia, Populo tunc intereſſenti ſolemni more, dummodo inibi præſens non ſit aliquis Antiſtes, ſeu dictę Sedis Legatus, aut ſi præſens fuerit ad id eius accedat aſſenſus, benedicere, & liberè & licitè valeant. Necnon aliquem idoneum presbyterum ſęcularem, vel cuiuſuis ordinis regularem ab Ordinario approbatum, in ſuum poſſint eligere confeſſorem, qui omnium peccatorum de quibus corde contriti, & ore confeſſi fuerint, ſemel in vita, & in mortis articulo plenariam remiſſionem & indulgentiam, eis ſacra communione refectis, & in Catholicę fidei ſinceritate, Romanęque Eccleſię vnitate, ac Roman. Pontific. canonicè intranris obedientia perſeuerãtibus, dicta auctoritate concedere poſſit.

Confeſſorumque ab ordinario approbatũ, q ſemel in vita & in articulo mortis plenariam eis concedat Indulgentiam.

Celebrandiq; ac celebrari faciendi circa auroram, & etiã in locis interdicto Eccleſiaſtico ſuppoſitis.

Liceatque eiſdem Referendarijs, vbi negotiorum, & temporum ratio expoſtulabit, miſſas antequam eluceſcat dies, circa tamen Auroram, necnon ſi forſan ad loca eccleſiaſtico interdicto, tam ordinaria, quàm Apoſtolica auctoritate ſuppoſita, eos declinare contigerit, in illis ſubmiſſa voce, clauſis ianuis, & non pulſatis campanis, ac excommunicatis & interdictis excluſis, in ſua familiariumque ſuorum domeſticorum, & trium aliarum perſonarum eorum arbitrio eligendarum præſentia, dummodo ipſi & qui præſentes fuerint, cauſam non dederint interdicto, neque eis ſpecialiter interdictum fuerit, ſimiliter miſſas & alia diuina officia, per ſeipſos, ſi presbyteri fuerint, vel per proprium, aut alium idoneum ſacerdotem ab Ordinário approbatum, celebrare, & celebrari facere, illaque audire, & eis intereſſe; necnon tempore interdicti huiuſmodi ſacram Euchariſtiam, & cætera Sacramenta recipere, ipſiſque dicto tempore decedentibus eorum corpora eccleſiaſticæ ſepulturæ, etiam cum funebri pompa, Chriſtiano ritu tradi poſſint.

Stationes Vrbis dictis Referendarijs viſitantibus Eccleſias ab eis eligendas concedit.

Necnon Quadrageſimali, & alijs temporibus ac diebus Stationum Baſilicarum, & eccleſiarum dictæ Vrbis, & extra eius muros, ſi in ijs locis in quibus eos etiam Romæ eſſe contigerit, duas eccleſias aut vnius vel diuerſarum eccleſiarũ eorum arbitrio eligendas, viſitauerint, ac ibidem orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam ſalſtem ter deuotè recitauerint, omnes & ſingulas Indulgentias, & peccatorum remiſſiones conſequantur, quas conſequerentur ſi eiſdem temporibus & diebus Stationum, Baſilicas, ac eccleſias Vrbis & extra eius muros huiuſmodi, ad id deputatas, perſonaliter viſitaſſent.

Carnes, & lacticinia temporibus prohibitis, de conſilio vtriuſq; Medici, abſq; ſcandalo veſci poſſe indulget.

Eidem quoque Quadrageſimali, & alijs temporibus, quibus eſus carnium, ouorum & lacticiniorum vſus de iure, vel conſuetudine eſt prohibitus, eiſdem carnibus, ouis & lacticinijs de conſilio vtriuſq; Medici, ac ſecretò, & ſine ſcandalo vti, & veſci liberè & licitè valeant, dicta auctoritate tenore præſentium concedimus, & indulgemus.

Bonif viij. conſtitutionẽ, ad ipſos Referendarios extẽdit.

Præterea conſtitutionem fel. rec. Bonifacij Papæ viij. prædeceſſoris noſtri, quæ incipit: Statutum, ad eoſdem Referendarios, nunc & pro tempore exiſtentes extendimus, ita vt ipſi omnes ſint & eſſe cenſeantur Eccleſiaſtica dignitate præditi, & iuxta diſpoſitionem conſtitutionis huiuſmodi qualificati, etiam ad hoc, vt in eorum tanquam perſonarum in dignitate eccleſiaſtica conſtitutarum manibus, penſiones ab ijs qui ſufficienti ad

ti ad hoc facultate ſuffulti fuerint, transferri valeant, ac tranſlationes penſionum ab ipſis faciendæ huiuſmodi, validæ, & efficaces exiſtant, ſuoſque effectus ſortiri debeant.

Clauſulæ præſeruatiuæ.

Decernentes præſentes litteras nullo vnquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio quouis defectu notari, impugnari, inualidari, aut in ius vel controuerſiam reuocari, nec ſub quibuſuis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum reuocationibus, aut aliis contratijs diſpoſitionibus comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas, validaſque & efficaces eſſe, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, ac ab omnibus ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit obſeruari; ſicque per quoſcunque iudices ordinarios, vel delegatos etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, ſublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, ac diffiniri debere: irritum quoque & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Defenſorũ, & Executorũ huius conſt. deputatio, & facultates.

Quocirca vniuerſis, & ſingulis Venerabilibus Fratribus noſtris Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, necnon dilectis filijs Abbatibus, Prioribus, & quibuſuis alijs perſonis in dignitate Eccleſiaſtica, & vbicunque locorum conſtitutis, per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes litteras, & in eis contenta quæcunque, vbi & quando opus fuerit, aut quoties pro parte Referendariorum prædictorum, vel alicuius eorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra pręſentes litteras, & in eis contenta huiuſmodi ab omnibus, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, inuiolabiliter obſeruari; ipſoſque Referendarios, ac eorum ſingulos illis pacificè frui, & gaudere: non permittentes eos deſuper, per quoſcunque quomodolibet indebitè moleſtari. Contradictores quoſlibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaq; opportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, necnon legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis.

Clauſulæ derogatoriæ.

Non obſtantibus præmiſſis, ac præfati Bonifacij prædeceſſoris de vna, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas aliquis auctoritate præſentium ad iudicium non trahatur: necnon Lateranen. etiam nouiſſime celebrati, & præfati generalis, & aliorum Conciliorum, ac pię memorię Innoc. iiij. Sixti etiam iiij. Innocentij viij. Pauli ij. & quorumcumque aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, contra exemptos editis: necnon Pij iiij. ſimiliter prædeceſſoris noſtri, de gratijs intereſſe dictæ Cameræ concernentibus, in eadem Camera regiſtrandis, alijſque Apoſtolicis, ac in prouincialibus & ſynodalibus Concilijs editis, generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus & ordinationibus, necnon Cameræ præfatæ, ac Eccleſiarum, Monaſteriorum, & locorum quorumcumque, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis, illis eorumque Præſulibus, Capitulis, Abbatibus, Conuentibus & perſonis, necnon præfatis locorum ordinariis per quoſcumque Roman. Pont. prædeceſſores noſtros, ac nos, & dictam Sedem ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, nenon irritantibus, & aliis decretis in genere, & in ſpecie, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, etiam Conſiſtorialiter, ac aliàs quomodolibet, etiam iteratis & multiplicatis vicibus conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus & ſingulis, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa & indiuidua, non autem per clauſulas generales idem importates mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda eſſet, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata, inſerti, forent, pręſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, & ad effectum pręmiſſorum omnium, harum ſerie ſpecialiter & expreſsè derogamus: aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſsint per litteras Apoſto-

licas,non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem. Verum quia difficile foret præſentes litteras, ad ſingula loca, in quibus de eis fides forſan facienda foret, deferre: Volumus, & eadem auctoritate decernimus, quòd ipſarum tranſumptis, etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius Curiæ Eccleſiaſticæ, ſeu perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in iudicio, & alibi, vbi opus fuerit, adhibeatur, quæ adhiberetur eiſdem præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli &c.

Datum Romæ, Decimo Calen. Octob. Anno Secundo.

E. Dat.

Publicatio.

Anno à Natiuitate Domini Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſexto, Indictione decimaquarta, die vero decimaſexta menſis Octob. Pontificatus Sanctiſſ. D. N. D. Sixti diuina prouidentia Papæ V. Anno Secundo, Retroſcriptæ litteræ lectæ & publicatæ fuerunt, & per aliquod temporis ſpatium dimiſſæ in Portis, ſeu valuis Baſilicarum S. Ioannis Lateranen. & S. Petri Principis Apoſtolorum de Vrbe, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ, & aciei Campi Floræ, per nos Ioannem Freile, & Octauium Taglicttum Sanctiſſ. Domini Noſtri Curſores.

Alex. Parabiachus Mag. Curſ.

XXXX.

Conceſſio, & declaratio pro Fratribus Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Obſeruantia, vt liberè & licitè retinere valeant omnes Eccleſias, & Conuentus, quos vbique terrarum poſſident: dummodo Ordinariorum conſenſum habeant, quo ad eos dumtaxat Conuentus, quos poſſident à decem annis citra.

Confirmauit etiam hic idem Sanctiſſimus Pontif. omnia eiuſdem Ordinis priuilegia, vt infra in conſt. 70.

SIXTVS Papa V. Dilecte fili, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

CVM, ſicut nobis nuper expoſuiſti, tu annis proximè lapſis pro iniuncto tibi Miniſteriatus tui generalis Ordinis Fratrum Minorum de Obſeruantia onere, omnes, & ſingulas præfati Ordinis Prouincias, tam in Italia, quàm extra eam exiſtentes viſitaueris, multaſq; domos, eccleſias, & loca Ordinis præfati, ab eorum Miniſtris, Cuſtodibus, ſeu Guardianis, & fratribus retineri reperieris, abſq; eo quod ipſi Miniſtri, ſeu Guardiani, & fratres de aliquo eccleſiarum, & domorum ac locorum huiuſmodi titulo, ſeu conceſſione à Sede Apoſtolica, vel aliàs legitimè habita & facta docere valeant, cùm dictæ conceſſiones aut non obtentæ, vel non expeditæ, ſeu dictarum domorum Miniſtrorum, Guardianorum, ſeu Cuſtodum incuria, ſiue etiam ob bella, aut depopulationes, vel alios caſus ſiniſtros, aut aliàs deperditæ ſint, quamuis domus, & Eccleſiæ, ac loca prædicta, ab eorum Miniſtris, ſiue Guardianis, & fratribus bona fide, ac pacificè & quietè poſſideantur. Tuque nobis humiliter ſupplicaſti, vt potiori pro dictorum Miniſtrorum, Cuſtodum, ſiue Guardianorum & fratrum conſcientiarum ſecuritate, & cautela, tibi, dictiſque Miniſtris, Cuſtodibus, ſiue Guardianis, & fratribus in præmiſſis de aliquo opportuno noſtro, & Sedis Apoſtolicæ remedio prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur pro noſtri paſtoralis officij munere, tuiſque ſupplicationibus in hac parte inclinati, in præmiſſis opportunè prouidere, dictarumque domorum, & eccleſiarum, ac locorum qualitates, & quantitates, aliaque neceſſaria exprimenda hic pro plenè, & ſufficienter expreſſis habere volentes, teque ac dictos Miniſtros, Guardianos, ſeu Cuſtodes & fratres à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris,

Franciſcus Gonzaga Generalis Miniſter Fratrum de Obſeruãtia, exponit ſummo Pont. quod multa loca, & Eccleſias ipſi poſſident, licet de legitimo titulo, ſeu cõceſſione, ex cauſis hic expreſſis docere nequeant.

cenſuris, & pœnis, à iure vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtitis, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, tibique ac cæteris Miniſtris, Cuſtodibus, ſeu Guardianis & fratribus dicti Ordinis, nunc & pro tempore exiſtentibus, vt quæcunq; loca, domos & eccleſias, quæ vos in hanc vſque diem, in quibuſcunque mundi partibus, ac etiam inſulis, & Regnis nouis Indiarum Occidentalium, & Orientalium, quomodolibet, ea videlicet, quæ à decem annis ſupra, quę verò à decem annis citrà de conſenſu Ordinariorum poſſidetis, liberè, & licitè, ac vſque aliquo conſcientiarum veſtrarum ſcrupulo, aut cenſurarum, & pœnarum incurſu, etiamſi de illorum conceſſionibus à Sede Apoſtolica, vel aliàs quomodolibet factis, ac fieri neceſſarijs nullibi, vt præmittitur, appareat, perpetuò retinere & poſſidere, ac in eorum quieta, & pacifica poſſeſſione remanere, illamque in omnibus & per omnia, perinde ac ſi antequàm loca, domos, & eccleſias huiuſmodi, & eorum ſingula recepta fuiſſent, de illis recipiendis competens, & ſufficiens facultas à Sede Apoſtolica, & locorum Ordinariis, in quorum ciuitatibus, & diœceſibus conſiſtunt, obtenta fuiſſent, continuare valeatis, Apoſtolica auctoritate, præſentium tenore concedimus:

Hi itaque Sanctiſſ. Pont. eiſdem concedit, vt ea liberè, & licitè retinere valeant, dúmodo habeant cõſenſum ordinariorum quo ad loca quæ habẽt a decem annis citra.

Necnon eccleſiis, domibus & locis prædictis, illorumque Miniſtris, Guardianis, ſeu Cuſtodibus, & fratribus nunc, & pro tempore exiſtentibus, vt omnibus & ſingulis priuilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, prærogatiuis, antelationibus, præeminentiis, indultis, fauoribus, gratiis, conceſſionibus, indulgentiis, & peccatorum remiſsionibus, & relaxationibus, quibus aliæ dicti Ordinis eccleſiæ, domus & loca, quæ à principio de eiuſdem Sedis Apoſtolicæ, & ordinariorum locorum licentia recepta, & ædificata fuerunt, eorumque Miniſtri, Guardiani, ſeu Cuſtodes, & fratres ac aliæ perſonæ, tam de iure, vſu, conſuetudine, priuilegio, & conceſsione, quàm aliàs quomodolibet in genere vel ſpecie vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti potiri & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum, ipſi ſimiliter, ac pariformiter, & ſine vlla penitus differentia vti, potiri, & gaudere liberè, & licitè valeant, indulgemus.

Indulgentiaſque, & priuilegia eiſdem concedit, quæ conceſſa fuerunt locis, & Eccleſiis à principio licitè receptis, & ædificatis.

Decernentes inſuper te, ac Miniſtros, Cuſtodes ſeu Guardianos, & fratres eccleſiarum, domorum, & locorum prædictorum decætero, ad docendum de facultate ſiue licentia recipiendi eccleſias, domos & loca prædicta ab eadem Sede, & locorum Ordinariis obtenta, aliàs quàm per pręſentium oſtenſionem, quam vbique, tam in iudicio quàm extra, præterquam quòd ad docendum de dicto conſenſu Ordinariorum, in his quæ poſsidetis à decem annis citra, ſufficere volumus pro ſufficienti, & plena probatione omnium, & quorumcunq; neceſſario probandorum, ad effectum conſequendi præmiſſa, hiſq; omnibus plenariè fruendi minimè teneri, nec obligatos exiſtere. Sicq; per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios ordinarios, & delegatos, etiam Palatij Apoſtolici cauſarum Auditores, & S.R.E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, diffiniendi, & interpretandi facultate iudicari, diffiniri, & interpretari debere, ac quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus.

Decretum irritans.

Non obſtantibus pręmiſsis, ac fel. rec. Bonifacii Papę viij. pędeceſſoris noſtri, de nouis locis per Mendicantes, abſq; dictæ Sedis licentia non recipiendis, & quibuſuis aliis conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, cęteriſq; contrariis quibuſcunque.

Clauſulæ derogatoriæ.

Volumus autem quòd pręſentium tranſumptis ſeu copiis in opere nouo, de omnibus domibus, eccleſiis, & locis pędicti Ordinis, eaq; concernentibus propediem, te auctore in Typographia Romana Dilecti filij Dominici Baſę cudendo, aut etiam ſeparatim imprimendis, & à te, ſeu pro tempore exiſtente Miniſtro, ſeu Commiſſario generali Ordinis pęfati ſeparatim imprimendis, ſubſcriptis, & ſigillo officii Generalatus, ſeu Commiſſariatus huiuſmodi munitis, eadem prorſus vbiq; fides tam in iudicio, quàm extra dictis in dicto opere, ac ſeparatim imprimendis adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi originaliter exhibitæ, vel oſtenſę forent.

Datum Romæ, Apud S. Marcum ſub annulo Piſcatoris, die 3. Septembris 1586. Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Tho. Thom. Gualterutius.

Hortatio,

XLI.

Hortatio ad omnes Chriſtifideles, vt Rhemenſi Collegio pro Catholicis Anglis à Sede Apoſtolica inſtituto, piè & liberaliter ſubueniant, & ad Imperatorem, Reges, & Principes Chriſtianos, vt Anglos propter Iuſtitiam perſecutionem patientes, iuuent, & foueant.

Huius Collegij Rector tempore iſtius hortationis erat Guglielmus Alanus Anglus, qui poſtea ab iſtomet Sanctiſſimo Pont. Cardinalis creatus fuit die 7. Auguſti 1587.

Aliud Collegium pro eiſdem Anglis, Romæ inſtitutum fuit à Gregorio xiij. vt ſupra in eius conſt. 100. fol. 1344.

SIXTVS Epiſcopus Seruus ſeruorum Dei. Vniuerſis Chriſtifidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

AFFLICTAE & crudeliter vexatæ Anglorum reliquiæ, communi piorum mœrore ac luctu, animos cunctorum mortalium in ſui miſericordiã, & admirationem conuertunt: Quocirca nos, qui Pontificij muneris noſtri eſſe putamus, cunctarum Eccleſiarum, etiam quæ Dei beneficio pace fruuntur, curam gerere multo etiam magis ſoliciti ſumus de ouibus perditis quærendis, & afflictis populis & perſonis pro viribus ſubleuandis: ſæuit enim indies acrius dira hæreticorum immanitas, in eos præcipuè Eccleſiaſtici Ordinis viros, qui de ipſa orthodoxa fide vocem paulò liberiorem mittere aut hiſcere audent: ita vt plerique nouis & ante hunc diem inauditis tormentorum generibus dilacerati, atque membratim diſcerpti, exquiſitis ſupplicijs trucidentur. At quibus diuina benignitas annuit è cruentis impiorum manibus elabi, ij verò quaſi funeſti tantæ cladis nuncij, ad augendum noſtri doloris acerbitatem miſſi, vix aliquod ærumnarum ſuarum ſolatium reperiunt: nam extorres patrijs finibus, bonis, ac fortunis ſuis ſpoliati, ſumma rerum omnium egeſtate miſerè premuntur, ac diſperſi incertis ſedibus vagantes, externarum, atq; ignotarum gentium, ſed fidei ac communiouis Catholicæ ſociarum opem implorant. Et cum diuitias, & ampla atque opulenta patrimonia poſſiderent, quibus in patria ſecundum carnem abundè affluentes frui poterant, ſi à vera pietate declinaſſent, maluerunt diuino ſpiritu ducti ea prędæ, ac direptioni ſacrilegorum domi relinquere, quàm fidem negare. Nunquam ergo ſatis Anglorum Catholicorum laudari poteſt conſtantia, dum pṛ ſtudio Religionis, illi acerbiſſimos cruciatus & necem, hi vero exilium, mendicitatem, queq; vltima cenſentur in malis, data optione, cunctis huius ſæculi delicijs & commodis anteponunt. Neque ſanè eſt, quòd miſeri exules à ſuis neceſſarijs & amicis in patria relictis opem aliquam expectent, ipſi namque nefarijs edictis deterriti, aut paribus depreſſi anguſtijs, ſuas nequeunt miſerias tolerare, nedum alijs adiumento eſſe. Quare horum calamitatis miſerata ſedes Apoſtolica, per omnes Chriſtiani orbis partes diſperſis Anglię populis, ijs præſertim qui in Collegium Rhemenſe hac ipſa de cauſa auctoritate Apoſtolica inſtitutum ſe receperunt, ſuperioribus annis cœperat aliquid auxilij ſuppeditare, quod pium inſtitutum nos quoque perſoluendo ex ærario noſtro, in ſingulos menſes certum ſubſidium proſequi non ceſſamus, nec ſine magno fructu: ſiquidem ex Sancto illo Anglorum, illuc pietatis, & Catholicæ diſciplinæ capeſſendæ cauſa profugientium Seminario, multos ferè quotidie prodire audimus, qui Deo iuuante in Angliam ad confirmandos Catholicorum animos redeuntes, glorioſis & apud poſteros quoq; illuſtribus futuris martyrijs, ſuam erga Catholicam fidem, & hanc Sanctam ſedem deuotionem vſque ad ſanguinis & ſpiritus effuſionem teſtentur. Horum autem eximia

Anglorum hæreticorum immanitatis execratio.

Anglorum Catholicorũ preclara laudatio.

Collegii Rhemenſis, pro Catholicis Anglis à Sede Apoſt. inſtituti, bonorumq; fructuũ inde prouenientium enarratio & commendatio.

virtus, & infracti animi robur ſæuiſſimos hæreticos vrit, ſpemque eis eripit quam de Catholicorum nomine ad internecionem delendo, aut certè penitus profligando animo conceperunt: ſed cum haud deſinant propterea pios omnes vexare, excreſcente indies exulum numero, idem Collegium Rhemenſe in maximas difficultates eſt adductum, ac ne ipſius quidem ærarij Apoſtolici ingentibus oneribus grauati tenuitas ſufficere poteſt tot neceſſitatibus ſubleuandis, cum præſertim nos turbulentiſsimis temporibus ad Eccleſiæ gubernacula vocati, imminentibus vndique periculis circumſeſſi, ex toto terrarum orbe ad nos confluentium fidelium pauperum neceſſitatibus ſuccurrere, pro communi Chriſtianę Reipublicæ bono, ingentes ſumptus facere, & grauiſsima onera ſuſtinere aſsiduè cogamur. Primum igitur confugimus ad diuinam opem implorandam, vt Deus omnipotens cohibeat tandem aliquando effręnatæ tyrannidis in cęde ac ſtrage piorum debacchantis furorem, & nobiliſsimam nationem veræ Religionis ſtudio quondam florentem ac beatam, & adhuc pro ſua ab hæreticorum intolerabili iugo liberatione, vſque ad ſanguinem glorioſiſsimè concertantem, tali peſte ac pernicie liberet, ac in priſtinam quietem & tranquillitatem vindicet. Mox imitati felicis recordationis Gregorium PP. xiij. noſtrum prædeceſſorem, eius exemplo, vt plus ponderis habeat duplicata Romanorum Pontificum commendatio, nos quoque denuò per præſentes vniuerſos Chriſtifideles enixè obteſtamur & obſecramus in domino, cuius cauſa nunc maximè agitur, vt ſubleuent Anglorum fidelium, præſertim dicti Collegij Rhemenſis ſupplicum manus tendentium, inopiam, pia & liberali pro ſuarum quiſque facultatum modo, eleemoſynarum largitione, nec denegent eis, vel à dilecto filio Guilielmo Alano Rectore eiuſdem Collegij moderno, ac pro tempore exiſtente deputatis, promptum auxilium: ne quos diuina miſericordia incolumes defendit ab efferata crudeliſsimæ tyrannidis ſæuitia, eos nunc in media Chriſtianorum Republica enectos fame, nudos, macie & ſqualore confectos, tabeſcere, ac perire ſumma cum ignominia patiantur. Mandamus pręterea vniuerſis & ſingulis Eccleſiarum Prę-latis & Rectoribus, cęteriſque perſonis Eccleſiaſticis quibuſcunque, vt curent pręſentes litteras, earumue authentica exempla in ſuis quiſq; Eccleſijs, & locis, ac etiam concionibus publicari, ſpectatęque integritatis viros, non autem Quæſtores deligant, qui eleemoſynas & oblata charitatis ſubſidia colligant, ac ſine lucro & fraude dicto Rectori, vel ab eo deputatis fideliter tradant, ex quibus idem Rector modernus, & pro tempore futurus, vbi eiuſdem Collegij neceſsitatibus ſatis eſſe prouiſum nouerit, cęteris Anglis exulibus diſperſis preſbyteris opportunè ſubueniant. Demum chariſsimos in Chriſto filios Imperatorem, cunctoſque Reges, ac reliquos Principes Chriſtianos, etiam atque etiam rogamus & monemus, vt eoſdem Anglos exules, qui perſequutionem patiuntur propter Iuſtitiam, Chriſtianorum quidē Principum patrocinio digniſſimos, iuuent pro viribus, & foueant, vel in eis potius ipſummet Chriſtum, cuius nutu omnia regna, & dominia ſibi ab eo tradita regi meminerint. Et quia pręſentes noſtræ litterę ad ſingula loca vbi illis opus eſt deferri nequeunt, decernimus, vt earum exemplis, etiam impreſsis, Notarij publici manu ſubſcriptis, & ſigillo Pręlati Eccleſiaſtici munitis, eadem vbique fides habeatur, quę eiſdem originalibus haberetur, ſi eſſent exhibitę, vel oſtenſę.

Sanctiſsimi huius Pont. poſt Angliæ liberatione ad Deū Oratio.

Eiuſdem pro dicti Collegij ſubuētione, ad Chriſtifideles exhortatio.

Eccleſiaſticorum cū præſentes litteras publicandi, & eleemoſinas colligendi.

Summi huius Pontificis hortatio ad Imperatorem, Reges, & Principes Chriſtianos, & Anglos exules recipiēt & foueant.

Datum Romæ, Apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicę, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſexto, Tertio Nonas Septembris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

E. Dat.

Indulgentia

XLII.

Indulgentia plenaria pro omnibus Monialibus Monaſteriorum Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis, Ordiniſq; Sancti Franciſci de Obſeruantia, Et pro omnibus Chriſtifidelibus Eccleſias dictorum Monaſteriorum viſitantibus in ipſo Feſto Conceptionis.

Aliam Indulgentiam etiam perpetuam plenariam conceſsit hic idem Sanctiſsimus Pont. prædictis Monialibus, & aliis, vt ſup. in eius conſt. 13. fol. 39.

SIXTVS Papa V. Ad futuram rei memoriam.

EXPOSITVM nobis nuper fuit pro parte Dilecti filij Fratris Franciſci Gonzagæ Miniſtri generalis Ordinis Fratrum Minorum de Obſeruantia, quòd cùm quamplura Monialium Monaſteria Conceptionis Beatæ Virginis Mariæ in Orbe Chriſtiano ædificata reperiantur, quorum Moniales ſub regula præfati Ordinis, ac gubernio, & adminiſtratione illius Superiorum degunt, Noſq; Indulgentiam plenariam, & omnium peccatorum remiſſionem viſitantibus Eccleſias domorum dicti ordinis vbique gentium conſiſtentes, in ſingulis feſtiuitatibus Sanctorum eiuſdem ordinis perpetuò conceſſerimus; Cupiatque indulgentiam præfatam, etiam quoad viſitantes Eccleſias Monaſteriorum Monialium eiuſdem Conceptionis Beatæ Mariæ vbique Terrarum, nunc, & pro tempore exiſten. per nos etiam perpetuò extendi, & ampliari. Quare pro eiuſdem Miniſtri generalis parte nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus ei in præmiſſis opportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos dictarum Indulgentiarum, & deſuper in forma Breuis, vel ſub plumbo expeditarum litterarum tenores præſentibus pro expreſſis, & inſertis habentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, ac vt Eccleſiæ Monaſteriorum Monialium congruis frequententur honoribus, & à Chriſtifidelibus iugiter venerentur, ipſique Chriſtifideles eò libentius deuotionis cauſa confluant, quò exinde dono cæleſtis gratiæ conſpexerint ſe vberius eſſe refectos: omnibus & ſingulis dictorum Monaſteriorum Monialibus, nunc, & pro tempore exiſten. ac omnibus, & ſingulis alijs vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus verè pœnitentibus & confeſſis, qui ſingulas, ſeu quamlibet Eccleſiarum Monaſteriorum Monialium huiuſmodi, in feſto Conceptionis eiuſdem Beatæ Mariæ à primis veſperis vſq; ad occaſum Solis eiuſdem feſti, annis ſingulis deuotè viſitauerint, & inibi pro pace inter Chriſtianos Principes conſeruanda, ac S. Matris Eccleſiæ exaltatione, Hæreſumq; extirpatione pias ad Deum preces fuderint, ſi eo die Sanctiſſimũ Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, dictam Indulgentiam plenariam, & omnium peccatorum ſuorum remiſsionem, quoad eos omnes, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium extendimus & ampliamus & ſeu illas de nouo etiam perpetuo illis omnibus concedimus, & elargimur. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac præſertim de indulgentijs ad inſtar non concedendis, cæteriſque contrarijs quibuſcumque.

Sanctiſsimos iſte Pont. cõceſſit Indulg. plenariá Viſitantibus Eccleſias domorum Ordinis S. Franciſci pro feſtiuitatibus Sanctorum eiuſdẽ Ordinis, vt ſup. in eius conſt. 23. fol. 39.

Et modo eandem Indulg. cõcedit Monialibus Monaſteriorum Conceptionis Mariæ Virginis, & etiam Eccleſias eorundẽ Monaſteriorũ viſitantibus, in ipſo Feſto Conceptionis.

Clauſulæ derogatoriæ.

Datum Romæ Apud Sanctum Marcum, ſub Annulo Piſcatoris, die decima octaua Octobris, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſexto, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Tho. Thom. Gualterutius.

Comma-

XLIII.

Communitates pro aliis obligatæ, infra annum a die intimationis deſuper fiendæ ab earum obligationibus liberentur, & de cætero pro alijs ſe obligare, & abſque licentia Summi Pontificis, vel Cameræ Apoſtolicæ eorum bona alienare, ac præterquam ratione locationis obligare, vel Oratores ſumptibus publicis ad Pontificem mittere, nequeant.

Conſonat Conſtitutio Pii iiij. ſup. fol. 684. in qua decreuit, Vaſſallorum obligationes pro eorum Dominis fiendas, eſſe nullas, Dominoſque teneri Vaſſallos ab obligationibus pro eis factis releuare, & pecunias ſolutas reſtituere.

SIXTVS Papa Quintus, Ad perpetuam rei memoriam.

INTER varias, ac multiplices ſolicitudines, quas pro communi vtilitate vniuerſæ Chriſtianæ Reipublicæ, noſtræ curæ (diuina prouidentia) commiſſæ, dies noctesque ſuſcipimus: Id potiſsimum nobis cordi eſt, vt ſubditorum S. R. E. commodis paterna charitate, & præcipua quadam ac ſingulari vigilantia conſulamus: quod illos quaſi noſtros peculiares eximièque charos & acceptos, ac pręcæteris dilectos filios in noſtram clientelam, ac fidem receptos, ſpeciali quadam, & propria paterni amoris prærogatiua complecti, ęquum cenſemus. Quare cum eos ab omni iniuria, & violentia tutos & illęſos defendere & cuſtodire pro viribus ſtudeamus, ſicuti ad id, vel ab initio noſtri Pontificatus opportuna remedia, quęcunq; potuimus, non ſine magno fructu, Deo annuente, comparauimus: Ita etiam nunc eodem erga illos pietatis affectu permoti, duximus omni ſtudio occurrendum dolis callidorum hominum, qui priuatis ſuis lucris intenti, plerumque commune bonum, ac publicam noſtrarum Ciuitatum & Oppidorum vtilitatem, non mediocriter lædunt. Quoniam verò in tota ferè ditione, & ſtatu temporali huius Sanctæ Sedis, prauus inoleuit abuſus, vt plerunque ex leuiſsimis, minimè neceſſarijs, neque vtilibus, ac forſan etiam magnopere damnoſis cauſis, dilecti filij Communitates, ſiue Vniuerſitates, & homines eorundem Ciuitatum & Oppidorum reſpectiuè, ad inſtantiam, & ſuaſu quorundam, qui priuatim ſuæ rei familiaris ac domeſticæ, etiam cum communi aliorum diſpendio lucrum quærere non erubeſcunt, vniuerſi, ac publico nomine ſe, ſuaq; bona obligare, & hypothecare, aut pro alijs fideiubendo, ſeu principaliter pro ſuo intereſſe conſueuerint, & contractus celebrare, magno olim eiſdem Vniuerſitatibus, & Communitatibus detrimento & damno futuros, ſiue etiam expenſas minimè neceſſarias, interdum verò prorſus ſuperuacaneas facere, ſicuti iā in multis Communitatibus & Vniuerſitatibus, ingenti ære alieno grauatis, ęrarijſq; earum planè exhauſtis, res ipſa & experientia docuit. Nos propterea indemnitati illorum, & huic malo, antequàm latius ſerpat, & grauiora afferat damna & incommoda, quamprimum prouidere cupientes. De attributæ nobis Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, tenore præſentium præcipimus, & mandamus vniuerſis & ſingulis perſonis quauis, dignitate & auctoritate fulgentibus, pro quarum vtilitate, commodo & intereſſe, directo, vel indirecto aliqua Vniuerſitas, ſeu Communitas cuiuſcunque Ciuitatis, Terræ, Oppidi, Caſtri, Villæ, aut alterius loci noſtræ, & dictæ Romanæ Eccleſiæ ditioni mediatè, vel immediatè in temporalibus ſubiecti, vel ſubiectæ, vniuerſi inſimul ex quacunque cauſa, & quocunque modo fideiuſsiſſe, vel aliàs etiam vti principales obligati, hactenus fuiſſe reperientur, vt ipſi, & eorum vnuſquiſque debeant, ac teneantur intra annum à die denunciationis, vel intimationis, in vim præſentium litterarum eorum cuilibet faciendæ, etiam ſi ipſi ex eadem Ciuitate & loco, vel aliunde oriundi ſint, atque inibi, vel alibi domicilium

Cauſæ huius conſtitutionis.

Cōmunitates pro quibuſcūque perſonis obligatę, infra annū a die denūciationis, liberentur.

habent, bonaque ſtabilia, cuiuſcunque valoris etiam maximi poſsideant, eaque minimè dilapident, ab huiuſmodi fideiuſſione, & alia quacunque obligatione reali, & perſonali, vel hypotheca generali, aut ſpeciali, etiam à modico tempore citra contractis, eaſdemque Communitatem, ſeu Vniuerſitatem, earumque res, & bona penitus exemiſſe, & liberaſſe; curentq; vel caſſatis penitus, & extinctis ipſis obligationibus, & inſtrumentis deſuper confectis, aut dato alio expromiſſore in locum ipſius Communitatis, vel Vniuerſitatis, aut aliàs quoquomodo re ipſa afficere, vt ij in quorum fauorem

Et ſi obligationes ſint eius naturæ vt ipſi creditores ad eas extinguen. cogi nequeãs, tuc eiſdem Communitatibus idonei releuatores dentur.

ipſæ Communitates, aut Vniuerſitates ſe obligauerint, illarum liberationi ſponte, & expreſsè conſentiant: Cuiuſmodi conſenſum, ſi nec ipſi, in quorum fauorem Communitates, vel Vniuerſitates prędictæ ſe, ſuaq; bona obligauerint, pręſtare vllo modo voluerint, & ea fuerit contractus vel obligationis natura, vt neque etiam facta aliqua oblatione, aut ſolutione ad conſentiendum, ipſi inuiti cogi, ſeu alias obligationes ipſæ caſſari & annullari poſſint: tunc dictæ perſonæ, à quibus eædem Communitates, & Vniuerſitates, occaſione talium obligationum indemnes releuandæ ſunt, alios fideiuſſores, & expromiſſores arbitrio pro tempore exiſtentis Gubernatoris, ſeu Legati, cui ipſa Vniuerſitas, vel Communitas mediatè, ſeu immediatè ſuberit, de conſeruando eaſdem Communitates, vel Vniuerſitates indemnes pręſtare teneantur; Liceatq;

Communitates & particulares perſonæ ad præmiſſa agere valeant.

Iudices omnes vnica citatione pręcedēte, mandatum executiuum, poſt annũ a die denunciationis exequẽ. relaxent.

ipſarum Communitatum, ſeu Vniuerſitatum Magiſtratibus, Procuratoribus, Agentibus, ſeu etiam particularibus perſonis ad præmiſſa, contra quoſcunq; vigore præſentium litterarum coram quocunque Iudice agere, & iudicio experiri, ac ipſi Iudici vnica citatione præcedente, mandatum executiuum in rem, & perſonam contra eum, pro quo eſt facta fideiuſſio vel obligatio, ſtatim elapſo prædicto anno, exequendum relaxare, perinde ac ſi eædem perſonæ ad id expreſſæ in ſpecie, atq; efficaciter ſe obligaſſent, etiam ſi hoc ipſum naturæ & ſubſtantiæ contractuum, quorum occaſione obligationes huiuſmodi initæ fuerint, omnino repugnet & aduerſetur, aut aliàs ne quis ad extinguendum, & redimendum cenſus ſuper bonis ſuis ſtabilibus venditos, creatos, & impoſitos, cogi aut compelli queat, Apoſtolicis conſtitutionibus expreſsè cautum fuerit.

Cõmunitates in futurũ abſq; licentia Sũmi Põt. vel Cameræ Apoſt. eorũ bona alienare, vel præterquã ratione locationis, & nõ vltra decennium obligare nequeant.

Cęterùm hac noſtra in perpetuum valitura conſtitutione prohibemus, ne in poſterum ſine noſtra, aut Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, vel Cameræ Apoſtolicæ licentia ſpeciali, vlla Communitas, aut Vniuerſitas ex quacunque cauſa etiam iuſtiſſima, vrgentiſſima, & omnino neceſſaria, & in euidentem vtilitatem, aut neceſſitatem, bona ſua immobilia, ſeu iura percipiendi quoſcunque fructus, redditus, prouentus, ac introitus annuos, diſtrahat, vendat, quouis modo alienet, hypothecet, aut ſuper illis cenſus annuos creet, imponat, ſeu vendat, vel illa aliàs quàm ratione locationis, nec vltra decennium alicui obligationi vel hypothecæ ſubijciat, aut ſupponat, neque etiam mutui, depoſiti, vel aliàs quocunque titulo in rem, nec in perſonam immediatè, vel per interpoſitam perſonam ſe obliget, aut quoquomodo ære alieno ſe obſtringat:

Nec pro aliis vllo modo fideiubeant.

pro alio vero quocunque incola, ſeu originario, vel Forenſi, aut viciſſim Vniuerſitas, ſeu Communitas vna pro altera, nequaquam ex quauis occaſione, vel cauſa vnquam fideiubeat, aut tamquam principalis alienæ obligationi quoquomodo accedat. Decernentes nihilominus omnes & ſingulas diſtractiones, alienationes, hypothecas, fideiuſsiones, acceſsiones, etiam cum clauſula, principaliter & inſolidum,

Obligationes, alienationes, &c. contra hãc conſt. decętero à Communitatib' quouis modo, etiam in earum vtilitatem fiendæ, nullę & inualidę erunt.

necnon vti principales, & tam perſonales, quàm reales, & alias quaſcunque obligationes, & promiſsiones, ac renunciationes, & pacta de nõ petendo liberationem, & exemptionem huiuſmodi, in vim ſupradicti noſtri mandati, & præcepti, per dictas Vniuerſitates, ſeu Communitates, earumve Procuratores, aut Magiſtratus, etiam ſpeciale ad id mandatum habentes, etiam in ampliori forma Camerę Apoſtolicæ, cum iuramento cenſurarum, ac mandati executiui, etiam ſuſceptione, & quauis ſubmiſsione, cautela, & promiſsione etiam iurata, ac de non vtendo remedio præſentium noſtrarum literarum vltro & ſponte, ſeu ad preces & inſtantiam, ac commodnm vel vtilitatem aliorum quocunq; modo poſthac faciendas, ſub quibuſcunq; verborum formulis, & clauſulis etiã efficaciſsimis, & inſolitis concipiendas, & inſtrumenta deſuper conficienda, etiam guarentigiata, iurata, vel aliàs ſub dicta forma Cameræ Apoſtolicæ celebrãda, nulla, irrita, & inualida, nulliuſq; roboris vel momenti eſſe, aut fore, nullam fidem facere, neq; vl-

lam.

ſam actionem, aut exceptionem, vel officium Iudicis, neq; obligationem ciuilem, ſeu naturalem parere, vel vllum omnino effectum aut vires habere poſſe, ſed neque ipſas Communitates & vniuerſitates, etiam ſi id omne quod geſtum eſt in eorum vtilitatem verſum eſſe conſtiterit, vllo modo aut obligationis, vel iuramenti vinculo teneri. Et ita per quoſcunque iudicari, & diffiniri debere: irritum quoque, & inane quicquid ſecus, ſuper his à quoquam, quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Ac ne eaſdem Communitates, ſeu vniuerſitates ſumptibus minimè neceſſarijs nimium grauari contingat, diſtrictius interdicimus, ne qua Communitas, aut Vniuerſitas ex prædictis, Legatos, ſiue Oratores ad nos, & Sedem Apoſtolicam, ex quacunq; etiam vrgenti, & ſimiliter neceſſaria, ac vtili occaſione vel cauſa, ſumptibus publicis mittat, ne ue quis huiuſmodi munus obeat, vel ſuſcipiat, niſi prius ſimili licentia a nobis, vel pro tempore exiſtente Romano Pontifice, vel dicta Camera, vt præfertur, obtenta: reuocantes omnes qui ad præſens deputati reperiuntur. Quod ſi quis Magiſtratus dictarum Communitatum, vel Vniuerſitatum fuerit negligens; quoad vtendum remedio præſentium litterarum, & petendum ſuas Communitates, vel Vniuerſitates ab ipſa fideiuſſione vel obligatione eximi & liberari, aut aliàs contra dictam prohibitionem eaſdem Communitates, & Vniuerſitates, illarumve bona obligare attentauerit, aut Legatos, vel Oratores mittere, ſeu aliquis munus huiuſmodi ſuſcipere ſine dicta licentia præſumpſerit, eos ſingulos, qui in culpa fuerint, pœnam noſtro, & Romani Pontificis, aut Gubernatorum, vel Legatorum, ſeu Præſidentium prædictorum arbitrio infligendam, eo ipſo incurrere volumus: litteris fel. rec. Pij Papæ iiij. quoad Communitates, aut Vniuerſitates, quæ pro ſuis Dominis temporalibus fideiuſſerint, aut ſe obligauerint, (quibus nequaquam derogando hęc omnia ſupradicta addimus) & Statutis nouiſſimis Vrbis Romæ, per quæ certa forma obligationibus, & contractibus per Dilectos filios noſtros Senatum Populumq; Romanum celebrandis præſcribitur, nihilominus in ſuo robore permanſuris. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac quarumcunque Prouinciarum, Ciuitatum, Terrarum, Oppidorum, Caſtrorum, Villarum, & locorum, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus: Priuilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis, illis earumque Communitatibus, Vniuerſitatibus, Magiſtratibus, quocunque nomine nuncupatis, & aliis perſonis; Motuproprio, & ex certa ſcientia, ac de ſimilis poteſtatis plenitudine, aut Conſiſtorialiter, vel per modum ſtatuti perpetui, vel inter illos ex vna, & nos, ſedemque prædictam ex altera partibus initi, & ſtipulati contractus, vel aliàs quomodolibet conceſſis, approbatis, & innouatis, generalibus vel ſpecialibus, quorumcunque tenorum exiſtant: quæ omnia eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, quatenus præmiſſis in aliquo aduerſentur, omnino tollimus, & annullamus; ac nolumus cuiquam vllatenus ſuffragari, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Vt autem præſentes litteræ amplius innoteſcant, volumus vt earum exemplis, etiam impreſſis, Notarij publici manu ſubſcriptis, ac ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in iudicio & extra illud habeatur, quæ eiſdem præſentibus haberetur ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſæ. Mandamuſq; vniuerſis & ſingulis Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, eorumque Locatenentibus, ac etiam Ducibus, Marchionibus, aut alijs Baronibus, & Domicellis, ac Dominis in temporalibus, Nobis & eidem Sedi in temporalibus mediatè vel immediatè ſubiectis, vt in Ciuitatibus, Terris, Caſtris, Villis, & locis eorum cuique ſubiectis, & Conſilijs, vel Congregationibus generalibus earundem Communitatum & Vniuerſitatum, præſentium litterarum exempla in vulgarem ſermonem verſa, quamprimum publicari, ac deinceps inuiolatè obſeruari omnino curent.

Cõmunitates in futurũ Oratores ad Summum Põt. ſumptibus publicis ſine eiꝰ vel Cameræ Apoſt. licentia mittere nequeant.

Cõtrauenientes arbitrio Gubernatorum punientur.

Pii iv. conſtitutio iſta eſt ſup. fol. 684.

Statutum iſtud eſt in li. 3. c. 38.

Clauſulæ derogatoriæ.

Hæc cõſtitutio in vulgaré ſermonem verſa, in Conſiliis Cõmunitatum publicetur, & inuiolabiliter obſeruetur.

Datum Romæ, Apud Sanctum Marcum, pridie Calen. Octob. Anno Secundo.

E. Dat.

Anno à Natiuitate Domini Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſexto, Indictione decimaquarta, die vero decimaſexta menſis Octob. Pontificatus Sanctiſſ. D. N. D. Sixti diuina prouidentia Papæ V. Anno Secundo, Retroſcriptæ litteræ Apoſtolicæ lectæ, & publicatæ fuerunt, & per aliquod temporis ſpatium dimiſſæ in valuis, ſeu portis Baſilicarum S. Ioannis Lateranen. & S. Petri Principis Apoſtolorum de Vrbe, per nos Ioannem Freile, & Octauium Taglicttum, Sanctiſsimi Domini Noſtri Papæ Curſores, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ, & aciei Campi Floræ, per eoſdem Curſores.

Publicatio.

Alex. Parubiachus Mag. Curſ.

XLIIII.

Erectio officij Commiſſariatus Reuer. Cameræ Apoſt. in Officium perpetuum vacabile, iuriſdictionumq; & emolumentorum ac priuilegiorum conceſſio, Dictique Officij collatio in perſonam R. P. D. Iofredi Lomellini Vtriuſque Signaturæ Referendarij.

Quoad Iuriſdictionem, & priuilegia Commiſſarii, vide etiam infra conſtit. 57. & alias conſtitutiones hic in apoſtillis indicatas.

SIXTVS Epiſcopus Seruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. AD excelſum vniuerſalis Eccleſiæ culmen, nullis noſtris meritis, ſed ſola Dei benignitate ſubleuati, in eam curam cogitationemq; ex paſtoralis officij noſtri debito propenſius incumbere nos conuenit, vt Camera Apoſtolica à rerum ſuarum iacturis ſarta tectaq; præſeruetur, & quæ pro feliciori illius iurium tuitione, negociorumq; proſequutione, ac officiorum ad id inſtitutorum decore, & ſtabilimento ſunt maximè profutura, noſtris auſpicijs ordinentur, ipſaq; officia egregiorum virorum prudentiæ, & induſtriæ commiſſa, perſonis votiuis iugiter proficiant incrementis. Cum itaq; pro tempore exiſtenti dictæ Cameræ Commiſſario generali grauiorum ipſius Cameræ negociorum cura incumbat, & ex frequenti illius mutatione eadem Camera in rebus & iuribus ad eam ſpectantibus, plurimum damni & incommodi patiatur, expediensq; ſit, vt pro negociorum, rerum, & iurium eorundem votiua directione, proſequutione, & defenſione officium Commiſſariatus huiuſmodi, quod Dilectus filius Io. Bernardinus Piſcina ad id à nobis ad beneplacitum noſtrum deputatus ab initio noſtri Pontificatus vſq; huc obtinuit, ſeu exercuit, aliquo certo & firmo ſtatu conſtituatur, illudq; pro tempore obtinens non amouibilis, vt hactenus, ſed donec officium ipſum per eius ceſſum vel deceſſum, aut aliàs vacet, perpetuus exiſtat, ac ſpeciali honoris & dignitatis prærogatiua fruatur. Nos qui nuper dictum Io. Bernardinum in Ciuitatis noſtræ Nurſiæ, pro nobis & S. R. E. Gubernatorem in temporalibus conſtituimus, præmiſſorum conſideratione, & certis alijs cauſis inducti, eiuſdem Cameræ indemnitati & vtilitati, ac officij Commiſſariatus huiuſmodi ſtabilimento, & incremento, prout ſollicitudinis noſtræ partes requirunt, conſulere, & quæ ad illud pertinent quibuſuis facultatibus, & gratiarum muneribus potiri debeat, plenius explicare volentes, necnon beneplacitum noſtrum præfatum harum ſerie reuocantes, illudque ceſſare & expirare decernentes: Motuproprio, non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, officium Commiſſariatus huiuſmodi in officium perpetuum, ad inſtar Clericatuum dictæ Cameræ, & aliorum officiorum Romanæ Curiæ vacabile, pro vno Clerico vitæ, ac morum probitate prædito, & vtriuſque, vel alterius Iurium Doctore non coniugato futuro, eiuſdem Cameræ Commiſſario generali, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuò erigimus & inſtituimus, ac ipſi Commiſſario generali pro tempore exiſtenti, omnes ad eius officium huiuſmodi pertinentes, & illi per quoſcunque Ro. Pont. prædeceſſores noſtros, ac nos dictamque Sedem, cæteris omnibus & ſingulis alijs Commiſſarijs conceſſas.

Commiſſariatus officium, quod Berardinus Piſcina, ab iſto ſūmo Pōt. ad eius beneplacitum deputatus, obtinebat, vacauit, q̄a ipſe Ciuitatis Nurſiæ (patriæ meæ) & totius Montaneæ Præfectus ab eod. Pont. deputatus fuit.

Illud itaq; idē Sanctiſſ. Pontifex, in officiū perpetuum, & vacabile ad inſtar aliorū Ro. Curiæ officiorum erigit.

ceſſas facultates, iuriſdictiones, & prærogatiuas, ac etiam eas facultates, præcipuamque curam & adminiſtrationem Archiuij ſcripturarum dictæ Cameræ, ita vt ſine expreſſa eiuſdem Commiſſarij licentia aliquæ ſcripturæ ad Cameram præfatam ſpectantes ex ipſo Archiuio extrahi; ac earum exempla extra eandem Cameram, alijſque illius Cameralibus dari & conſignari non poſſint, ipſiuſq; Archiuij Archiuiſtæ & Miniſtri, nunc & pro tempore exiſtentes, illi de dicto Archiuio, ac omnibus eius ſcripturis rationem reddere, & eius ordinationes ac mandata, necnon ſtatuta & decreta, quę per eum pro bono gubernio & regimine dicti Archiuij pro tempore fieri contigerit, obſeruare omnino teneantur: Necnon plenam & liberam facultatem omnes & ſingulas alias ſcripturas ad Cameram præfatam ſpectantes, & extra Archiuium huiuſmodi in quocunque loco, vel penes quoſcunque exiſtentes, recuperandi, ac contra quoſcunq; eaſdem ſcripturas indebitè detinentes, ac ſcientes & non reuelantes eos, à quibus detinentur pro illarum recuperatione, tàm in Vrbe, quàm in omnibus Terris & locis Sedi Apoſtolicæ mediatè vel immediatè ſubiectis, Ciuitate noſtra Bononienſi etiam comprehenſa, ſummariè, manu regia, & via executiua, telaque Iudiciaria omiſſa, etiam per cenſuras & pęnas Eccleſiaſticas, ac etiam iuxta Conſtitutiones fel. rec. Iulij ij. & Iulij iij. ac quorumcunque aliorum Rom. Pont. prędeceſſorum noſtrorum contra dictas ſcripturas indebitè detinentes & occultātes, aut ſcientes & non reuelantes, non tamen priuatiuè quoad alios, quibus per dictas Conſtitutiones fuerit huiuſmodi facultas tributa, procedendi. Preterea ſuper premiſſis illas facultates, quas pię me. Pius Papa Quintus etiam prędeceſſor noſter, olim pro recuperatione ſcripturarum Camerę, & Sedis Prefatarum bo. me. Carolo de Graſſis Epiſcopo Mōtis Flaſconeñ. & quas Honophrio Camaiano dictę Camerę Prefidenti dum in humanis agerent, per cedulam Motuſproprij ſub dat. videlicet. xiiij. Cal. Septemb. Pontif. ſui anno tertio conceſſerat, ac etiam facultatem contra Prelatos & Clericos poſſeſſionem Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum beneficiorum quorumcunque cum cura & ſine cura ſecularium, & quorumuis ordinum regularium, abſque litterarum Apoſtolicarum ſuper prouiſionibus, Commendis, conceſſionibus, & alijs diſpoſitionibus, ſibi de illis dicta Apoſtolica auctoritate factis, expeditione, preterquàm vigore Breuis de eorundem poſſeſſione, nomine dictæ Camerę capienda apprehendentes, & in illis ſe quomodolibet immiſcentes, ſimiliter ſummariè, etiam via executiua, ac per cenſuras & pœnas Eccleſiaſticas in Iulij ij. & Iulij iij. prędeceſſorum, & aliorum Ro. Pont. ſimiliter prædeceſſorum noſtrorum conſtitutionibus deſuper editis contentas, & aliàs iuxta huiuſmodi conſtitutionum tenorem, ſine tamen preiudicio facultatum eiuſdem Cameræ, generali Theſaurario ſuper fructibus malè perceptis conceſſarum, & competentium, etiam procedendi, auctoritate & tenore prefatis concedimus; necnon eidem Commiſſariatus officio, vt præfertur, erecto, pro eius dote, & illud pro tempore obtinentis ſuſtentatione, portionem panis, vini, eſculentorum, & aliarum rerum per ipſius Cameræ Commiſſarium generalē pro tempore exiſtentem, dietim ex palatio Apoſtolico percipi, & ei præſtari ſolitam, cum ea integritate qua ipſe illam percipiebat & percipere poterat, necnon omnia & ſingula iura, regalia, ſalaria, redditus, prouentus, exemptiones, immunitates, & emolumenta quæcunque ordinaria, & extra ordinaria quomodolibet nuncupata, quæ dictus Commiſſarius pro tempore exiſtens quocunque titulo, vel cauſa, ac vndecunque, & quomodocunque habere, conſequi, lucrari, frui, potiri & percipere conſueuit, ſeu etiam potuit & debuit cuiuſcunque qualitatis, quantitatis, & annui valoris ſint vel fuerint, eiſdem auctoritate & tenore etiam perpetuò applicamus, & appropriamus, ipſumque Commiſſarium pro tempore exiſtentem in noſtrum & Ro. Pont. pro tempore exiſtentis verum, indubitatum, & nō fictum familiarem, & continuum Commenſalem domeſticum, ac vtriuſq; ſignaturæ noſtræ Referendarium, auctoritate & tenore ſimilibus creamus & conſtituimus, ac deputamus, aliorumque noſtrorum & pro tempore exiſtentis Rom. Pont. familiarium, continuorum Commenſalium, ac Prælatorum domeſticorum, & vtriuſq; ſignaturæ præfatę Referendariorum numero & conſortio fauorabiliter aggregamus, ac pro vero, indubitato, & non ficto noſtro, & pro tempore exiſtentis Ro. Pont. familiari continuo Commenſali, & prelato domeſtico, ac vtriuſque ſignaturę huiuſmodi Referen-

Archiuij ſcripturarū Cameræ Apoſt. adminiſtrationē eidem annectit.

Detinentes & non reſtituentes ſcripturas Cameræ vbiq; exiſtentes, & ſcientes, & non reuelātes coercēdi iuriſdictionem concedit. Ad quod vide infra conſt. 17. & ſup. Iul. iii. cōſt. 24. f. 524. & Pii V. conſt. a me inſertam in fi. huius conſtitutionis.

Prelatos, & Clericos, ingerentes ſe in beneficiis, ante expeditionem litterarū Apoſto. coercendi auctoritatē tribuit, iuxta conſti. Iul. ij. quæ eſt ſup. fol. 151. & Iul. iii. quæ eſt ſup. f. 534. & ibi notata.

Portionem cōſuetā panis, &c. aſsignat.

Salaria, regalia, & ſolita emolumenta cōcedit.

Referendariū vtriuſq; Signaturæ, ipſū pro tēpore Cōmiſſarium creat, & Familiarē continuumq; Cōmenſalem eſſe declarat, & Referēdariorum, & Familiarium Apoſtolicorū, & Commenſalium, necnō & Clericorum, & aliorū Cameralū priuilegia Commiſſarios concedit.

nis huiuſmodi receptio, vel admiſſio per Rom. Pont. ex quauis cauſa denegari, vel differri, neque pro ſignatura conceſsionis eiuſdem, per huiuſmodi reſignationem vacantis, quicquam vltra ſummam centum Florenorum auri de Camera ab eo, cui de illo ſic vacante prouidebitur exigi poſsit; quòdque litteræ Apoſtolicæ ſuper ſupplicatione Conceſsionis dicti officij Commiſſariatus conficiendæ, etiam ſi in ea de officio Referendariatus huiuſmodi nulla eſſet facta mentio, nihilominus expediantur, tàm in Cancellaria præfata, quàm per Cameram ſecretam, cum expreſsione conceſsionis dicti officii Referendariatus, neque poſsit, aut debeat per noſtrum, & pro tempore exiſtentis Ro. Pont. Datarium, ſeu quemcunque alium pro ſignatura huiuſmodi ſupplicationis licèt vim conceſsionis duorum officiorum, Commiſſariatus videlicet & Referendariatus huiuſmodi habeat, aliquid vltra id quod ſuperius eſt expreſſum, omnino exigi, ſed ſicut per conceſsionem Commiſſariatus venit pariter conceſsio Referendariatus officiorum huiuſmodi, ſic per vnicam ſolutionem ſignaturæ ſuprascriptam ſit integrè ſatisfactum, quaſi de vnica conceſsione. Vlterius quòd omnes, & ſingulæ litteræ Apoſtolicæ, ſub plumbo, ac etiam in forma Breuis, tam ſuper præſentibus, quàm aliis quibuſcunque gratiis, indultis, facultatibus & conceſsionibus, tàm gratiam, quàm iuſtitiam concernen. per præfatum Commiſſarium pro tempore exiſtentem, à nobis & ſucceſſoribus noſtris, ac Sede præfata pro tempore impetratis, ſeu etiam Motu ſimili conceſsis, in omnibus & ſingulis Cancellariæ Camerę & Curię pręfatarum officiis, necnon plumbo & regiſtro, ac vbilibet gratiis, & abſque annatarum communium, iocalium, & aliorum quorumcunq; Iurium & taxarum ſolutione, ad inſtar Clericorum eiuſdem Camerę expediri, & reſcribendarius ad taxan. litteras Apoſtolicas, cum ſubſcriptione gratis pro perſona Commiſſarii generalis Cam. Apoſt. ſubſcribere, & tàm ipſe, quàm alii ſcriptores, Abbreuiatores, & ſollicitatores litterarum Apoſtolicarum, necnon Cubicularii, ſcutiferi, & quicunque alii dictę Curię officiales expeditioni litterarum huiuſmodi pro tempore pręſidentes & Miniſtri, etiam in annatis communibus, iocalibus, & aliis iuribus Camerę huiuſmodi participātes, eaſdem litteras perſonam dicti Commiſſarij concernentes, ſub excommunicationis latæ ſententiæ, ac priuationis & ſuſpenſionis ſuorum officiorum, necnon perceptionis emolumētorum eorundem poenis per eos ad quos pertinuerit, & qui eas gratis ſubſcribere vel concedere noluerint, eo ipſo incurrendis, abſque alio noſtro, aut ſucceſſorum noſtrorum, & ſedis præfatæ vlteriori mandato, omnino gratis & abſque aliqua annatarum, iocalium, vel aliorum iurium prædictorum ſolutione & exactione, in omnibus & per omnia vſque ad plumbum, & alia neceſſaria incluſiuè, omni contradictione ceſſante expediri, ac ſubſcribi, & expediri facere, & permittere debeant & teneantur. Vt autem officium Commiſſariatus huiuſmodi viro idoneo, qui rebus ad illud pertinentibus iugiter incumbat, cuiuſque virtus & induſtria nobis pręcipuè ſit cognita quanto citius concedatur, de dilecti filij magiſtri Ioffredi Lomellini Clerici Ianuen. V. I. D. & in vtraque Signatura noſtra Referendarij, ac prelati noſtri domeſtici ſumma fide, integritate, probitate, & doctrina plurimum in Domino confidentes, ipſumque Ioffredum à quibuſuis excommunicationis ſuſpen. & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſenten. cen. & poenis à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum pręſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, necnon erectionis, & inſtitutionis Commiſſariatus generalis, ac quorumcunq; aliorum officiorum prędictorum, necnon priuilegiorum, indultorum, facultatum, exemptionum, immunitatum, & aliarum gratiarum illis, ac eorum ſingulis conceſſorum, & inde ſecutorum quorumcunq; tenores iuriumq; regalium, ſalariorum, taxarum, emolumentorum, portionum panis & vini, eſculentorum, & aliarum rerum per pro tempore exiſtentes Commiſſarios generales dictæ Cameræ percipi ſolitorum, & eis debitorum qualitates, quantitates, denominationes, & veros etiam annuos valores, præſentibus pro expreſſis habentes, motu ſimili eidem Ioffredo officium Commiſſariatus huiuſmodi à primæua eius erectione, ſit vacans, per eum quoad vixerit, ad inſtar aliorum officiorum ſedis, & Curię prędictarum tenendum, regen. & gubernan. cum portione panis & vini, eſculentorum, & aliarum rerum ex dicto palatio, vt præmittitur percipi

Reſignandi facultatē cōcedit & pro cōceſsione officij vacātis flor. oo. dūtaxat ſolui mādat.

Expeditiones pro Commiſſario gratis fieri iubet.

Ioffredo Lomellino Vtr. Signat. Referēdario, officium commiſſariat. huiuſmodi, cū facultatibus iuriſdictionib. & emolumētis prędictis ad eius vitam concedit.

percipi ſolita, ac alijs illi annexis, necnon omnibus & ſingulis iuribus, localibus, regalibus, ſportulis, taxis, prouentibus, obuentionibus, honoribus, emolumentis, priuilegijs, exemptionibus, immunitatibus, præeminentijs, antelationibus, prærogatiuis, iuriſdictionibus, fauoribus, gratijs, indultis, & facultatibus ſupraſcriptis, & quibuſcunque alijs Commiſſariis generalibus dictæ Cameræ Apoſtolicæ hucuſq; conceſſis, & aſſignatis, auctoritate & tenore prædictis, concedimus, & aſſignamus; ipſumq; Ioſredum ad officium Commiſſariatus huiuſmodi, eiuſq; liberum exercitium, ac omnia & ſingula ſupradicta, ex nunc recipimus, & admittimus, ac per eos ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit recipi, & admitti, receptum, & admiſſum, in eis quoad vixerit manutene-

Ioffredus prędict° ſoluit Sedi Apoſt. ſcuta 20. millia, officiumq; per annos octo nō vacare obtinuit.

ri, ſibiq; de eiſdem integrè reſponderi debere volumus & mandamus. Ac eundem Ioſfredum, qui in noſtram dictæq; Sedis ſubuentionem, nomine precij dicti officij Commiſſariatus, decem & octo millia ſcuta monetæ decem Iulijs pro quolibet huiuſmodi ſcuto computatis, in manibus generalis noſtri depoſitarij realiter, & cum effectu perſoluit, & alia duo millia ſcuta ſimilia infra tres menſes à data præſentium numeran. ſoluere promiſit, ab eodem officio Commiſſariatus huiuſmodi, eius vita durante per nos, vel ſucceſſores noſtros Rom. Pont. pro tempore exiſtentes, aut Sedem & Cameram prædictas, etiam ex quauis cauſa inuitum amoueri, aut illud eiq; aſsignata & conceſſa iura, regalia, emolumenta, cęteraq; ſupradicta in toto, vel parte imminui, vel ſubtrahi poſſe: quinimò officium Commiſſariatus huiuſmodi ad octo annos à data præſentiū computādos, per obitum ipſius Ioffredi minimè vacare, ſed eiuſdem interea decedentis ſucceſſorem ad ſoluendum illius hęredibus etiam ab inteſtato, integrum eiuſdem officij precium tunc reperibile teneri, ipſoſq; hæredes ad huiuſmodi precium, & pro illo ad officium Commiſſariatus huiuſmodi vſq; ad integram dicti precij ſolutionem, directam habere actionem, ac eos & non alios ſuper precio huiuſmodi, quale & quantumcunque fuerit cum perſona nobis, vel ſucceſſoribus noſtris prædictis beneuiſa, ad dictum Commiſſariatus officium pro tempore deputanda, antequàm ad illud deputetur, liberè & licitè conuenire & contrahere, neq; perſonam deputandam huiuſmodi, antequàm de dicto precio, vt præmittitur, integrè ſatisfecerit, poſſeſſionem officij Commiſſariatus huiuſmodi, ſeu illius exercitij appręhendere, nec eam aut alium quempiam, illud interim etiam per modū prouiſionis, niſi de fructibus & redditibus ex illo quomodolibet prouenientibus, hæredibus & alijs prędictis re ipſa reſponderit, & eorundem hæredum ad id, acceſſerit aſſenſus, exercere poſſe. Necnon prædictum Ioffredum intra ſpatium eorundem octo annorum, de dicto precio ſeu officio per viam legati, donationis, etiam cauſa mortis, teſtamenti, ſeu alterius cuiuſcunq; vltimę voluntatis, ſeu etiam cuiuſuis contractus inter viuos, in toto vel in parte in vnius, vel plurium, & diuerſarum perſonarum fauorem diſponere & ordinare, illudq; tranſmittere, & transferre, dicta auctoritate vigore præſentium liberè, & validè poſſe, nec fructus ex eodem Commiſſariatus officio pro tempore perceptos, in ſortem illius precij connumerari, neque Ioffredum ac eiuſdem hæredes prædictos ſuper his, & alijs prędictis omnibus, per S.R.E. Vicecancellarium & Camerarium, ipſamq; Cameram, ac illius Theſaurarium, Clericos, Præſidentes & Commiſſarios, ac etiam prædictum Datarium pro tempore exiſtentem, vel quoſcunq; alios, quauis auctoritate fungentes, quouis prętextu, etiā nomine & actione ſpoliorum, vel aliàs quomodolibet moleſtari, aut inquietari debere declaramus; & ſi officium Commiſſariatus huiuſmodi ex fructibus, redditibus & prouen. Eccleſiaſt. emptum fuit, illiuſq; precium viginti milliū ſcutorum huiuſmodi ſummam longè maiorem excederet, & ad quamcunque etiam notabiliſſimam ſummam aſcenderet, quam totam & integram, tàm Ioffredo quàm alteri, qui illi in eo ex reſignationis cauſa mediatè vel immediatè ſucceſſerit, ac etiam eo infra dictos octo annos vita functo, eiuſdem hæredibus & ſucceſſoribus prædictis inter viuos, & irreuocabiliter donamus, & liberaliter remittimus, ac totum integrum precium prædictum qualecunque, & quantumcunque fuerit Ioffredi, & eo infra dictos octo annos decedente, hæredum prædictorum omnino eſſe volumus. Et nihilominus pro Ioffredi eiuſq; hęredum, ac in officio Commiſſariatus huiuſmodi ſucceſſorum prædictorum ſecuritate & indemnitate, ac omnium & ſingulorum prædictorum obſeruatione & exequutione, etiam nomine & loco damnorum, & inte-

Et interim de eo eiuſq; pretio quoquomodo diſponere poſſe decernit.

Pro aſſecuratione huiuſmodi cōceſsionis officij bona Camerę Apoſtol. omnia obligat & hypothecat.

reſſe

Digitized by Google

reſſe, quæ Ioffredum eiuſque hæredes, & ſucceſſores huiuſmodi pati contingeret, ac de & pro euictione, & generali & particulari deſenſione, manutentione, & confirmatione perpetuis, & aduerſus quaſcunque perſonas ius quomodolibet deſuper habentes, ſeu habere nunc & pro tempore præſidentes pati contigerit, omnia & ſingula eiuſdem Cameræ iura, res, & bona quæcunque, tàm præſentia quàm futura, nedum generaliter, verum etiam ſpecialiter,& expreſsè in ampliſſima Cameræ forma,cum omnibus & ſingulis clauſulis, decretis, & cautelis in ſimilibus apponi ſolitis & conſuetis latiſſimè extendendis, & interpretandis, eidem Ioffredo eiuſq; hæredibus & ſucceſſoribus prædictis obligamus & hypothecamus; necnon quatenus, pro conſequendo dicto officio ab alijs maius precium dicta ſumma 20. milliũ ſcutorum quandocunque reperta fuerit, vel reperiri contigerit, illud omne & totum cuiuſcunque quantitatis, & ſummæ fuerit, etiam ſi dimidiam, vel maiorem partem iuſti precij excedat, eidem Ioffredo gratioſè & irreuocabiliter, ac perpetuò, etiam donatione inter viuos remittimus & condonamus. Decernentes præſentes litteras ad proban. plenè, quòd eadem ſumma in noſtram, ac ſedis & Cameræ prædictarum ſubuentionem conuerſa fuerit, aliaq; præmiſſa vbique, tàm in iudicio, quàm extra ſufficere, nec ad id alterius probationis adminiculum requiri; Eaſdemq; præſentes litteras nullo vnquam tempore de ſubreptionis,vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio quouis defectu,etiam ex eo quod intereſſe forſan habentes ad id vocati non fuerint, vel ex quauis alia cauſa quantumuis legitima, vrgenti, & iuridica,etiam neceſſariò exprimen. notari, impugnari, inualidari, ad terminos iuris reduci, in ius vel controuerſiam reuocari, aut aduerſus illas quodcunque iuris, facti, vel gratiæ remedium impetrari poſſe, minuſque ſub ſimilium, vel diſſimilium gratiarum reuocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut alijs contrarijs diſpoſitionibus compræhendi, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum & eum, in quo antea quomodolibet erant ſtatum, reſtitutas, repoſitas, & plenariè, etiam ſub quacunque data per Ioffredum eiuſque hæredes, ac ſucceſſores prædictos eligenda,reintegratas, ac de nouo conceſſas, validaſque & efficaces fore & eſſe, vimque validi, & efficacis contractus inter nos & ipſam Cameram ex vna, ac Ioffredum eiuſque hæredes & ſucceſſores prędictos ex altera partibus ritè & rectè initi, & ſtipulati, ac etiam vtrinque iurati habere, & perpetuò obtinere, dictamque Cameram ac Ioffredum eiuſque hæredes & ſucceſſores prædictos in iuribus huiuſmodi tuendos,& ab omni incommodo, damno, læſione, lite, cauſa, & controuerſia immunes, indemnes, & exemptos conſeruandos teneri, ac obligatam eſſe, & fore: ſicque, & non aliter per quoſcunque Iudices ordinarios, vel delegatos etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate iudicari, ac diffiniri debere: necnon irritum & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.Quocirca venerabilibus Fratribus Amerin. & Materan. Epiſcopis, ac dilecto filio cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, Motu ſimili per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium ſeu alios præſentes litteras, & in eis contenta quæcunque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Ioffredi, eiuſq; ſucceſſorum prædictorum, vel alicuius eorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſq; in prædictis efficacis deſenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra præſentes litteras, & in eis contenta huiuſmodi ab omnibus ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit inuiolabiliter obſeruari,ac Ioffredum eiuſque hæredes & ſucceſſores prædictos illis pacifice frui,& gaudere,non permittẽtes ipſos vel eorum quempiam per quoſcunq; deſuper quomodolibet indebitè moleſtari: Contradictores quoſlibet & rebelles, per ſententias cen. & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, necnon legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggrauando,inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit,auxilio brachij ſęcularis. Nõ obſtan. præmiſſis, ac de præſtan. conſenſu in penſionibus, & iure quæſito non tollendo, necnon reuocatoria facultatum percipiendi precium officiorum dictæ Curiæ, & gratijs ad

Clauſulæ præſeruatiuæ.

Decretum irritans.

Executorũ, & defenſorũ deputatio, & facultates.

T inſtar

inſtar non concedendis,aliiſq; Cancellarię Apoſtolicæ regulis editis,ac etiam in craſtinum aſſumptionis cuiuſq; Rom.Pontifi.ad ſummi Apoſtolatus apicem edendis, necnō fel.rec.Bonifacij Papæ viij. prædeceſſoris noſtri, qua cauetur, ne quis extra ſuam Ciuitatem vel diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis vltra vnam dietam à fine ſuæ diœceſis, ad iudicium euocetur, ſeu ne Iudices a Sede prædicta deputati extra Ciuitatem, vel diœceſim, in quibus deputati fuerint, contra quoſcunque procedere, aut alij vel alijs vices ſuas committere præſumant, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas aliquis auctoritate præſentium ad iudicium non trahatur; necnon quatenus opus ſit recol. mem. Symmachi, & Innocentij Tertij, ac Pauli Secundi,& quorumcunque aliorum Ro. Pont. prędeceſſorum noſtrum, ac etiam noſtris de rebus Eccleſiæ, ſeu Camerę & Sedis prædictarum non alienandis, necnon ſuper reformatione, numero, & qualitatibus dictorum Referendariorum, aliiſq; conſtitutionibus & ordinationibus, tàm Apoſtolicis, quàm in Prouincialibus, ſynodalibus & generalibus Concilijs ſpecialiter, vel generaliter contra præmiſſa, vel eorum aliqua quomodolibet editis, & edendis: necnon Eccleſiarum & Monaſteriorum, in quibus beneficia huiuſmodi forſan fuerint, ac ordinum, militiarum, & hoſpitalium etiam quorum illa extiterint, necnon Camerę Vrbis,officiorum,& Collegiorum prędictorum,iuramento,confirmatione Apoſtolica,vel quauis firmitate alia roboratis,ſtatutis, conſuetudinibus, vſibus, naturis, ſtabilimentis, & etiam nouis reformationibus, priuilegijs quoque indultis, exemptionibus, immunitatibus, & litteris Apoſtolicis illis eorumque prę́ſulibus, Capitulis, Conuentibus, officialibus, appaltatoribus, & quibuſuis alijs perſonis, etiam per modum ſtatuti, ac initi & ſtipulati contractus, ſub quibuſcunque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & alijs decretis, in genere, vel in ſpecie, per quoſcunque Ro. Pont. prędeceſſores noſtros, ac nos & Sedem Apoſtolicam, etiam motu, ſcientia,& poteſtatis plenitudine ſimilibus, etiam conſiſtorialiter, ac aliàs quomodolibet conceſsis, approbatis,& innouatis, ac quantocunq; tempore innouatis. Quibus omnibus, etiam ſi pro eorum ſufficienti derogatione aliàs de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales, idem importantes mentio, ſeu quęuis alia expreſſio habenda,aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda eſſet, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata,inſerti forent, prę́ſentibus pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſsè derogamus, contrarijs quibuſcunque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum erectionis, inſtitutionis, conceſſionum, applicationis, appropriationis, creationis, conſtitutionis, deputationis, aggregationis, voluntatis, mandatorum, indulti, ſtatuti, ordinationis, abſolutionis, receptionis, admiſſionis, declarationis, donationis, remiſſionum, obligationis, hypothecationis, condonationis,decreti, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare prę́ſumſperit,indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Clauſulæ derogatoriæ.

Datum Romę Apud Sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicę, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſexto, quarto Idus Octobris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Pro Reuerendiſs. D.ſummatore A. Iuſtus.

Tho. Thom. Gualterutius.

Admiſsio, & regiſtratio in Camera Apoſtol.

Die ſeptima Ianuarij, Milleſimi quingenteſimi octuageſimi ſeptimi. Suprafcriptæ litteræ Apoſtolicæ præſentatæ fuerunt in plena Camera Apoſtolica, & ſucceſsiuè admiſſæ, ac regiſtratæ lib. primo Signaturarum S. D. N. fol. 154. penès me infraſcriptum dictæ Cameræ Notarium.

Tydeus de Marchis.

Sequitur

Sequitur conſtitutio Pij V. contra habentes Scripturas ad Reuerendam Cameram Apoſtolicam ſpectantes:

Pivs Papa Quintus. Cum de litteris, auctoritatibus & inſtrumentis omnibus, ſiue cuſtodiendis, & memoriæ demandandis, ſiue auerſis requirendis, ſedulam pro ſe quemque curam capere oporteat, hoc impenſius multo pro S.R.E. cæteraq; omniũ matre & magiſtra expedit procurare, vt ipſa non modo ſuis, vt par eſt, iuribus protẽgatur, ſed & proprijs munimentis ſubnixa, etiam nefarios inſurgẽtium quotidie in eam impiorum conatus comprimere, eademque opera reliquo omni ordini Eccleſiaſtico, quandocumque venerit vſus, auxilio atque præſidio promptior eſſe poſſit. Itaque vt de ſcripturis, litteris, Inſtrumentis, regeſtris & munimentis omnibus ad ipſam Romanam Eccleſiam, & hanc ſanctam ſedem Cameramque Apoſtolicam pertinentibus certior deinceps ratio habeatur, & quæ neglecta iacent, in integrum reſtituantur, ac tranſportata vel ablata, aut interuerſa, reuocentur eorum omnium quæ in palatio & veſtiario noſtro, bibliotheca item Vaticana, & arce S. Angeli aſſeruantur, quæq; in Archiuiis, chartophilaciis, Armarijs, Eccleſiis, Monaſterijs, Conuentibus, Aedibus, & locis publicis & priuatis Vrbis Romæ, Auinionis, cæterarumq; omnium Ciuitatum, Prouinciarum & locorum, nobis & dictæ R.E. immediatè, mediatevè ſubiectorum reconduntur, & habentur, breuiarium ſiue compendium cum indice idoneo conficiendum; diſperſa verò, vel ſuppreſſa, ac celata, ſubtracta, & euolata ad præfatam Sedem, & Cameram reuocanda & repetenda, pari quoq; ratione dicto Breuiario adſcribenda eſſe ſtatuimus, eamque curam venerabili Fratri noſtro Carolo Epiſcopo Montis Flaſconen. vnum ex officijs Clericatus præfatæ Cameræ ex indulto Apoſtolico obtinenti, & Dilecto filio Honuphrio Camaiano Clerico Aretino, ipſius Cameræ prẹſiden. quorum fidem, rerum vſum, diligentiam, & animi integritatem iampridem perſpectam, & exploratam habemus, auctoritate præſentium ducimus delegan. qua in re, vt inſtituti noſtri effectus & executio ocius ſubſequatur, monemus imprimis omnia & quæcumque Communia Prouinciarum, Ciuitatum, & locorum præfatorum, necnon Eccleſiarum Prẹlatos, capitula, Conuentus & Collegia, omnes itẽ alios & ſingulos eiuſdem S.R.E. Cardinales, aut Comites, Duces, & quouis alio potiori titulo Illuſtres ſint, tam dictæ Vrbis, quàm etiam Prouinciarum, Ciuitatum, & locorum immediatè & mediatè ſubiectorum publicè, & priuatim, vt infra terminum per ſupradictum Carolum Epiſcopum & Honuphrium arbitran. poſtquàm præſentium litterarum promulgatio in Vrbe, & quaq; alia Ciuitate, Prouincia, Terra, & loco vbi conſiſtunt facta fuerint, omnia & quẹcumq; exemplaria, libros, protocolla, ſcripturas, exempla, inſtrumenta, & munimenta rerum & iurium quorumcunq; Romanæ Eccleſiæ, ac ſedis & Cam. prædictarum penes ſe exiſtentia, ſiue ad ipſas legitimè pertineant, ſiue commodato, vel depoſito, aut alio quocunq; iure & titulo illa obtineant, vel etiam ſubrepta & extorta detineant, præfatis Carolo Epiſcopo, & Honuphrio Præſiden. ſeu eorum in dictis Ciuitatibus, prouincijs & locis Commiſſarijs, omnino reuelare procurent, vt ſcilicet eorũ omnium & ſingulorum inuentarium conficiatur. Deinde adnotatis Communitatibus, Ciuitatibus, Eccleſiis, Capitulis, Conuentibus, Archiuijs, locis & perſonis vbi conſtant, ipſa quoq; præfato breuiario, ſeu compendio adſcribantur exemplaribus, ſiue exemplis, regeſtris & Inſtrumentis, penès eos ad quos illa iure pertinent, tanquàm ipſorum fideicommiſſis remanentibus, ita vt nunquam ſine ſedis Apoſtolicæ ſpeciali, & expreſſa licentia inde amoueri, transferri aut aliàs immutari poſſint: ſubrepta verò & extorta vel incerta ad præſatam Cameram referantur, & in dictum compendium atque Indicem conferantur. Quòd ſi fortè aliqui lapſo tempore prædicto non paruerint, eos & ipſorum ſingulos, libris, iuribus & ſcripturis omnibus præfatis, eorumque omnium vſu & commodo ptiuamus. Præterea Eccleſias, capitula & Monaſteria, Conuentus, & Collegia Eccleſiaſtica, necnon Ciuitates, Prouincias & loca quæcunque Eccleſiaſtico interdicto ſubijcimus, ſingulares verò perſonas eorundem, cæteroſq; præfatos excommunicationis ſententia innodamus eo ipſo, qua illaqueatos nullus alius quàm Rom. Pont. excepto mortis articulo, valeat liberare. Cæterum, vt præfata promptius exe-

Cauſæ huius conſtitutionis.

Pius V. monet omnes habẽtes ſcripturas ſpectan. ad R. Cameram Apoſt. vt ea reuelent, & de reuelatis inuentariũ cõfici mandat.

Contra inobedientes pœnas hic expreſſas imponit.

T 2 quantur,

Deputatis, ſuper præmiſsis facultates hic expreſſas concedit.
Has facultates Sanctiſſ. D.N. Sixtus V. Cõmiſſario Apoſto. conceſsit, vt hic ſup. habes, & etiã infra in cõſt. 37.

quantur, pręfatis Carolo Epiſcopo & Honuphrio Præſiden. motuproprio, & ex certa noſtrà ſcientia mandamus, vt ipſi ad Arcem, Palatium, Bibliothecam, Veſtiarium, Capitolium, Eccleſias, Capitula, Monaſteria, Conuentus, Archiuia, Domos,& loca præfata, tam publica quàm priuata; Itemq; particularium perſonarum etiam S.R.E. Cardinalium, necnon Ducum,& aliorum quorumcunq; Aedes in dicta Vrbe & eius diſtrictu poſitas, & vbicunq; illa eſſe intellexerint, vel coniecerint, adhibita etiam ad ipſos priuatos armata familia, etiam ante promulgationem præſentium, ac quàmprimum ſe conferant, & omni cunctatione reſpondendi vel cõſulendi præciſa, vel appellatione remota, ad præfata, omnia è veſtigio adhibenda, etiam manu regia, ac per cenſuras & pęnas præfatas, ac etiam pecuniarias, aliaſq; grauiores arbitrio ſuo irrogandas, moderandas & applicandas, cæteraq; iuris & facti remedia opportuna, appellatione poſtpoſita compellant, exhibita, producta, & inuenta recognoſcant, ac de eis inuentarium, ac breuiarium & indicem præfatum conficiant; quæq; ibi relinquenda, vel deinde ad Cameram pręfatam referenda erunt, ſtatuant & decernant, eademq; illa omnia per ſe vel alium ſeu alios probos,& peritos, cum ſimili, aut limitata poteſtate ſubſtituendos, extra dictam Vrbem, in Prouinciis, Ciuitatibus,& locis præfatis efficere: præterea Notarios deſcriptores, & Antigrapharios quotquot ad pręfata negocia fuerint, cum ſalarijs ſeu mercede cuiq; conuenientibus de Cam. pręfatæ redditibus conſtituendis,& de mandato ipſorum Caroli Epiſcopi, & Honuphrij Pręſidentis vtriuſq; manu ſubſcripto arbitrio veſtro perſoluendis, vbiq; locorum pręfatorum cõſtituere & ordinare procurent. Nos enim ipſis omnia,& quæcunq; alia, in prędictis & circa ea neceſſaria & opportuna, etiamſi talia forent, quę mandatum & facultatem exigerent magis ſpecialem, tam coniunctim quàm diuiſim, per ſe vel alium, ſeu alios faciendi & exequendi, plenam & liberam ipſarum tenore pręſentium concedimus facultatem. Decernentes irritum & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtan. ſtatutis & conſuetis Vrbis, ac Ciuitatum, Prouinciarum,& locorum pręfatorum, necnon Eccleſiarum, Monaſteriorum,& ordinum quorumcunq; iuramento &c. roboratis, ac quantocunq; tempore obſeruatis; pręſcriptionibus quoque & priuilegiis, exemptionibus, indultis & litteris Apoſtolicis, illis & eorum ſingulis, necnon Pop. Rom. & Card. ac quibuſcunq; aliis, nullis prorſus exceptis, ſub quibuſcunq; tenoribus & formis, ac cum quibuſuis clauſulis & decretis conceſſis, confirmatis &c. Quę omnia quatenus pręedictis in aliquo obſtare, aut effectum pręſentium quoquomodo impedire poſſent, illorum omnium tenores &c. pro expreſſis habentes, Motu & ſcientia ſimilibus reuocamus, tollimus & abrogamus; litteraſq; omnes & ſcripturas deſuper confectas cum inde ſecutis omnibus caſſamus, annullamus, viribuſq; & effectu carere volumus; eo ipſo, quòdque aliquibus communiter, vel diuiſim a dicta ſit Sede indultum, quod interdici, &c. non poſsint per litteras Apoſtolicas non facientes &c. mentionem, cęteriſq; contrarijs quibuſcunque. Cęterum vt pręſentes, quarum ſolam Signaturam ſufficere, & vbiq; tam in iudicio, quàm extra illud fidem facere volumus omnibus plenius innoteſcant, mandamus illas ad Valuas Baſilicę Principis Apoſtolorum de Vrbe & Cam. pręfatę, necnon Cancell. Apoſtolicę, & in acie Campi Florę publicari, earumq; exempla de more affigi, ac etiam volumus & Apoſtolica auctoritate decernimus, quòd huiuſmodi exempla etiam impreſſa, manuq; Notarij publici ac ſigillo Caroli Epiſcopi ſeu Honuphrij Pręſiden. pręedictorum obſignata eandem illam vbique locorum fidem faciant, quam ipſęmet pręſentes facerent ſi eſſent exhibitę vel oſtenſę, & nihilominus mandamus litteras Apoſtolicas ſiue ſub plumbo ſiue in forma Breuis, tam coniunctim quàm diuiſim, quandocunque videbitur expediri. Placet Motuproprio M.

Clauſulæ derogatoriæ.

Forma Publicationis.
Hanc publ. nõ habes hic, ſed infra i cõſt. 37. io fine.

Datum Romę, Apud Sanctum Petrum 14. Cal. Septembris, Anno Tertio.

Ex libro ſecundo ſignaturarum fel. recor. Pij Papę V. in Camera Apoſtolica repoſito fol. 172. & collat. cõcordat. per me infraſcriptum dictę Camerę Notariũ & Cuſtodem.

Tyd. de Marchis.

Erectio

X L V.

Erectio Officij Theſaurarij Datariatus Summi Pontificis, Iuriſdictioniſq; , Priuilegiorum, & emolumentorum aſsignatio, dictique Officij Collatio, in perſonam Reueren. D. Hieronymi Ruſtici Rom. Epiſcopi Tropien.

SIXTVS V. Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

VT ingens negociorum moles, quam pro tempore Rom. Pontificis exiſtens Datarius, ad quem pro diuerſis expeditionibus reportandis, Orbis confluit Vniuerſus ſubire cogitur, facilius ſuſtineatur, nouum in dicto Datariatu officialem creare duximus opportunũ, per quem Datarius ipſe, in nonnullis valeat ſubleuari: Motu proprio, & ex certa ſciẽtia noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Vnum officium, Theſaurariam Datariatus nuucupatum, ad inſtar aliorum Rom. Curię officiorum vacabilium, pro vno Prẹlato, Theſaurario nuncupando; Qui differentias, & dubia omnia ratione quarumcunque expeditionum, & negociorum dicti Datariatus inter eorum ſolicitatores & procuratores, ſeu quoſcunque alios mota, & mouenda, quę idem Datarius prędicto Theſaurario pro tempore duxerit committenda, Et rationes pecuniarum ad Rom. Pontificem ex Compoſitionibus in dicto Datariatu pro tempore faciendis à quibuſuis officialibus exactarum, & exigendarum petere, & exigere, Ac generaliter omnia quę aliquam cognitionem, deciſionem, probationem, declarationem, interpretationem, & executionem ad gratiam tam obtinendam, quam ratione Datariatus officij obtentam qualitercunque, & quomodocunque requirant, de ipſius Datarij commiſſione, audire, & cognoſcere, ac manu Regia, telaq; Iudiciaria penitus omiſſa, ſolaq; facti veritate inſpecta, ac omni & quacunque appellatione, recurſu, & remiſſione, (prẹterquam ad Datarium ipſum) remotis, & prout ipſemet Datarius poſſet, terminare, & decidere, ac debitæ & finali executioni demandare libere, & licitè valeat, auctoritate Apoſtolica tenore prẹſentium perpetuò erigimus, & inſtituimus, Ac huiuſmodi Theſaurarię officio ſic erecto & inſtituto, Quinque ducatos auri de Camera, pro quolibet centenario ſimilium ducatorum, qui hactenus ex quadam conſuetudine, ſeu potius corruptela inueterata ſolicitatoribus, ſeu procuratoribus expeditionum per Datarium pro tempore exiſten. in ipſo actu ſolutionis dictarum compoſitionum dimitti & condonari conſueuerunt, quæ iu noſtros vel Datariatus, ſeu Cameræ noſtræ Apoſtolicæ ordinarios redditus, propterea nunquam computari fuerunt, & introitus huiuſmodi Datariatus officij non imminuunt, quoſque ab eiſdem ſolicitatoribus & procuratoribus perpetuò tollimus, & penitus abdicamus, pro eius dote, ſeu illud pro tempore obtinentis ſalario, ſiue emolumento, etiam perpetuò applicamus, & appropriamus; ac ex nunc applicata, & appropriata eſſe volumus: Ita vt ipſe Theſaurarius pro tempore exiſtens, huiuſmodi quinque ducatos, vt profertur ſimiliter perpetuò habere, & illos pro quolibet centenario à Receptore dictarum compoſitionum exigere, & pro ſe retinere, & iu ſuos vſus & vtilitatem conuertere, abſque aliqua noſtra, vel Roman. Pontificis pro eo tempore exiſten. licentia, liberè valeat; & vt prædictum officium ſic erectum, & inſtitutum amplioribus per nos fauoribus, & gratiis decoretur. Quòd prædictus Theſaurarius pro tempore exiſten. Prælatus noſter domeſticus, & familiaris, continuus commenſalis, & vtriuſque ſignaturæ noſtræ Referendarius, aliorumque Referendariorum huiuſmodi numero, & cònſortio adſcriptus, & aggregatus eo ipſo exiſtat, & ſit, etiam forma conſtitutionis à nobis vltimo ſuper reformatione Referendariorum editæ tradita, & in ea contentis, quæ hic pro expreſſis haberi volumus, non obſtantibus, ac in noſtra, & ſucceſſorum noſtrorum Rom. Pontificum Signatura continuo interueniat, & aſſiſtat; omnibuſque & ſingulis priuilegijs, gratijs, antelationibus, prærogatiuis, honoribus, fauoribus, & alijs quibus cæteri familiares

Erectio officii Theſaurarii Datariatus, in officium vacabile perpetuum ad inſtar aliorum officiorũ Ro. Curiæ.

Iuriſdictio dicti Theſaurarii circa differentias occaſione negociorũ, & expeditionum Datariæ ſibi a Datario committendas.

Emolumentorum pro eodẽ Theſaurario aſſignatio.

Referendarius vtriuſq; Signaturæ, & Familiaris, & cõtinuus Commenſalis, Theſaurarius pro tẽpore, ex nũc creatur, & Referendariorum ac Familiariũ priuilegia eidem conceduntur.

Hæc priuilegia vide ſup in cõſti. 39. f. 128. & in Clem. 7. conſti. 24. fol. 307.

miliares continui commenſales noſtri, ac Referendarij Prælati prædicti vtuntur potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, pariſormiter, & abſque vlla differentia vti, potiri, & gaudere valeat: Ac tam in Capella noſtra, quàm pro tempore exiſten. ſucceſſorum prædictorum, & quibuſcunque ſeſſionibus, proceſſionibus, equitationibus alijſq; actibus, tam publicis, quàm priuatis in noſtra, & pro tempore exiſten. Rom. Pontificis præſentia & conſpectu, vel etiam abſentia faciendis immedietatè poſt noſtrum, & ſucceſſorum noſtrorum prædictorum pro tempore exiſten. Theſaurarium generalem ſedeat, & incedat. Nec nôn pro ſe ipſo quaſcunq; litteras Apoſtolicas ſub plumbo, ac etiã in forma Breuis, ſuper quibuſcunq; gratijs, tam Iuſtitiam, quàm gratiam concernentibus per eum à nobis, & ſucceſſoribus noſtris prædictis impetratis, & impetrandis, etiam præſentes litteras, in omnibus & ſingulis eiuſdem Curiæ officijs ac taxis, tam in Cancellaria, quàm Cam. Apoſtolicis, necnon plumbo & Regiſtro, ac vbilibet gratis ad inſtar Clericorum ipſius Cameræ, in omnibus & per omnia expedire omnino, perpetuò poſſit & debeat, prout expediri volumus, & mandamus pariter perpetuò concedimus, & indulgemus. Inſuper Theſaurarium prędictum, omniaq; & ſingula eius res, bona, & merces pro eius & familię ſuę victu, & veſtitu ac vſu neceſſaria, tam in Alma Vrbe exiſtentia, quàm ad illam ex quauis mundi parte, tam per mare, quàm per aquam dulcem venientia, ſeu deferenda, ab omnibus & ſingulis gabellis, datijs, vectigalibus, pedagijs, angarijs, & perangarijs, taxis, collectis, & impoſitionibus quibuſcunque quomodolibet nuncupatis, hactenus impoſitis, & in poſterum quomodolibet & ex quacunque etiam vrgenti, & vrgentiſſima cauſa imponendis, ac etiam à Duanis & gabellis prædictis Vrbis, penitus & omnino, ac in omnibus & per omnia, prout Clerici prædicti exempti ſunt, etiam ratione trium pro centinario, pro vino etiam in magazenis repoſito, totaliter eximimus, & liberamus ac liberum, immunem, & exemptum, omniaq; prædicta immunia, & exempta perpetuò eſſe volumus, & pariter concedimus. Vlterius quod ipſe Theſaurarius pro tempore exiſtens, ex penſionibus annuis ſuper quibuſcunque fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, obuentionibus, & emolumentis, ac etiam diſtributionibus quotidianis quarumcunque menſarum Patriarchalium, Archiepiſcopalium, Epiſcopalium, Abbatialium, & quarumcunque Eccleſiarum & Monaſteriorum, Præpoſiturarum, Prioratuum, Præpoſitatuum, Præceptoriarum, ac aliorum quorumcunque ordinum, & militiarum regularium, necnon ſæcularium beneficiorum Eccleſiaſticorum, Apoſtolica ſibi auctoritate pro tempore aſſignatis, ſeu etiam illarum loco ſimilibus fructibus, redditibus, prouentibus, ac iuribus, & diſtributionibus quotidianis, ſibi eadem auctoritate reſeruatis & aſſignatis, ac pro tempore reſeruandis & aſſignandis, vnam vel plures penſiones vſq; ad ſummam Quingentorum ducatorũ ſimilium, in toto vel in parte, in vnam vel plures perſonas eccleſiaſticas, etiam quæcunq; beneficia eccleſiaſtica obtinentes & expectãtes, per ipſum Theſaurarium quandocunq; illi placuerit nominandas, etiam coram ſolis Notario & teſtibus abſque alicuius Eccleſias Monaſteria, Præpoſituras, Prioratus, Præpoſitatus, Præceptorias, ac beneficia Eccleſiaſtica huiuſmodi obtinentium, deſuper præſtando conſenſu, etiam in mortis articulo, in dicta Curia, vel extra eam, & ſeu aliàs ſi ei videbitur in forma ſolita, & conſueta transferendi regula, ſeu conſtitutione Apoſtolica de preſtando conſenſu, edita ſeu edenda, alijſque in contrarium quomodolibet facientibus nequaquam obſtantibus, licentiam & facultatem ſimiliter concedimus & impartimur. Poſtremo officium Theſaurariæ Datariatus huiuſmodi ſic erectum & inſtitutum, ad ſex annos proximos à data præſentium computandos, per obitum illud pro tempore obtinentis minimè vacare, ſed eiuſdem interea decedentis ſucceſſor, ad ſoluendum illius hæredibus integrum eiuſdem officij precium tunc reperibile, teneatur; ipſique hæredes ad huiuſmodi precium, & pro illo ad officium vſque ad integram dicti precij ſolutionem directam, habeant actionem, ita vt ipſi & non alij pro ea vice dumtaxat ſuper precio huiuſmodi quale, & quantumcunque fuerit cum perſona nobis, vel ſucceſſoribus noſtris prædictis beneuiſa, ad dictum Theſaurariæ officium tunc deputanda, antequam ad illud deputetur, conuenire & contrahere liberè, & licitè poſſint, quæ perſona deinde deputata, antequam de dicto precio, vt præfertur integrè

Locus in Cappella Sanctiſsimi, & proceſſionibus, aliiſque actib⁹, poſt Theſaurarium generalem, aſſignatur.

Expeditiones pro eo gratis fieri præcipitur.

Exemptio à ſolutione gabellarum &c. de rebus pro ſuo ſuæq; Familiæ vſu neceſſariis eid. Theſaurario côceditur.

Expenſionibus ſeu eorũ loco prouẽtibus Eccleſ. ſibi reſeruatis, ſeu reſeruandis ac aſsignãdis, in aliũ penſiones vſq; ad 500. ducat. etiam i mortis articulo transferendi d. Theſaurario facultas datur.

Aſſecuratio vt per ſex annos officium nõ vacet eid. Theſaurario conceditur.

integrè ſatisfecerit,poſſeſſionem officij huiuſmodi,ſeu illius exercitij apprehendere minimè valeat, nec ipſe ſeu quiſquam alius illud interim, etiam per modum prouiſionis, niſi de fructibus, & redditibus ex illo quomodolibet prouenientibus hæredibus, & alijs prædictis re ipſa reſponderit, exercere poſſit, ſeu valeat; ipſeque Theſaurarius ab hac prima erectione ad dictum officium deputandus, & conſtituendus intra dictum ſex annorũ ſpatium,de dicto precio per viam legati relicti donationis cauſa mortis,teſtamenti, ſeu alterius cuiuſcunq; vltimæ voluntatis, vel etiam donationis, & alterius cuiuſuis contractus inter viuos, ac etiam ab inteſtato, & aliàs omni & quocunque alio meliori modo, in toto vel in parte,in vnius,vel plurium,& diuerſarum perſonarum fauorẽ diſponere, & ordinare, illudq; tranſmittere, & transferre auctoritate Apoſtolica, & tenore præmiſſis liberè & validè poſſit, nec fructus ex eodem officio pro tempore percepti in ſortem illius precij connumerari vllatenus debeant, & ſi ipſius officij precium, quod triginta quatuor millium ſcutorum auri in auro eſſe volumus, pro hac vice, & ita iudicamus ſummam longè maiorem excederet, & ad quancunq; etiam notabiliſsimam ſummam aſcẽderet,illam totam & integram, tam ipſi qui dictum officium pro hac prima vice à nobis obtinebit, quàm etiam eo intra dictum ſexennium vita functo, eius hæredibus, & ſucceſſoribus prædictis gratioſè inter viuos donamus, & penitus liberaliter remittimus, ac totum dictum integrum precium qualecunque, & quantumcunq; ſit,dicti Theſaurarij hęredum,eo intra dictum ſexennium decedente,omnino eſſe volumus etiam non obſtante noſtra eiuſdẽ Cancellariæ regula in craſtinum noſtræ abſumptionis ad ſummum Apoſtolatus apicem, in eadem Cancellaria edita, & per nos, ac per quoſcunq; Rom.Pontifices ſucceſſores noſtros,pro tempore in poſterum quomodolibet edenda, facultatum percipiendi precium officiorum reuocatoria, omnibuſq; in ea nunc, & pro tempore contentis, quæ etiam hic pro expreſſis haberi volumus,& alijs quibuſcunque ſimilibus, vel diſſimilibus contra præmiſſa quomodolibet edendis,nequaquam obſtantibus. Quodque redditus annui prædicto officio per nos, vt præmittitur aſſignati, perpetuò in eadem Quinque pro quolibet centenario exactione conſeruabuntur, & nunquam,etiam in quauis minima parte, etiam quacunque vrgenti vel vrgentiſſima neceſſitate, ſeu cauſa, vel ratione exiſtentibus, etiam per nos, vel ſucceſſores noſtros ſupradictos recuperabuntur, redimentur,diminuentur,aut aliàs quomodolibet impedientur in verbo ſummi Pontificis noſtro, & ſucceſſorum noſtrorum prædictorum nominibus promittimus, & efficaciter pollicemur. Ac demum pro præmiſſorum omnium inuiolabili obſeruatione, & executione, necnon ratione damnorum, expenſarum, & intereſſe, quæ Theſaurarius prædictus quomodolibet pati, & incurrere poſſet, ac de & pro euictione, & generali ac particulari defenſione, manutentione, & conſeruatione perpetuis, etiam aduerſus litterarum Apoſtolicarum ſolicitatores, Ianni zeros, nuncupatos, & alios ſupradictarum expeditionum apud dictum Datarium, nunc, & pro tempore expeditionis, & quaſcunque perſonas ius quomodolibet deſuper habentes, ſeu habere nunc,& pro tempore prætendẽtes,omnia,& ſingula eiuſdem Cameræ bona redditus, & introitus, nomina debitorum, ac alia quę ſine ſpeciali nota obligari non poſſunt, in ampliori forma eiſdem Cam. cum omnibus, & ſingulis clauſulis, & cautelis in ſimilibus obligationibus apponi ſolitis, & conſuetis latiſſimè extendendis, & interpretandis, Theſaurario, hæredibuſque, & ſucceſſoribus ſuis prædictis, etiam perpetuò obligamus, & hypothecamus. Vt autem officium Theſaurarię Datariatus huiuſmodi quamprimum perſonæ idoneę,vt præmittitur qualificatæ, qui præmiſſis aſſiduè incumbat, cuiuſque fidei & experientia nobis præcipuè cognita ſit committatur, de venerabilis fratris noſtri Hieronymi Epiſcopi Tropien. Vtriuſque Iuris Doctoris, ac in vtraque Signatura huiuſmodi Referendarij & Prælati domeſtici noſtri,de nobili genere ex vtroque parente procreati, ſumma fide, integritate, & diligentia plurimum in Domino confiſi, prædicto Hieronymo Epiſcopo, officium prædictum à primęua erectione huiuſmodi vacans, cum omnibus & ſingulis prouentibus, obuentionibus emolumentis,honoribus,priuilegijs, exemptionibus, immunitatibus, præeminentijs, antelationibus, prærogatiuis, facultatibus, iuriſdictionibus, fauoribus, gratijs, & indultis, necnon promiſſionibus, obligationibus, hypothecis, & alijs ſupraſcriptis, auctoritate, & pote-

Facultas diſponendi interim de dicto officio eiuſq; precio.

Obligatio omnium bonorũ, R. Cameræ Apoſt. pro obſeruatione pręſentium.

Theſaurariat⁹ Datariæ collatio in perſonã Reuer. D. Hieronymi Ruſtici Ro. Epiſcopi Tropien. cũ iuriſdictionib⁹ emolumẽtis,& priuilegijs prędictis.

& poteſtate ſimilibus concedimus, & aſſignamus; ipſumque Hieronymum Epiſcopum ad Theſaurariæ huiuſmodi officium, illiuſque liberum exercitium, ac omnia, & ſingula alia ſupradicta ex nunc admittimus, & recipimus; ſibique de dicti officij prouentibus, uentionibus, & emolumentis, ac alijs ſupradictis dicta retentione ſemper ſalua, per quoſcunq; ad quos ſpectat integros reſponderi, & ſatisfieri mandamus. Necnon eidem Hieronymo Epiſcopo, quoad uixerit, Officium Theſaurariæ huiuſmodi, cum illi annexis prædictis ad inſtar aliorum ſupradictæ Curiæ officiorum tenere, regere, & gubernare, nec ab eo inuitus amoueri poſſit, de ſpeciali gratia indulgemus; ſecundumq;, vt Theſaurariæ officium huiuſmodi recipere, & etiam quoad vixerit etiam vnà cum Eccleſia Tropien. cui præeſſe dignoſcitur, & quibuſcunq; alijs Eccleſijs, Monaſterijs, Prioratibus, Præceptorijs, & alijs quibuſcunque, etiam quorumuis ordinum regularibus, & ſæcularibus beneficijs Eccleſiaſticis, per eum forſan obtentis & obtinendis, necnon penſionibus annuis ſuper ſimilibus fructibus, redditibus, prouentibus, ac iuribus & diſtributionibus quotidianis, ſibi forſan dicta Apoſtolica auctoritate aſsignatis, & aſsignandis, ac illarum loco quibuſuis ſimilibus fructibus, redditibus, prouentibus, ac iuribus & diſtributionibus quotidianis, ſibi forſan reſeruatis, & reſeruandis, quos, & quas ex quibuſuis conceſsionibus, & diſpenſationibus Apoſtolicis percipit, & percipiet in futurum, ac quibuſcunque alijs cuiuſdem Curiæ officijs, per eum forſan etiam ex ſimilibus indultis obtentis & obtinendis retinere, & illud vt præfertur per ſe, vel alium, ſeu alios, aliàs & vt præfertur deputandum, ſeu deputandos, liberè, & licitè exercere valeat diſpenſamus; ſibique quòd omnibus, & ſingulis ſuperius expreſsis, quæ hic pro repetitis habeantur, vti, frui, & gaudere: Ac de precio dicti officij vt præfertur etiam ſi intra dictum ſex annorum ſpatium, ipſum Hieronymum Epiſcopum extra Eccleſiam Tropien. ac alias eccleſias, Monaſteria, & loca, aliaq; beneficia Eccleſiaſtica qualitercunque qualificata, per eum nunc, & pro tempore obtenta, ſuam perſonalem reſidentiam de iure, aut aliàs quibuſcunque requirentia, in ipſa curia, vel alibi vbicunque decedere contingat, conſtitutione felicis recordationis Pij Papæ Quarti Prędeceſſoris noſtri, ſub datum videlicet vij. Cal. Decembris, Pontificatus ſui anno Quinto, & ita & in ea contentis quæ hic ſimiliter pro expreſsis haberi voluimus, quibus ſpecialiter, & expreſsè derogamus, nequaquam obſtantibus, diſponere, & illud tranſmittere & transferre valeat, ac ab inteſtato eius hęredes, & ſucceſſores in ipſo precio ſuccedere, & illud omnino habere debeant, etiam pari motu cōcedimus pariter & indulgemus: & inſuper ſecuritate eiuſdē Hieronymi Epiſcopi, qui pro dicto officio & præmiſſis omnibus, & eorum ſingulis, integrè vt præfertur obtinendis, & conſequendis, ad ſubuenien dum noſtris & Sedis Apoſtolicæ neceſſitatibus, aut dictam ſummam triginta quatuor millium ſcutorum auri in auro cuncti Italici ſoluere obtulit, iamque in illorum deductione ſummam viginti millium nobis re ipſa perſoluit & exburſauit, reliqua autem quatuordecim millia ſcuta per totum præſentem menſem numerare promiſit, conſulere volentes Hieronymo Epiſcopo hæredibuſque & ſucceſſoribus ſuis prædictis pro præmiſſis omnibuſque, vt præfertur obſeruandis, dictam Cameram illiuſque bona & alia, modo & forma præmiſſis de nouo obligamus, & hypotecamus; Præſenteſque litteras prædictas nullo vnquam tempore de ſurreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quouis alio defectu, etiam ex eo quòd forſan intereſſe habentes ad id vocati non fuerint, vel ex quacunque alia cauſa quantumuis legitima, & iuridica, ac etiam neceſſario exprimenda notari, vel impugnari, aut in ius, vel controuerſiam reuocari, aut aduerſus eas quodcunq; iuris, facti, vel gratię remedium impetrari, vel ſub prædictis, ac quibuſcunq; alijs conſtitutionibus, & antedictæ Cancellarię regulis editis & edendis, ac litteris Apoſtolicis in contrarium, etiam pari motu, ac conſiſtorialiter emanatis, & emandandis, necnon quibuſuis ſimilium vel diſſimilium gratiarum reuocationibus, ſub penſionibus, limitationibus, aut alijs quomodolibet contrariis diſpoſitionibus nullatenus compręhendi poſſe, ſed ſemper ab illis exceptas eſſe, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum reſtitutas eſſe, & cenſeri, plenariè etiam ſub quacunq; data per ipſum Hieronymum Epiſcopum eiuſdem in dicto officio ſucceſſores eligenda, reintegratas, & de nouo conceſſas, ac validas & efficaces ſemper

Retentionis dicti officii, & aliorum officiorum, & etiam Eccleſiæ Tropien. & aliorũ quorumcunq; beneficiorum, &c. priuilegiũ conceditur.

Teſtandi, & diſponendi infra annos ſex de precio iſti⁹ officii facultas datur, eid. Theſaurario decedenti extra Eccleſiã Tropien. & alias reſidentiam requirentes non obſtante bulla Pii iv. quę eſt ſup. fol. 813.

Sũma 34. millium ſcutorum auri in auro ſoluitur, pro precio iſtius officii.

Clauſulæ præſeruatiuæ.

Digitized by Google

ſemper fore & eſſe, vimque validi & efficacis contractus inter vos, & ſucceſſores veſtros, necnon Sedem, & Cameram prædictos ex vna, ipſumque Hieronymum Epiſcopum ex altera partibus ritè & rectè initi, & ſtipulati, ac etiam hinc inde iurati habere & obtinere, ac inuiolabiliter obſeruari, ſicq; & non aliter per quoſcunque Iudices etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, ſublata eis ac eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, ac quicquid ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum & inane decernimus. Quocirca Venerabilibus fratribus noſtris Hieroſolymitano & Alexandrino Patriarchis, ac dilecto filio cauſarum Curiæ Cameræ prædictæ Generali Auditori, Motu ſimili per eaſdem præſentes mandamus, quatenus ipſi, vel duo aut vnus eorum per ſe vel alium, ſeu alios præſentes, & in eis contempta quæcunque, vbi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dicti Hieronymi Epiſcopi, vel pro eo Agentium fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, illiq; in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra Hieronymum Epiſcopum, ſeu pro eo Agentes prædictos, erectione, inſtitutione, applicatione, approbatione, voluntatibus, conceſsionibus, indultis, exemptione, liberatione, donatione, remiſsione, promiſsione, pollicito, obligationibus, hypotecationibus, aſsignatione, admiſsione, receptione, mandato, diſpenſatione, obligatione, & decreto, alijſq; præmiſsis, iuxta earundem præſentium continentiam, & tenorem pacificè frui, & gaudere: Non permittentes Hieronymum Epiſcopum vel pro eo Agentes præfatos, deſuper per quoſcunque quomodolibet indebitè moleſtari, perturbari, aut impediri, contradictores quoſlibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaq; opportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſsibus, illas pœnas, cenſuras, & pœnas huiuſmodi incurriſſe declaran. ac eaſdem cenſuras, & pœnas, etiam iteratis vicibus aggrauan. Inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus præmiſsis, ac alijs, & noſtris, quatenus opus ſit, de non tollendo iure quæſito, & de præſtando conſenſu in penſionibus, & quibuſuis alijs, aut dictæ Cancellariæ Regulis, ac etiam in generalibus, & Prouincialibus, ac alijs quibuſcunque Concilijs etiam vniuerſalibus, contra præmiſſa quomodolibet editis, & edendis, necnon quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis & conſuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, necnon vſibus & naturis quantocunque tempore pacificè obſeruatis, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis, gabellarum & Duanarum Appaltatoribus, & quibuſuis alijs perſonis, etiam litterarum Apoſtolicarum ſolicitatoribus huiuſmodi, & aliis dictæ Curiæ officialibus, necnon expeditoribus prędictis in Dataria, ac etiam prędictę Camerę conſtitutionibus, & fiſci noſtri, ac Nuntii, ſeu Collectoris noſtri, & ſucceſſorum noſtrorum prędictorum in Regno Neapolitano pro tempore exiſten. priuilegiis, quatenus præmiſsis in aliquo obſtent, ſub quibuſcunque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis clauſulis & decretis, etiam motu, & ſcientia ſimilibus, ac conſiſtorialiter, necnon de fratrum noſtrorum conſilio, & vnanimi aſſenſu, ac aliàs in contrarium quomodolibet conceſsis, approbatis & innouatis, ac extenſis & moderatis; quibus omnibus, etiam ſi de illis eorumq; totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, non autem per clauſulas generales importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſsio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, illis aliàs ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus ſpecialiter, & expreſsè derogamus, contrariis quibuſcunque; aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab eadem ſit Sede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſsint per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mẽtionem. Volumus autem quod ipſe Hieronymus Epiſcopus, antequam huiuſmodi officium exercere, aut ſe in eo in aliquo intromittere incipiat, de illo ritè & fideliter exercendo, & non recipiendo aliquod muneris genus, pręter eſculenta & poculenta, quæ triduo conſumi poſsint, in veſtris, ſeu eiuſdem Datarii manibus, debitum iuramentum pręſtare teneatur. Nulli ergo omni-

Executorũ, & Defenſorũ deputatio, & facultates.

Clauſulæ derogatoriæ.

Iuramentum a Theſaurario præſtandũ, ante admiſsionẽ ad officium.

V no ho-

no hominum liceat hanc paginam noſtrę erectionis, inſtitutionis, ſublationis, abdicationis, applicationis, appropriationis, voluntatum, conceſsionum, Indultorum, exemptionis, liberationis, impartitionis, adnotationis remiſsionis, promiſsionis, polliciti obligationum, hypothecationum, aſsignationis, admiſsionis, receptionis, mandatorum, diſpenſationis, decreti, & derogationum infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romę, Apud Sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicę, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſexto, Pridie Id. Octobris. Pontificatus Noſtri Anno II.

E. Dat.

Alexius de Alexiis.

Admiſsio, & regiſtratio in Camera Apoſtolica.

Die vigeſima Octobris, Milleſimo quingenteſimo, octuageſimo ſexto, Præſentes litterę Apoſtolicæ præſentatæ fuerunt in plena Camera Apoſtolica, & die vigeſima nona eiuſdem Camera ipſa citato R.P.D. Ioffredo Lomellino dictæ Cameræ Generali Commiſſario referente Reuerendiſs. D. Aleſſandro Centuriono dictæ Cameræ Clerico Præſidente, & Iudice ad hoc deputato, illas admiſit & regiſtrari mandauit, prout regiſtratæ fuerunt libro primo Signaturarum S.D.N. Papæ, fol. 136. penes me infraſcriptum dictæ Cameræ Notarium.

Tydeus de Marchis.

XLVI.

Damnatio & reprobatio pactionum in Societatibus apponendarum, Capitalis ſecuritatem, aut lucri nomine, certam reſponſionem, aut vſurariam prauitatem quouis modo continentium.

SIXTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

DETESTABILIS auaritiæ ingluuies, & inſatiabilis lucrandi cupiditas malorum omnium radix, vſque adeò excæcat mortalium mentes, vt multi nimis auidè lucro inhiantes, in laqueos & inſidias diaboli miſerè incidant: irrepit enim verſutè & callidè antiquus humani generis hoſtis per varios dolos & fallacias, & incautos homines quæſtus dulcedine captos ac delinitos opprimit, atque eò perducit, vt ſe ipſos in vſurarum, voraginem Deo hominibuſque odioſam, ſacris canonibus damnatam, & Chriſtianæ charitati contrariam fœdè immergant: & dum vanas, & terrenas diuitias quærunt, veras ac cœleſtes amittant. Sicuti nuper cum magno dolore audiuimus, hoc malum in quaſdam Prouincias peruaſiſſe. Nam multi ſpecioſum & honeſtum ſocietatis nomen, ſuis fœneratitijs contractibus prętexendo, hoc quaſi colore & fuco, mercatoribus, opificibus, negotiatoribus, & alijs perſonis, ſuper eorum mercibus, officinis, tabernis, pannarijs, alijſque rebus ac bonis pecunias ſuas, aut alias res, ſocietatis nomine conferunt, vel greges, armenta, aut certa animalia agricolis, ſeu Terrarum cultoribus, paſtoribus, alijſque ruſticis, ſeu quibuſuis perſonis dant in ſocietatem, ſiue ad ſoccidam (vt vocant) ea conditione, vt ſors ipſa, ſeu caput, quod vulgò dicitur capitale, tam pecuniarum, quàm animalium & rerum, ſaluum ſemper & integrum exiſtat pro eo, qui non induſtriam aut operas, ſed pecunias, animalia, aut res huiuſmodi in ſocietatem confert, vtque omne periculum & damnum ab altero ſocio recipiente ſuſtineatur, contra æquitatem, & ſocietatis iuſtitiam diuerſimodè paciſcuntur: eoſdemque ſocios cum quibus contrahunt, plerumque pauperes & egenos, ſuoque labore & induſtria victitantes, ad ſortem, ſeu capitale reſtituendum, quicunque tandem caſus, & rerum euentus conſequatur, pacto & obligatione obſtringunt: ſimulque etiam certam lucri quantitatem & ſummam, veluti tot pro quolibet centenario, in ſingulos annos, aut menſes per alterum ſocium, durante ſocietate ſoluendam, præfiniunt ac præſcribunt, eamque ſummam & quantitatem

Compendium pactorum illicitorum, quæ in cõtractibus ſocietatum apponi ſolent.

titatem, non ſubductis rationibus accepti & expenſi, quod in codices, ſeu tabulas ſocietatis referri ſolet, neque facto calculo, vel computo, pro ipſius lucri vel damni modo variabilem, ſed laborem & curam computandi, & calculandi ſe inuicem remittere, & renuntiare aſſerentes, quouis tempore certam conſtituunt. Proinde nos, qui hoc potiſſimum munus, noſtræque paſtoralis ſolicitudinis maximè proprium arbitramur, vt gregem Dominicum fidei noſtræ creditum ab omni offenſione, & æternæ vitæ diſcrimine tutum, in viam ſalutis, cœleſti gratia adiutrice, dirigere nitamur, huiuſmodi morbi contagionem antequam in communem fidelium perniciem latius ſerpat, quantum Deo fauente poſſumus, tollere cupientes, de attributæ nobis Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, hac noſtra perpetuò valitura conſtitutione Damnamus, & reprobamus omnes, & quoſcunque contractus, conuentiones & pactiones, poſthac ineundos, ſeu ineundas, per quos ſeu quas cauebitur perſonis, pecunias, animalia, aut quaſlibet alias res ſocietatis nomine tradentibus, vt etiam ſi fortuito caſu quamlibet iacturam, damnum, aut amiſſionem ſequi contingat, fors ipſa ſeu capitale ſemper ſaluum ſit, & integrum à ſocio recipiente reſtituatur, ſiue vt de certa quantitate vel ſumma in ſingulos annos, aut menſes durante ſocietate reſpondeatur: Statuimuſq; huiuſmodi contractus, conuentiones, & pactiones vſurarios, & illicitos poſthac cenſeri debere, atq; in poſterum non licere ijs, qui pecunias, vel animalia, aut alias res in ſocietatem tradent, de certo lucro, vt præfertur, percipiendo inter ſe paciſci & concordare: neque etiam, ſiue ad certum, ſiue ad incertum lucrum conuenerint, ſocios, qui ea recipient, ad ſortem ſeu capitale ſaluum & integrum, vbi illud caſu fortuito perierit, vel amiſſum erit, reddendum quouis pacto, aut promiſſione ſibi obligare: Ac ne decætero ſocietates ineantur ſub huiuſmodi pactis & conditionibus, quæ vſurariam prauitatem ſapiunt, diſtrictè interdicimus & prohibemus. Sed potius cuncti nouerint ſocietates huiuſmodi, cum in poſterum vnus pecuniam, animalia, aut alias res & bona, alter vero operam vel induſtriam confert, purè, ſincerè, & bona fide ſicut decet, iuſtis & æquis conditionibus & pactis, ſecundum iuris diſpoſitionem, ac ſine vlla prorſus fraude, palliatione, aut vſurarię prauitatis labe, aut ſuſpicione ineundas, ſeu contrahendas eſſe, ita vt non ad certam ſummam aut quantitatem, ab omni periculo & damno, vt præfertur, immunem, lucri nomine perſoluendam, neq; ad capitale, ſi caſu fortuito perit, reſtituendum, ſocius accipiens teneatur. Si verò finita ſocietate ipſum capitale extat, ei qui illud in ſocietatem contulerit, reſtituatur, niſi ſocio recipienti fuerit communicatum, aut aliter inter ipſos contrahentes ſuper eo legitimè conuentum ſit. Ac prętерea ijdem contrahentes, fructus, expenſas, & damna in commune conferant, & prout æquum & iuſtum fuerit, ſibi communicent atque diuidant. Decernentes, ſi qui contractus, conuentiones, & pactiones in futurum contra noſtram huiuſmodi prohibitionem de facto initi fuerint, nullam ex eis, tanquam per hanc eandem conſtitutionem noſtram damnatis, & reprobatis, etiam ſi iuramento, aut in forma Cameræ Apoſtolicæ, vel aliàs quomodolibet roborati fuerint, obligationem ciuilem, aut naturalem oriri, nullamq; actionem realem, aut perſonalem, nec iudicis officium, neq; aliud quodcunq; ius cuiquam competere, neq; quoad ſortem, ſeu capitale integrum recuperandum, quod caſu fortuito perierit, aut amiſſum erit, neq; quoad certas ſummas, & quantitates in ſingulos annos, aut menſes lucri ſocialis nomine promiſſas. Si qui verò in poſterum, ſub prędictis conditionibus, & pactis contrahere temerè pręſumpſerint, aut prætextu ſimilium contractuum, conuentionum, & pactionum ſocietatis nomine initorum, qui hucuſq; durant, ad exactionem dictæ ſortis, ſeu capitalis, ſiue illius precij, & valoris, poſtquam illud in toto, vel in parte caſu fortuito perierit, aut amiſſum ſit, aut certę ſummæ, vel quantitatis annuæ, aut menſtruę ſibi promiſſæ in futurum, procedere auſi fuerint, eos vniuerſos & ſingulos in pœnas contra manifeſtos vſurarios, & fœneratores à ſacris Canonibus, & Concilijs generalibus latas, & promulgatas, eo ipſo incurrere, & contra illos, vti manifeſtos vſurarios & fœneratores, via iuris, aliiſq; opportunis remedijs procedi poſſe, & debere: ſicq; ab omnibus cenſeri, & ita quoad pręmiſſa vniuerſa, & ſingula per quoſcunq; Iudices & Commiſſarios, quauis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales (ſublata

Damnatio illicitarum pactionum in ſocietatibus apponendarum.

Forma Societatum decætero cōtrahendarū.

Pœnæ contrauenientium.

Decret. irritan.

eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate) vbiq; iudicari, declarari, & diffiniri debere: necnon irritum & inane, ſi ſecus ſuper his per quoſcunq; quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Mandamus verò vniuerſis, & ſingulis locorum ordinarijs per quaſcunque Prouincias, & Regna Chriſtiani Orbis conſtitutis, & quibuſuis noſtris, & Sedis Apoſtolicæ, etiam de latere Legatis, ac Vicelegatis, cæteriſq; officialibus, præſertim Prouinciarum & locorum ſtatus noſtri Eccleſiaſtici, vt in ſuis quiſque Ciuitatibus, diœceſibus, Prouincijs & locis præſentem noſtram conſtitutionem publicari, & inuiolatè obſeruari curent:& contra perſonas,quæ in futurum,præter & contra prohibitionem,hanc noſtram paciſci,aut exigere auſæ fuerint,tanquàm publicos vſurarios & fœneratores per viam accuſationis vel denunciationis, aut inquiſitionis,& ex mero officio, prout eis videbitur, procedant; reoſq; culpabiles repertos, condignis pœnis, vt ſupra diſpoſitum eſt, afficiant, inuocato etiam, ſi opus fuerit,auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus quarumcunq; Ciuitatum, Prouinciarum, & locorum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis alia firmitate roboratis ſtatutis,& conſuetudinibus, Priuilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis, quorumcunq; tenorum exiſtant, ſiue per modum conſtitutionis & legis perpetuæ quomodolibet conceſſis, etiam ſæpius approbatis, & innouatis: quæ omnia nolumus cuiquam decætero ſuffragari. Vt autem præſentes litteræ ad omnium notitiam deducantur, nève aliquis earum ignorantiam prætendere valeat; volumus vt illæ in valuis Baſilicarum Principis Apoſtolorum de Vrbe, & Sancti Ioannis Lateranen. & Cancellariæ Apoſtolicæ, atque in acie Campi Floræ per aliquem ex noſtris Curſoribus de more publicentur, dimiſſis, & affixis earum exemplis in acie & valuis prædictis, earumq; tranſumptis etiam impreſſis, Notarij publici manu ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in iudicio & extra illud, vbiq; gentium & locorum habeatur, quæ eiſdem originalibus haberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ damnationis, reprobationis, ſtatuti, interdicti, prohibitionis, decreti, mandati, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Deputatio, & facultates executorum huius conſtitutionis.

Clauſulæ derogatoriæ.

Datum Romæ, Apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſexto, duodecimo Calend. Nouemb. Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

E. Dat.

A. de Alexijs.

Publicatio.

Anno a Natiuitate Domini, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſexto, Indictione decimaquarta, die vero vigeſimaquinta menſis Octobris, Pontificatus Sanctiſsimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri, Domini Sixti, diuina prouidentia Papæ V. Anno eius Secundo, Retroſcriptæ litteræ Apoſtolicæ lectæ, & publicatæ fuerunt, & per aliquod temporis ſpatium dimiſſæ in portis, ſeu valuis Baſilicarum Sancti Ioannis Lateranen. & Sancti Petri Principis Apoſtolorum de Vrbe, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ, & in acie Campi Floræ, per nos Claudium Mongeat, & Octauium Tagliettum, Sanctiſsimi Domini Noſtri Papæ Curſores.

Alexander Parabiachus Magiſter Curſorum.

De

XLVII.

De temeraria Tori ſeparatione, ac publicis adulterijs, ſtupris, & lenociniis, in quibuſdam caſibus ſeuerius (in Alma Vrbe) puniendis.

Quo ad inceſtus in ſtatu Eccleſ. committendis, habes infra in conſt. 55.

Quo verò ad lenocinia, & ſtupra in Vrbe committen. vide etiam in Pauli IV. conſti. 47. ſupra fol. 637.

SIxtvs Epiſcopus Seruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.
AD compeſcendam quantum in nobis eſt, carnis in laſciuiam prolaben-
tis petulantiam, præcipue verò continendos in officio ſanctiſſimis pudicitiæ,
& honeſtatis legibus ſubditos noſtros, libenter omnem curam & ſolicitudi- Cauſæ huius
nem adhibemus: Nam & hoc ipſum arbitramur paternæ charitatis, & prouidentiæ conſtitutionis.
proprium, maximèque congruum munus, exquiſita quadam diligentia noua quoti-
die remedia, & ſubſidia comparare, quibus à Chriſtifidelibus peccati, & ſcandali oc-
caſionem, Domino adiuuante, ſubmoueamus: & occurrendum eſt vehementiori ſtu-
dio, vt nequaquam inoleſcant in publicæ honeſtatis dedecus, pudoris, & Chriſtianæ
diſciplinę detrimentum, ac animarum perniciem, grauiorum quorundam flagitiorum
corruptelæ, quale eſt adulterium, diuinis humaniſque legibus damnatum, præſertim,
ſi publico ſcandalo impudenter committatur, per quod ſanctũ matrimonij fœdus Deo
auctore iunctum ſacrilegè violatur, cum tamen illud oporteat caſtè & religioſè cuſto-
diri, dicente Apoſtolo: *Honorabile connubium in omnibus, & torus immaculatus*: Ac coniuges Heb. c. 13.
mutua ſe debeât charitate diligere, eodem Apoſtolo monente: *Viri diligite vxores veſtras,* Epheſ. c. 5.
ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſe ipſum tradidit pro ea. Et iterũ: *Mulieres ſubditæ eſtote viris ſicut* Coloſ. c. 3.
oportet in Domino; Viri diligite vxores veſtras, & nolite amari eſſe ad illas. Inuigilandũ quoq; nobis Epheſ. c. 5.
eſt, vt auertamus à Chriſtifidelibus diuinę maieſtatis irã, indignationẽ, atq; flagella, quę
propter huiuſmodi fœda carnis peccata, & ſcelera, in filios diffidentię, præſertim ve-
rò in violatores alieni tori grauiſſima diuinitus immitti ſolent, quemadmodũ ſacrarũ
teſtimonio ſcripturarum, tam varijs ſucceſſibus, permultiſque exemplis comprobatur;
tũ vel maximè ex ijs, quę Pharaoni Aegypti Regi, & Abimelech Regi Geraræ, quòd
Saram Abrahæ vxorem abduxiſſent, ſignis clarioribus euenerunt, præter ęternæ dam-
nationis pœnam, quam ijdem miſerabiliter incurrunt: nam ſicut idem pronunciat Apo Heb. cap. 13.
ſtolus: *Adulteros: & fornicatores iudicabit Deus*. Et ſi vlla vnquam tempora fuerunt, quæ iu-
diciorum, & legum ſeueritatem requirerent, certè hæc ipſa temporum conditio, qua
nos Deus ad Eccleſiæ ſuę gubernacula vocauit, hoc vel maximè expoſcit. Nam, vt
eſt fragilis & fluxa mortalium natura, & ad malum prona, niſi diuina bonitas adiuuet,
& eorum qui pręſunt, fręnum cohibeat: ita plurimis ab hinc annis propter nimiam
ipſorum malitiam, deprauatamque peccandi conſuetudinem, & effręnatam audaciam,
vitiorumque licentiam, improbi homines tantum ſibi ſumpſerunt, vt ſperarent quic-
quid eis libitum eſſet, id ſe impunè perpetrare poſſe. Igitur poſt repreſſam ſcelerato-
rum audaciam, qui cędibus & latrocinijs ditionem Eccleſiaſticam, atq; adeò ſuburba-
na loca vexabant, nunc etiam in Vrbe, vt quod ęquè neceſſarium eſt, inde ſumamus
initium, corroboranda fides connubialis, comprimendę publicę pręſertim mœchan-
tium libidines, & alienis coniugijs inſidiantium impudens nequitia coercenda; legiti-
mę ſobolis honeſtę propagationi conſulendum: & ſi qua diſſoluta aut dilapſa fluxerunt
ſeueris legibus vincienda ſunt, pręcipuèque curandum, ne qui Ciues, aut incolę ſanctę
huius, & ſacerdotalis Ciuitatis flagitiorum turpitudine, per varias machinationes, &
fraudes diabolico aſtu adinuentas polluantur, ſed ab eorum commercio praui abuſus
& publicę ignominię labes, noſtris potiſſimum temporibus exterminentur, & perpe-
tuò exulent: ac potius hęc Alma Vrbs noſtra omni virtutum genere florens, pura, &
immaculata luceat ſplendore & munditia honeſtatis ſuę, omneſque externas gentes
ad

Digitized by Google

ad ſui imitationem conuertat. Id enim poſtulat ipſius Vrbis ſanctitas & religio, quæ Sanctorum Apoſtolorum & innumerabilium Martyrum ſanguine conſecrata, atque adeo perfuſa eſt, vt quoquo pedem quis ponat, credere poſſit ſe venerandos eorum cineres calcare. Id præterea requirit dignitas ipſius Ciuitatis, quæ noſtra propria ſedes caput orbis, & religionis effecta, benignè excipit gremio ſuo quaſi communis patria omnes vndique nationes ex remotiſſimis regionibus, & vltimis terris ad eam confluentes. Id denique exigit communis vtilitas vniuerſi populi Chriſtiani, vt obſtructo ore impiorum, aduenæ petentes hinc diſciplinam, mores, regulam, normamque viuendi, ſpiritualis ædificij non minus quàm materialium operum ſtructuram admirentur, vrbaniſq; exemplis meliores effecti ad ſuos reuertantur. Proinde ad ſeruandam inuicem inter coniuges perpetua fide, & concordia ſocietatem, & ad publicæ honeſtatis pudorem illibatè tuendum, ſuper infraſcriptis capitibus præſenti noſtra, in eadem Vrbe dumtaxat perpetuò valitura conſtitutione duximus prouidendum.

Cauſæ huius conſtitutionis.

Primum igitur cum matrimonium indiuiduam vitę conſuetudinem continere debeat, idq; non ſolum naturali iure, ſed etiam diuino manifeſtius comprobetur, dum dicitur: *Relinquet homo patrem ſuum, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna*, & Chriſtus Dominus noſter in Euägelio ſubiungat: *Itaque iam non ſunt duo, ſed vna caro: Quod ergo Deus coniunxit, homo non ſeparet*. Ac deniq; teſtetur Apoſtolus: *Sacramentum hoc magnum eſſe in Chriſto, & in Eccleſia*: Et propterea nefas ſit coniuges fideles ſe propria voluntate, aut arbitrio à coniugali toro ſeparare, niſi ex cauſa à ſacris canonibus permiſſa & auctoritate, ac iudicio Eccleſiæ cognita, & probata:

Gen. cap. 2. Matt. cap. 19. Epheſ. c. 5.

Idcirco ne quis in poſterum huiuſmodi facinus impunè committat, vel attentare audeat, Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, & ordinamus, vt coniuges, qui quæuè indiſſolubilem Matrimonij nexum diuina lege copulatum contemnentes, ſine Eccleſiæ iudicio, ſeu Eccleſiaſtici Iudicis ſententia, propria temeritate à communi cohabitatione diſceſſerint, aut ſe à coniugali toro ſeparare præſumpſerint, arbitrio iudicum pro exceſſuum grauitate puniantur.

Coniuges ſe a cohabitatione & coniugali toro temere, abſque Iudicis licentia ſeparantes, Iudicis arbitrio puniantur.

Sed, & ſi per ſententiam Iudicis Eccleſiaſtici ſeparatio facta fuerit, ne ipſi coniuges ſacrorum canonum, & publica Iudicum auctoritate abutentes, delinquendi, & adulteria committendi occaſionem ſumant: ſtatuimus, & decernimus, maritum qui dolo, aut fraude, ſiue aliàs quauis occaſione vel cauſa, etiam ſecundum iuris Canonici diſpoſitionem, ſeparationem tori ab vxore ſua affectauerit, procurauerit, & obtinuerit, ſeque à cohibitatione vxoris cum effectu ſeparauerit, ac poſt à ſe abiectam, vel amotam vxorem, pellicem vel concubinam palam induxerit & retinuerit, aut cum ſcortis, & meretricibus, & alijs mulieribus impuram vitam duxerit, adeoque impudenter ſe volutauerit in cœno luxuriæ, & adulterijs, vt vel ex eo ſatis conſtet ipſum ad exercendam liberius libidinem ſuam ſe ab honeſtiſſimo matrimonij iugo exoluendi cauſam de induſtria quæſiuiſſe, pœna vltimi ſupplicij plectendum eſſe.

Maritus qui Iudicis auctoritate tori ſeparationē obtinuerit, & deinde cū ſcortis, aut alijs mulierib' impudicam vitā duxerit, ita vt appareat, qđ ſeparationē affectauit, vt luxurioſæ viueret, pœna vltimi ſupplicij plectatur.

Similiter vxorem, quæ inſtigante antiquo pacis & pudicitiæ hoſte, ſub prætextu morum, ſæuitiæ, furoris vel inſaniæ, impotentiæ coeundi, maleficij, aut alterius canonici impedimenti, vel alicuius delicti marito ſuo obiecti, aut aliàs quoquomodo ſuſcitatis contra maritum diſcordijs, ac diſſidijs, etiam ad id via iuris procedendo, ſubterfugium obedientię maritalis improbè exquiſierit, & frænum ac iugum viri ſui excutere, ſeque ab illo eximere procurauerit, aut certè culpa ſua marito petendæ ſeparationis cauſam præbuerit, & poſteaquam à connubiali toro iudicio Eccleſiæ ſeparata extiterit, quaſi auctoritate legum & iudiciorum ſuæ luxuriæ explendæ, occaſionem nacta, ſe ſcandaloſæ, & impudicæ vitæ dederit, & complura, ac cum diuerſis perſonis adulteria perpetrauerit, aut ſe in prædam adulterorum turpiter commaculandam publicè expoſuerit, ſiue palam quęſtum fecerit, eadem pęna vltimi ſupplicij puniri volumus.

Vxor qui pariter ſeparationem obtinuerit, impudiceq; poſtea vixerit, & complura adulteria cō miſerit, aut palam queſtū fecerit eandē pœnam capitis incurrat.

Quòd ſi pendentibus huiuſmodi litibus & controuerſijs, ſuper ſeparatione vel diuortio, aut ſubſequuta, vt præmittitur tori ſeparatione, vxor ipſa arbitrio Iudicis, ad quem ſpectauerit in Monaſterio aliquo Monialium, aut certè in aliquo tuto & honeſto loco, ſiue apud aliquas probas, honeſtas, & non ſuſpectas perſonas depoſita & collocata fuerit (ſuper quo etiam, vt id magna adhibita cautione, & ſine aliquo periculo, aut ſuſpicione

Vxor quæ ex aliquo Monaſterio, aut honeſto loco, per Iudicem ſibi aſſignato aufugerit, & impudicè vixerint, eadē pęna capitis puniatur.

cione circumſpectè fiat, Iudicis ipſius conſcientiam oneramus) ſtatuimus, vt ipſa vxor ſic depoſita & collocata, ſi è Monaſterio ſine licentia ſui Iudicis, violata clauſura exiuerit, ſiue è cuſtodia & cura, vel alio honeſto loco, ſibi per Iudicem aſſignato, temerario auſu aufugerit, & vitam impudicam & inhoneſtam duxerit, eadem etiam pœna plectatur.

Præterea eum, qui vt virginem aliquam, aut alienam vxorem, ſtupro, ſiue adulterio corrumpat aut polluat, eius patrem, aut matrem, fratrem, ſiue ſororem, aut maritum, aliamuè perſonam, ſub cuius cura, tutela, cuſtodia vel poteſtate illa exiſtit, prætextu cuiuſuis cauſæ ciuilis, criminalis, aut mixtæ, etiam ad procuratoris Fiſci inſtantiam in carcerem detrudi directè, vel indirectè procurauerit, & ea occaſione deinde virginem illam, ſiue vxorem alienam ſtuprauerit, aut adulterauerit, cum & is quoque ſuæ prauæ concupiſcentiæ explendæ cauſa, publica legum, & Magiſtratuum poteſtate impudenter abutatur, & ſub colore iudicij, innocentes atque incautos opprimat; dicta quoque pœna ſtatuimus puniendum.

Quicumq; vt aliquam virginem vel coniugatam cognoſceret, patrem aut matrē, vel aliū ſub cuius tutela carcerari fecerit, eaq; occaſionē illā ſtuprauerit, vel adulterauerit eadem capitis pœna plectatur.

Ac poſtremò etiam in patrem, matrem, aut virum, qui quæue ſuæ filiæ virginis pudorem, aut propriam vxorem in prædam alienæ libidinis tradiderit, & re ipſa proſtituerit, aut induxerit, vt contra ius & fas ſtupra, & adulteria, quæſtus aut alia quauis cauſa palam exerceat, pœna eadem volumus animaduerti.

Parentes aut mariti, ſuas filias, vel vxores ad palam luxurioſè viuendum, aut cum aliquo peccandum inducentes, eadem pœna capitis puniantur.

Antiquis tamen iuribus contra cæteros adulteros, & adulteras, lenones, & lenas, ac ſtupra, & huiuſmodi facinora perpetrantes promulgatis, aliàs in ſuo robore permanſuris.

Contra alios Adulteros, Lenones, &c. antiqua iura ſeruentur.

Cæterum quemadmodum hac noſtra conſtitutione id nobis propoſitum eſt, vt ſi quos homines in poſterum honeſtatis, ac diuinæ legis interdum obliuio cœperit, eos ſaltim ſupplicij metus à flagitijs ſceleribuſque deterreat: Ita hodie tales nullos eſſe vehementer optamus: Quòd ſi quæ fortè ſint coniugatæ, quæ palam impudicè, ac turpiter viuant, ijs nouem dumtaxat dierum ſpatium, poſt huius conſtitutionis publicationem ad reſipiſcendum damus: intra quod tempus, ſi velint redire ad cor, Vener. Fratrem noſtrum Iacobum Epiſcopum Portuen. Cardinalem Sabellum, noſtrum in prędicta Vrbe Vicarium, vel eius Viceſgerentem adire debeant, eiſque polliceri ſe deinceps pudicam vitam acturas, & aut cum ſuis viris cohabitaturas, aut honeſto in loco, vbi ab ipſis Iudicibus, vt ſupra dictum eſt, collocatæ, ſeu depoſitæ fuerint permanſuras. Quo termino elapſo, contra ſic vt ſupra delinquentes, ad pœnas prædictas omnino prò cedi mandamus.

Coniugatæ palam impudicè viuentes, ſi reſipiſcere velint Vicarium Vrbis infra nouē dies adeāt, &c. alioquin ſi in præmiſsis poſtea deliquerint, pœnas prædictas omnino incurrent.

Decernentes ſic per quoſcunque iudicari debere; irritumque & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decretum irritans.

Et nihilominus mādamus vniuerſis & ſingulis dictæ Vrbis Iudicibus ordinarijs pro tempore exiſtentibus, quibus contra reos talium criminum, aut quoad cauſas huiuſmodi iuriſdictio competit, vel in futurum competet, vt curent præmiſſa omnia iuxta præſentium litterarum continentiam & tenorem, firmiter & inuiolatè perpetuis futuris temporibus obſeruari, & contra crimino ſos, ac delinquentes prædictos vtriuſque ſexus inquirant & procedant, ac in eos iuxta præmiſſa culpabiles repertos, prædictis pœnis, vt ſupra diſpoſitum eſt, animaduertant: contumaces, rebelles, & inobedientes, eiſq; auxilium, conſilium, vel fauorem quomodolibet præſtantes, per opportuna iuris & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato etiam ac adhibito, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis.

Iudicum facultates procedendi contra delinquentes, eoſq; coercendi.

Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, dictæ Vrbis ſtatutis, nouis reformationibus, & conſuetudinibus, etiā iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoq; indultis, & litteris Apoſtolicis Populo Rom. vel Curialibus, aut alijs perſonis, etiam motuproprio, & conſiſtorialiter, ſeu aliàs quomodolibet conceſſis, approbatis, & innouatis, & quibuslibet alijs indulgentijs generalibus, vel ſpecialibus, quorumcunq; tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus, habenda eſſet in eiſdem noſtris litteris mentio ſpecialis. Quæ omnia nemini volumus aduerſus præmiſſa, in

Clauſulæ derogatoriæ.

ſa, in aliquo ſuffragari, atq; illis ad effectum earundem præſentium dumtaxat, ſpecialiter & expreſsè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Volumus autem, vt ipſarum præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra illud habeatur, quæ eiſdem originalibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Forma, & effectus pub. huius conſtitutionis.

Quodq; eædem præſentes ad valuas Lateranen. & Principis Apoſtolorum de Vrbe Baſilicarum, ac in acie Campi Floræ, de more publicentur, affixis, & dimiſſis inibi earum exemplis, quòdq; poſt decem dies, ab huiuſmodi publicatione numerandos, ſtatim incipiant vnumquemque arctare, perinde, ac ſi perſonaliter omnibus intimatæ forent, cum non ſit veriſimile à quoquam id ignorari, quod tam patenter cunctis fuerit intimatum. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtrorum ſtatutorum, ordinationis, onerationis, decretorum, mandati, derogationis, & voluntatum infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ, Apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſexto, tertio Calen. Nouemb. Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

E. Dat.

Tho. Thomaſius Gualterutius.

Publicatio.

Anno à Natiuitate Domini, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſexto, Indictione decimaquarta, die vero tertia menſis Nouembris, Pontificatus Sanctiſsimi in Chriſto patris, & Domini noſtri, Domini Sixti diuina prouidentia Papæ V. Anno Secundo, Retroſcriptæ litteræ Apoſtolicæ lectæ, affixæ, & publicatæ fuerunt, & per aliquod temporis ſpatium dimiſſæ in valuis, ſeu portis Baſilicarum Sancti Ioannis Lateranen. & Sancti Petri Principis Apoſtolorum de Vrbe, ac Cancellariæ Apoſtolicæ, per nos Ioannem Burlurault, & Octauium Taglïettum, Sanctiſsimi Domini noſtri Papæ Curſ. Necnon in acie Campi Floræ, per eoſdem Curſ.

Alexander Parabiachus Magiſter Curſ.

XLVIII.

Montis Alti Oppidi ex Prouincia Marchiæ in Ciuitatem ſublimatio, eiuſque Collegiatæ Eccleſiæ in Cathedralem & Epiſcopalem Eccleſiam erectio.

Similem erectionem, & ſublimationem fecit hic idem Sanctiſſ. Pontifex, de Oppido Lauretano, & Oppido S. Seuerini, eorumq; Eccleſiis, vt habes ſup. in conſt. 34. fol. 100. & etiam infra in conſtit. ſequen.

SIxtvs Papa V. Ad perpetuam rei memoriam.

Cauſæ huius erectionis.

SVPER vniuerſas Orbis Eccleſias eo diſponente, qui cunctis imperat, & cui omnia obediunt, meritis licet inſufficientibus, conſtituti, leuamus in circuitu agri Dominici oculos noſtræ mentis, more peruigilis paſtoris inſpecturi, quid Eccleſiarum ipſarum, præſertim Cathedralium ſtatui & decori cõgruat, & quid operis circa illas eorumq; ſtatum proſperum, & felicem impendi debeat; & diuino fulti præſidio, quo cuncta, & æqua benignitate pro populorum ſuorum fidelium ſalute diſponuntur, ad ea quæ ſtatui Eccleſiarum huiuſmodi congruunt, noſtri officij partes, ſalubriter & vtiliter intendere curamus, prout in Domino conſpicimus expedire. Sanè cupientes Terram Montis Alti Ripanæ diœceſis, quę felicem noſtris dedit ortum natalibus, vt in celeberrimo & eminenti loco ſita, & muris vndiq; cincta eſt, & in qua ſæcularis & Collegiata Eccleſia ſanctæ Mariæ ad Collem eleganter conſtructa, & duas

Montis Alti Oppidi eiuſq; Collegiatæ Eccleſiæ, commẽdatio.

& duas dignitates, & decem canonicatus & totidem præbendas, ac ſacriſtiam aliaq; ad cultum diuinum neceſſaria habens, & duæ aliæ Eccleſiæ, vna ſcilicet Sancti Georgij & S. Petri, & alia Oratorium nuncupata S.Nicolai, in qua Confraternitas ſub inuocatione Sanctiſſimi Sacramenti canonicè inſtituta reperitur, necnon domus circiter tricentæ nobiliter ædificatæ, ac plateæ lateribus ſtratæ exiſtunt, ac ſingula quaq; quarta feria cuiuslibet hebdomadæ emporium, ad quod ex omnibus locis circumuicinis fit magnus concurſus, celebratur; & ex qua deniq; viri, & in Theologia, ac iure, & Medicina aliiſq; ſcientijs excellentes prodierunt, ac ſecularem ac Collegiatam Eccleſiam huiuſmodi dignioribus titulis & nominibus decorare, habita ſuper his cum Fratribus noſtris matura deliberatione, & de illorum conſilio, ad Omnipotentis Dei laudem & gloriam, ac eiuſdem Beatæ Mariæ honorem, ac Chriſtifidelium deuotionis augmentum prædictam Montis Alti & Portulæ, ac Patrignonis, necnon Montis de Nouen. & Rotellæ ac Furciæ à dicta Ripan. necnon Montis Elpari, Communantię, ac Montis Monachi à Firmana, & deniq; Caſtagnoni Terras, ſeu loca aut Caſtra, eorumq; omnium Territoria ab Aſculana, diœceſ. quibus in ſpiritualibus ſubiectæ ſunt, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium perpetuò ſeparamus & diſmembramus, illaq; & eorum incolas & habitatores, Eccleſiarum Rectores, Beneficiatos, Priores, & alia inibi beneficia Eccleſiaſtica obtinentes, ac Monaſteria & domos fratrum, aliaq; pia loca ab omni Iuriſdictione, poteſtate, & ſubiectione Venerabilium Fratrum noſtrorum Ripan. Firman. & Aſculan. Epiſcoporum, nunc, & pro tempore exiſtentium, necnon ſolutione decimarum eiſdem Epiſcopis per eos debitarum, & decætero facien. perpetuò eximimus & liberamus. Necnon Terram Montis Alti in Ciuitatem, & ſecularem Collegiatam Eccleſiam huiuſmodi, in Cathedralem, ſub inuocatione eadem eiuſdem Beatæ Mariæ Virginis, pro vno Epiſcopo Montis Alti nuncupando, qui iuriſdictionem Epiſcopalem habeat, & exerceat in ſpiritualibus, cum menſa Epiſcopali, arca, ſigillo, aliiſq; inſignibus, honoribus & priuilegijs, quibus alij Epiſcopi de iure, vel conſuetudine, aut aliàs quomodolibet in eiſdem ſpiritualibus vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere quomodolibet poterunt in futurum, de ſimili conſilio, auctoritate & tenore præmiſſis, erigimus & inſtituimus. Ac Ciuitatem & Cathedralem Eccleſiam, ſic erectas & inſtitutas, necnon Epiſcopum Montis Alti pro tempore exiſtentem, ac ipſius Eccleſiæ Montis Alti Capitulum, Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubijcimus, & ſub protectione Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ſuſcipimus, Eidemq; Eccleſiæ ſic in Cathedralem inſtitutę, pro ſua, ſeu menſę ſuæ Epiſcopalis dote, Monaſterium Beatæ Mariæ de Monte Sancto Ordinis S. Benedicti dictę Aſculan. diœceſ. certo quem haberi volumus pro expreſſo modo vacan. ſimiliter perpetuò vnimus, annectimus, & incorporamus, ac ſiluam, ſeu tenutam Bonettini concedimus, necnon Terras, & Territoria pro diœceſi Montis Alti: illorum vero, necnon dictę Ciuitatis Montis Alti Eccleſias, perſonas pro Clero, & habitatores pro populo, etiam perpetuò aſſignamus, vt eos quoad ſuperioritatem & iura Epiſcopalia Montis Alti ſubeſſe, & tamquam membra capiti obſequentes, de iuribus Epiſcopalibus reſponderi volumus. Decernentes ex nunc irritum & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtan. noſtris de vnione committendis ad partes, vocatis quorum intereſt, ac exprimen. vero valore, & de non tollen. iure quęſito, ac Lateranen. Concilij nouiſſimè celebrati vniones perpetuas, niſi in caſibus à iure permiſſis fieri prohibitis, ac alijs conſtitution. & ordination. Apoſtolicis, necnon Ripan. Firman. & Aſculan. Eccleſiarum iuramento, & confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis & conſuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis, illarumq; Pręſulibus, Capitulis, & perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis clauſulis & decretis, etiam Motuproprio, & Conſiſtorialiter, ac aliàs quomodolibet in contrarium conceſſis, approbatis & innouatis, quibus omnibus etiam ſi de illis, eorũq; totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa & indiuidua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda foret, illarum tenores pręſentibus pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cęteriſq; con-

Montis Alti Oppidi in Ciuitatem ſublimatio, eiuſque Collegiatæ Eccleſiæ in Cathedralem erectio & Diœceſis aſſignatio.

Dotis pro Mõtis Altis Epiſcopo conceſsio.

Decretum irritans.

Clauſulæ derogatoriæ.

trarijs quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ſeparationis, diſmembrationis, exemptionis, liberationis, erectionis, inſtitutionis, ſubreptionis, ſuſceptionis, annexionis, vnionis, incorporationis, conceſſionis, aſſignationis, voluntatis, decreti, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem, &c.

Datum Romę, Apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicę, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſexto, decimo octauo Cal. Decembris. Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Pro Reuerendiſſimo Domino Summatore A. Iuſtus.

Tho. Thom. Gualterutius.

XLIX.

Oppidi Sancti Seuerini ex Prouincia Marchiæ in Ciuitatem ſublimatio, eiuſque Collegiatæ Eccleſiæ in Cathedralem & Epiſcopalem erectio.

Hoc idem fecit idem Sanctiſſ. Pont. de Oppido Lauretano, & Oppido Montis Alti eius patriæ, & de eorum Eccleſiis, vt habes in conſt. præced. vbi not.

SIXTVS Epiſcopus Seruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. SVPERNA diſpoſitione, cuius inſcrutabili prouidentia incrementum ſuſcipiunt vniuerſa, pro Sedis Apoſtolicæ excellenti præeminentia, dignum arbitramur in irriguo militantis Eccleſiæ Agro nouas Epiſcopales Sedes, & Eccleſias plantare, vt per huiuſmodi nouam plantationem, ſingulorum Chriſtifidelium augeatur deuotio, diuinus cultus effloreat, & animarum ſalus ſubſequatur, humiliaq; loca dignioribus & eminentioribus titulis, ac condignis fauoribus illuſtretur, vt propagatione nouæ Sedis, honoratique pręſulis aſſiſtentia & regimine, cum Apoſtolicæ poteſtatis amplitudine, ac orthodoxæ fidei profectu & exaltatione, ipſi Chriſtifideles ęternę fęlicitatis pręmium, noſtri Redemptoris ineſtimabili charitate media valeant adipiſci. Sanè cum Oppidum Sancti Seuerini in Agro Piceno Camerinen. diœc. inter cætera partium illarum Oppida ſatis inſigne ac percelebre, necnon benedicente Domino habitatorum, ac incolarum multitudine refectum exiſtat, ac dilecti filij illius vniuerſitas & homines, pro eorum ac Oppidi huiuſmodi, necnon eius Cleri ſingulorumque habitatorum, & Incolarum prædictorum decore, & amplitudine, ac diuini cultus incremento & animarum ſalute, Oppidum ipſum Ciuitatis nomine, & Cathedralis Eccleſiæ honore decorari ſummoperè deſiderent; ijdemque vniuerſitas & homines, pro ſęcularis & Collegiatę Eccleſiæ dicti Oppidi, in qua vna dignitas, quæ inibi Principalis dignitas exiſtit, Prioratus nuncupata, ac ſex Canonicatus, & totidem prębendæ fore noſcuntur, ſi in Cathedralem Eccleſiam erigeretur, menſæ Epiſcopalis dote, redditum annuum ſeu cenſum mille ſcutorum monetę illarum partium, decem iulijs pro quolibet ſcuto huiuſmodi computatis, ſuper Molendinis eiuſdem Oppidi, ad ipſos Vniuerſitatem & homines legitimè ſpectantibus aſſignare, parati ſint. Nos pium & ſalutare Vniuerſitatis & hominum propoſitum & deſiderium huiuſmodi volentes amplecti, illiq; fauere, ac cultum diuinum augere, & ſpirituali animarum profectui huiuſmodi, quem exinde ſperamus prouenire, ſalubriter promonere intendentes, ipſoſq; Vniuerſitatem & homines, ac eorum ſingulos à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdcti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, a Iure, vel ab homine, quauis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolu-

Cauſæ huius Erectionis.

Oppidi Sancti Seuerini cōmendatio.

abſolutos forè cenſentes, matura ſuper his cum fratribus noſtris deliberatione pręhabita, necnon Vniuerſitate & hominibus præfatis, nobis ſuper hoc humiliter ſupplicantibus, de eorundem fratrum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ad Omnipotentis Dei laudem & gloriam, ac Glorioſiſſimæ eius Genetricis Virginis Mariæ, totiuſque Curiæ cæleſtis honorem, ac fidei Catholicæ exaltationem, & habitatorum ac Incolarum prædictorum animarum ſalutem, Oppidum pręfatum cum illius Comitatu & Territorio, necnon omnibus & ſingulis Caſtris, Villis, locis, terminis, diſtrictibus ac Clero, perſonis, Eccleſijs, Monaſterijs, Prioratibus, Præpoſituris, Præpoſitatibus, & alijs pijs locis, ac beneficijs Eccleſiaſticis, cum cura & ſine cura ſæcularibus, & ordinum quorumcunque regularibus, à diecœſi Camerinen. prædicta Apoſtolica auctoritate perpetuò ſeparamus, & diſmembramus, ac ab omni Iuriſdictione, ſuperioritate, correctione, viſitatione, dominio & poteſtate, venerabilis fratris noſtri moderni & pro tempore exiſtentis Camerinen. Epiſcopi, ac dilectorum filiorum Capituli Eccleſiæ Camerinen. eorumque Vicariorum & Officialium, ac quorumcunque aliorum; necnon à ſolutione quorumuis Iurium, Epiſcopo & Capitulo huiuſmodi per Oppidi, ac ſingulorum Caſtrorum, Villarum, locorum huiuſmodi habitatores, & Incolas, ac Clerum, perſonas, Eccleſias, Monaſteria, & alia beneficia huiuſmodi, ratione Iuriſdictionis, & ſuperioritatis prædictarum reſpectiuè debitorum, dicta auctoritate, ac de ſimili conſilio, etiam perpetuò penitus eximimus, & totaliter liberamus: Necnon Oppidum Sãcti Seuerini præfatum in Ciuitatem Sancti Seuerini nuncupandam, ac in ea Cathedralem Eccleſiam pro vno Epiſcopo Sancti Seuerini etiam nuncupando, qui ipſi Eccleſiæ Sancti Seuerini præſideat, ad in illa & Ciuitate prædicta, ipſiq; Eccleſiæ Sancti Seuerini aſſignanda diœc. omnia & ſingula, quæ ordinis & Iuriſdictionis, ac cuiuſcunque alterius muneris Epiſcopalis ſunt exerceat, cum Sede & Menſa, alijſque Inſignijs, ac Iuriſdictionibus Epiſcopalibus, necnon priuilegijs, Immunitatibus & gratijs, quibus aliæ Cathedrales Eccleſiæ, & earum Præſules, de Iure vel conſuetudine, aut aliàs quomodolibet vtuntur, potiuntur & gaudent, ac vti, potiri & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, de pari conſilio, eadem auctoritate ſimiliter perpetuò erigimus, & inſtituimus; ac Oppidum Ciuitatis, & Eccleſiam Cathedralis, necnon Comitatum Sancti Seuerini huiuſmodi; ac illius Territorium vniuerſam diœc. Incolas verò & habitatores pręfatos, Ciuium nomine & honore decoramus, eidemque ſic erectæ Eccleſię Sancti Seuerini Oppidum pręfatum, vt pręſertur, in Ciuitatem erectũ pro Ciuitate, & vniuerſum Comitatum, ac illius Territorium huiuſmodi, cum omnibus illius Caſtris, Villis, locis & diſtrictibus per eoſdem vniuerſitates, & homines ſpecificandis, & ſtatuendis pro Diœc. ipſarum Ciuitatis, & Diœceſis, Sancti Seuerini, Eccleſias, & habitatores pro Clero & populo concedimus. & aſſignamus. Necnon dictę Eccleſię Sancti Seuerini menſę Epiſcopali, pro illius dote redditum annuum, ſeu cenſum Mille ſcutorum huiuſmodi, per ipſos Vniuerſitatem & homines, vt præfertur aſſignandum, ex nunc prout extunc, & èccontra, poſtquam aſſignatus fuerit, pariter perpetuò applicamus & appropriamus, ac Sancti Seuerini, aliaq; eiuſdem Comitatus, Oppidi, & Comitatum ipſum, ſingulaq; illius Caſtra, Villas, loca, Territorium, Clerum & populum huiuſmodi eidem Epiſcopo Sancti Seuerini, qui pro tempore fuerit, quoad omnem ordinariam Iuriſdictionem, & ſuperioritatem perpetuò ſubiicimus. Et inſuper Capitulo, Clero, Ciuitati, & dięceſi Sancti Seuerini huiuſmodi, ipſarumq; Ciuitatis & diœc. Incolis & habitatoribus, ac eorum ſingulis, vt omnibus, & etiam ſingulis priuilegijs, exemptionibus libertatibus, immunitatibus, gratijs, fauoribus & indultis, quibus aliarum Eccleſiarum Cathedralium Capitula, alięque Ciuitates & diœc. ac eorum Clerus, Incolę, & habitatores vtuntur, potiuntur & gaudent, ac vti, potiri & gaudere quomodolibet poterunt in futurum vti, potiri, & gaudere liberè, & licitè valeant, auctoritate prędicta indulgemus. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cęteriſque contrarijs quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, ſeparationis, diſmembrationis, exemptionis, liberationis, erectionis, inſtitutionis, decorationis, conceſſionis, aſſignationis, applicationis, approbationis, ſubiectionis, & indulti infringere, vel ei auſu temerario contraire.

Oppidi Sancti Seuerini in Ciuitatem ſublimatio, eiuſque Collegiatę Eccleſiæ in Epiſcopalem erectio.

Diœceſis deſignatio.

Dotis ſeu annui reddit' ſcutorũ mille pro Epiſcopo aſſignatio.

Clauſulæ derogatoriæ.

traire. Si quis autem hoc attemptare pręſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romę, Apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicę, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſexto, vj. Cal. Decembris. Pontificatus Noſtri Anno II.

L.

De Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium creandorum numero, ordine, ætate, tempore, qualitate, & officio.

De Materia Cardinalium vide ſupra in Eug. iv. conſt. 1. fol. 64. & Pij v. conſt. 93. fol. 1062. vbi poſui concord. & vide etiam infra in conſt. 56.

1. Pet. 2.

SIxtvs Epiſcopus Seruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. POSTQVAM verus ille atque æternus Paſtor, & Epiſcopus animarum Chriſtus Dominus, ad gubernandam vniuerſalem Eccleſiam, quam ſuo pretioſo ſanguine acquiſiuit, Apoſtolorum Principi Beato Petro cœleſtis ſimul, ac terrenę tradidit plenitudinem poteſtatis, eique ſuas in terris vices commiſit;

Summus Ro. Pontif. eſt verus Chriſti Vicarius.

ſicut in cathedra ipſius Petri ſucceſſor, & verus Chriſti Vicarius Romanus Pontifex, diuina præordinatione eiuſdem supremę Apoſtolicę dignitatis faſtigium & locum in terris tenet, ita etiam Sacroſanctæ Romanę Eccleſię Cardinales repręſentantes perſonas

Cap. per venerabile, qui fil. ſint legit. cap. fundaméta, de elect. lib. 6. Cardinales Apoſtolorū Chriſto miniſtrantes perſonas repræſentant, & ſunt Pont. Cōſiliarij, & Coadiutores.

Sanctorum Apoſtolorum, dum Chriſto Saluatori regnum Dei prædicanti, atque humanę ſalutis myſterium operanti miniſtrarent, eidem Pontifici in executione Sacerdotalis officij, & in dirigenda ipſa Eccleſia Catholica, cui præeſt, Conſiliarij, & Coadiutores aſſiſtunt, quaſi oculi & aures, ac nobiliſſimę ſacri capitis partes, & præcipua illius membra à Spiritu Sancto cōſtituta, qui in hac ipſa Eccleſiaſtica Hierarchia, diuina diſpoſitione, inſtar illius cœleſtis, cui ex altera parte reſpondet, ordinata, ad altiſſimum gradum euecti, cum ipſo Romano Pontifice communi patre ac Paſtore, ad quem ex omnibus vndique gentibus ac nationibus, in grauiſsimis, maximèque arduis rebus fideles omnium generum, omnium ordinum, ſummi, infimi quotidie confluunt, tanti ponderis molem, atque onus populorum ſuſtineant, & pro animarum ſalute, pro fide, pro iuſtitia, pro vnitate aſſiduè inuigilent ac laborent, qui circa ipſum vniuerſali

Extrauag. to. xxij. Execrabilis.

Eccleſiæ ſeruiendo, ſingularum Eccleſiarum commoditatibus ſe impendant, quorum conſilio idem Pontifex agenda diſponat, quorum opera, & neceſſaria, & plurimum fructuoſa vniuerſæ Reipublicæ Chriſtianæ, in ſecundis rebus ornamento & commodo, in dubijs præſidio & adiumento eſſe poſſit; qui denique pro exaltatione Catholicæ reli-

Cardinales pro exaltatione Catholicæ Religionis ſanguinem, & ſpiritū effundere debent.

gionis, pro pace & quiete Chriſtiani populi, pro augmento, & honore Sanctæ Sedis Apoſtolicæ ſanguinem, ſi ita res ferat, & ſpiritum conſtanter effundant. Cum itaque ipſi veri cardines ſint & clariſſima Eccleſiæ lumina, templi Dei baſes, firmamenta & columina Chriſtianæ Reipublicæ, ſingulari quadam pietate ac doctrina, nec vulgari aut mediocri, ſed inſigni atque eximia virtute abundare debent, vt quam gerunt perſonam dignè & honorificè valeant ſuſtinere; Ac quemadmodum præcipuè ſunt partes

Pontifex igitur viros optimos & lectiſsimos Cardinales creare debet.

ſummi Romani Præſulis in ijs aſciſcendis exquiſitam adhibere diligentiam, & accurata circumſpectione prouidere, vt viri optimi ac lectiſſimi aſſumantur, & vel in hoc potiſſimū neceſſitati atq; vtilitati totius Eccleſiæ ſibi commiſſæ cōſulatur, ita etiam Prælati cęterę; perſonę Eccleſiaſticę ad tantę dignitatis ſublimitatem promouendi, anteactę vitæ laude, atq; excellenti quadam & rara meritorum commendatione præ cęteris fulgeant, neceſſe eſt; vt hoc ampliſsimo honore digni habeantur. Siquidem eorum vita ac mores cęteris exemplo eſſe debent, verba & reſponſa pro oraculis, monita ac pręcepta ab vniuerſis Chriſtianis regulæ & norma rectè viuendi, rectèque ſentiendi exiſtimantur, ab ijs quaſi ſapientiſsimis magiſtris Eccleſiaſticæ diſciplinæ forma ſuſcipitur, quæ ad mores vitamque cunctorum fidelium componendos, longè latèque diffuſa propagetur. Ipſi denique verè ſunt ſal terrę, ac lucernæ poſitæ ſuper candelabrum,

Matth. 5. Deuteron. 17.

vt inter

vt inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam & cauſam, lepram & lepram diſcernant, ac doctrinæ opportunitate & veritate, infirma confirment, diſrupta conſolident, deprauata conuertant, luceant omnibus qui in domo Domini habitant, ac primæ huic Sedi aſsiſtentes, cunctos paſtores, dum in grauioribus negotijs eandem Sedem conſulunt, eiuſq; opem implorant, ſuo iudicio, conſilio, & auctoritate inſtruere, dirigere, ac docere non ceſſent. Cæterum cum non ſolum ad eos ſpectet, plurima & maximi momenti negotia & cauſas, quæ eis in dies committuntur, præclara fide & prouidentia cognoſcere, ac legationibus in Prouincijs gubernandis, & in grauioribus rebus, ſæpius ad Reges & Imperatores perfungi: ſed, quod omnium caput & ſumma eſt, ex eorum corpore, numero, & Collegio, ille ipſe qui cunctis paſtoribus eſt præficiendus, ac totius Dominici gregis curam habiturus, ſummus Pontifex deligatur; ijdemq; illum ſuis ſuffragijs creent, qui tunc demum publico bono Chriſtiani populi, optimus ſine vlla dubitatione exiſtet, ſi è numero & ſuffragijs bonorum deligetur, in hac ſacra electione cenſendi ſunt veri interpretes, atque internuntij voluntatis Dei, cuius ſpiritu ſicut vniuerſum Eccleſiæ corpus ſanctificatur & regitur, ita maximè hoc totum huiuſmodi electionis opus, eiuſdem afflatu & inſtinctu abſolui certiſsimum eſt, atq; omnibus exploratum vt vel ex hoc ipſo perſpici poſsit quanta in eis requiratur puritas, & ſinceritas ab omni carnis affectu, priuatorum commodorum cura, & factionum ſtudijs aliena, quorũ pectora & voces, templa & organa futura ſint Spiritus Sancti; & ex quibus quaſi ſeminibus is ſit proditurus, in quem totius Apoſtolicę poteſtatis plenitudo, Deo annuente meritò conferatur. Quapropter, vt tanti muneris amplitudo, ea qua decet obſeruantia, & admiratione apud cunctos mortales honoretur, & in quos ob celſitudinem gradus, omnium oculi, omniũ ora conuertuntur, in eis ſummę dignitati par claritas & ſplendor eluceat, atq; in eis glorificetur Deus, honorificetur ſacerdotale miniſteriũ, & animę fidelium lętificentur, certè ſacris ampliſsimi huius honoris inſignibus ij demũ decorandi videntur qui eximia eruditione, innocentia ac ſanctitate, & omni virtutum genere à vero ſolidorum bonorum largitore Deo ſupra cęteros fuerint illuſtrati. Proinde nos, poſtquàm placuit diuinę bonitati imbecillitatem noſtram ad ſummi Apoſtolatus apicem vocare, inter cęteras, quas pro bono vniuerſalis Eccleſię, his maximè turbulentis temporibus, dies noctéſque ſuſcipimus curas & cogitationes, hanc ipſam Pontificia noſtra ſolicitudine digniſsimam iudicauimus: vt ad communem ſalutem, & profectum Chriſtiani populi noſtræ curæ crediti, ac ad ipſius Sanctæ Romanæ Eccleſiæ decus, & ornamentum, circa Cardinalium electionem, atque aſſumptionem, tam à prędeceſſoribus noſtris, quàm a nobis hactenus editas ſanctiones, & decreta expenderemus: in quibus licèt pleraq; ſalubriter ac prudenter diſpoſita, & ordinata fuerint; quia tamen res humanę facilè in deterius prolabuntur, niſi ſit, qui eas aſsiduè renouet atque conſeruet, eaſdem illas ſanctiones & decreta partim innouando, partim declarando, partim pro rerum & temporum exigentia ſupplendo, & in melius reformando, habita ſuper his cũ Venerabilibus Fratribus noſtris eiuſdem S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura, de eorundem Fratrum conſilio, & vnanimi conſenſu, hanc noſtram perpetuò valituram cõſtitutionem duximus promulgandam, qua & noſmetipſos in re tam graui noſtri muneris admonemus, & quã nobis legem imponimus, eandem noſtris ſucceſſoribus indicamus, quos & ſui officij non immemores fore confidimus, & ſe aliquando in diſtricto, ac tremendo Dei iudicio ſuę villicationis rationem eſſe reddituros, Apoſtolo dicente: *Omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti, & vnuſquiſq; noſtrum pro ſe rationem reddet Deo.*

Preſertim quia ex Colleg. Cardinaliũ creandus eſt ſumm. Pontifex.

Ideo S. D. N. Sixtus Papa V. hinc deſuper edit conſtitutionem videlicet.

Rom. 14. 2. Corin. 5.

12. Primum igitur, cum ita expoſcente rerum ac temporum qualitate, & occaſione, receſſum fuerit à veteri illo more, admodum paucos viros in ſacrum Collegium aſcribendi, iamq; plures noſtra ętate Cardinales quàm antiquitus in ipſum Collegium cooptari conſueuerint, tum vt iuxta generalis Concilij Tridentini Decretum, omnium Chriſtianitatis Nationum ratio habeatur, tum quia in eodem Collegio multi, quę eſt humani corporis infirmitas, ſenectute vel morbis frequenter grauati, haud commodè tanto oneri aſsiduè ſuſtinendo ſufficere queunt, vt in hoc moderatio congrua adhibeatur, & certi limites pręſcribantur, ne vel ad veterem illam paucitatem eos redigamus, vel rurſus eorum honor nimia, ac ſuperflua numeroſitate vileſcat, quod interdum & noſipſi dum

Seſſ. 24. de refor. gener. c. 1.

dum in minoribus eſſemus, vidimus & experti ſumus: ac vt veteris Synagogę figura ſanctæ & Apoſtolicæ Eccleſię veritati reſpondeat, ſequi cupientes mandatum Domini factum ad Moyſen, de congregandis ſeptuaginta viris de ſenibus Iſrael, quos noſſet ſenes populi eſſe & magiſtros, vt ſecum onus populi ſuſtentarent, & nō ipſe ſolus grauaretur, ſuper quos ad oſtium tabernaculi ductos, loquente Domino, Spiritus requieuit.

Num. c. 11.

De prædictorum Fratrum noſtrorum conſilio, perpetuò ſtatuimus & ordinamus, vt in poſterum connumeratis omnibus cuiuſque ordinis Epiſcopis, Presbyteris & Diaconis Cardinalibus, qui nunc ſunt, quique in futurum creabuntur, cuncti ſimul numerum Septuaginta nullo vnquam tempore excedant, ac talis numerus quouis prętextu, occaſione, vel cauſa etiam vrgentiſſima minimè augeatur. Quòd ſi vnum vel plures à nobis vel pro tempore exiſtente Romano Pontifice in futurum vltra dictum numerum eligi in Cardinalem, aut creari, aut pronuntiari contigerit, decernimus huiuſmodi electionem, creationem, & pronunciationem nullam, irritam, & inanem fore, & cenſendam eſſe, nullumq; ius ſeu titulum, re aut nomine ſic electo, ſeu electis acquiri, neque eorum quenquam pro Cardinali haberi, aut reputari poſſe aut debere, neq; dictam electionem, creationem, pronunciationem ab initio inualidam & vltra numerum factam, ſi poſtea ad præſcriptum numerum, moriente vno vel pluribus Cardinalibus ipſum Collegio redigatur, propterea ex poſtfacto connaleſcere, ſed vti à principio ſic deinceps in perpetuum nullius fore roboris vel momenti.

Cardinales ſeptuaginta dūtaxat, eſſe poſſint, electioq; promouendorum vltra hunc numerum nulla ſite

Sintq; Epiſcopi ſex, Presbyteri 50. & Diaconi 14.

Quoniam verò, iam inde ab antiquiſsimis etiam Apoſtolorum temporibus, Diaconorum ordo ad inſeruiendum & miniſtrandum in Eccleſia Dei, ex magna prouidentia dignoſcitur inſtitutus, & pro temporum varietate, modò maior, modò minor numerus eſſe conſueuit, ita vt aliquando ſeptem, interdum quatuordecim, quandoq; verò decem & octo Diaconi fuerint, & tamen hoc tempore, tum propter eorum paruum numerum, tum propter aliquorum abſentiā à Romana Curia, adeò pauci reperiuntur, vt eorum officio ſatisfacere nequeant, imò ſępius presbyteri Cardinales loco Diaconorum, contra patrum inſtituta, Pontifici aſsiſtere & miniſtrare cogantur: Idcirco ſtatuimus, vt ex prædicto numero Cardinalium, Diaconi quatuordecim, reliqui omnes, præter ſex Epiſcopos, Presbyteri ſint & eſſe debeant.

Diaconi Card. eſſe nequeunt minores anno. 22. & infra annum ad Ordinem Diaconatus promoueri debēt, alias voce carent actiua & paſsiua.

Neq; poſt hac quiſpiam in Diaconum Cardinalem aſſumi poſsit, niſi ſaltem in vigeſimo ſecundo ſuę ætatis anno fuerit conſtitutus, ita vt omnino intra annum ad ſacrum Diaconatus ordinem valeat & debeat promoueri: alioquin ſi anno elapſo ad ipſum Diaconatus ordinem promorus non fuerit, eo ipſo, tam in Conſiſtorialibus & omnibus alijs actibus & negotijs Cardinalitijs, quàm etiam iuxta conſtitutionem fel. rec. Pij Papæ Quarti prædeceſſoris noſtri, ſuper reformatione Conclauis editam, in electione Romani Pontificis voce actiua & paſsiua omnino careat, ac priuatus exiſtat.

Diaconi ex feruore deuotionis ad presbyteratū promoti, remaneant inter Diaconos quouſque ex Card. de nouo creandis ſuppleatur numerus 14. Diaconorum.

Diaconorum autem numerus ſic præfinitus perpetuò retineatur, ac Diaconi in eodem ordine ſemper remaneant; & ſi qui eorum ex deuotionis feruore ad presbyteratus ordinem promoti fuerint, ſemper tamen in eodem Diaconatus ordine & officio miniſtrent, & ſuum locum inter Diaconos Cardinales teneant, donec ex Cardinalibus de nouo creandis, ſiue eligendis, alij Diaconi prædictum numerum ſuppleant, & in eorum locum ſubrogentur ſubſtituantur. Quo caſu antiquiores Diaconi ad presbyteratus ordinem promoti, ad presbyteros Cardinales tranſire, atque inter eos ſedere valeant, & connumerari.

Diaconorum Prior, aut ſequens ſi ſit legitimæ ætatis, in quarta vacatione, ſex Eccleſiarum Epiſcopalium, promoueatur ad Eccleſiam vacantem, & in alijs tribus vacat. antiquior Presbyter promoueatur.

Vt verò Diaconos Cardinales, qui in ſua vocatione permanſerint, & in miniſterio ordinis ſui perſeuerauerint, maioribus honoribus proſequamur, volumus vt cum aliquam ex ſex Cathedralibus Eccleſijs, quibus Epiſcopi Cardinales præſunt, primo, ſecundo & tertio, per obitum vel tranſlationem, aut aliàs pro tempore vacare contigerit, antiquior quidem presbyter Cardinalis præſens, ſaluo cuique Epiſcopo Cardinali iure tranſeundi ad eam, dimiſſa priore cui præerat, vt moris eſt, promoueatur: ſed vbi poſt tres vacationes, tres itidem ex ipſis presbyteris Cardinalibus in Epiſcopos pręfecti fuerint, tunc ſi quarta alicuius harum Eccleſiarum vacatio contigerit, excluſo ea tantum vice antiquiore presbytero, Prior Diaconorum Cardinalium, qui præſens fuerit, & in ætate legitima conſtitutus, vel ſi ille noluerit aut nequiuerit aſſumi, ſequens Diaconus

conus eiſdem qualitatibus præditus, ad eam promoueatur,& ita deinceps in huiuſmodi vacationibus ſex Eccleſiarum prædictarum perpetuò obſeruetur, vt poſt tres preſbyterorum ad dictas Eccleſias promotiones, quarta occurrente vacatione, prior Diaconorum, aut ſequens, vt præfertur,in Epiſcopum præficiatur.

Inter hos Septuaginta Cardinales, præter egregios vtriuſque iuris, aut Decretorum Doctores, non deſint aliquot inſignes viri in Sacra Theologia Magiſtri, præſertim ex Regularibus, & Mendicantium Ordinibus aſſumendi, ſaltem quatuor, non tamen pauciores.

Inter lxx. Cardi. præfatos aſſumātur ſaltim quatuor Magiſtri in Theologia.

Antiquum verò Clementis, Anacleti, Euariſti, Alexandri, & aliorum Sanctorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum morem, per ſexcentos & amplius annos continuata ſerie obſeruatum ſequi volentes,ac decretum aliàs per nos in noſtro Conſiſtorio editum innouantes; perpetuò ſancimus,tempus creandorum Cardinalium ſeu promotionis ad Cardinalatus honorem faciendę,menſe Decembri dumtaxat in ipſis temporibus ſeu diebus ieiuniorum,& non alijs eſſe debere.

Creari poſsint Card. in diebus Ieiuniorū menſis Decembris dumtaxat.

Vt autem ipſi Cardinales in regimine vniuerſalis Eccleſię,nobis,& pro tempore exiſtenti Romano Pontifici vtiliter aſſiſtere valeant, ac de omnibus Chriſtianorum Regnorum Prouinciarumque moribus, rebus & negotijs promptè, & fideliter certa ab eis notitia, pro rerum emergentium opportunitate habeatur; prædicti Concilij Tridentini decreto inhęrentes, ſtatuimus, vt ex omnibus Chriſtianitatis nationibus, quantum commodè fieri poterit, idonei aſſumantur.

Promoueanturque Idonei ex omnib⁹ Nationibus Chriſtianitatis quatum commodè fieri poterit.

Pręterea, qui Cardinales creandi erunt, legitimis & honeſtis ſint exorti natalibus, neque vlla prorſus labe,aut illegitimorum natalium ſuſpicione quouis modo laborent, ſed omni macula, & impuritate careant: alioquin ad tam eminentem dignitatis, gradum penitus inhabiles, & illius incapaces ſint & eſſe cenſeantur. Quocirca conſiderantes, quòd licet tanta ſit vis & efficacia Sacramenti Matrimonij, quod Apoſtolo, teſte: *Magnum eſt in Chriſto,et in Eccleſia*, vt qui antea geniti erant, ex ſoluto & ſoluta, inter quos ritè Matrimonium conſtare poterat, poſt illud contractum legitimi habeantur, in nonullis tamen Prouincijs & Dominijs, nobilitatis priuilegijs non gaudent, nec ad ſæcularia officia, honores & dignitates, neque ad nobilium feudorum, & ſtatuum ſucceſſiones admittuntur: quòdque multo magis indecorum videretur, & ab Apoſtolicæ ſedis dignitate alienum,ſi huiuſmodi illegitimi per ſequens Matrimonium, vt præfertur, legitimati, in Cardinales aſſumerentur, ac Cardinalatus celſitudo & ſplendor, qui dignitati Regiæ comparatur,facilè deprimi, commaculari, aut quodammodo inobſcurari poſſet: Ideo vt puriori dignitati puriores natales reſpondeant,quoſcunque illegitimè natos, quorumuis etiam Magnorum Principum, etiam Ducali, aut maiori, etiam Regia & Imperiali auctoritate fulgentium filios, quocunque gradu, dignitate, & præeminentia præditos, etiam genitos ex ſoluto & ſoluta, inter quos tunc Matrimonium conſtare poterat, ac poſtea per ſubſequens Matrimonium, etiam ritè & ſolemniter in facie Eccleſiæ contractum, vel aliàs legitimatos,& quomodolibet habilitatos, & natalibus reſtitutos, ac quorumuis honorum capaces effectos, etiamſi cum eis, vt hanc ipſam dignitatem obtinere valeant, ſuper defectu natalium fuerit expreſsè & in ſpecie auctoritate Apoſtolica quomodolibet diſpenſatum; nihilominus prædictæ Cardinalatus dignitatis prorſus incapaces, & ad eam obtinendam perpetuò inhabiles decernimus, ac declaramus.

Ephes. 5.

Illegitimi etiā per ſubſequēs matrimoniū legitimati,aut ſuper defectu Natalium auctoritate Apoſtolica diſpenſationem conſecuti ad Cardinalat. inhabiles ſint.

Sed & inſuper prohibemus, ne ij, quos propter defectus, vitia, aut impedimenta quęcunq; ad ſacros ordines, ſecundum canonicas ſanctiones promoueri fas non eſt, etiam ſi cum ipſis dicta auctoritate Apoſtolica fuerit diſpenſatum, neue alicuius criminis, aut infamiæ nota reſperſi, in Cardinales vllo vnquam tempore aſſumantur.

Qui ob defect⁹ vitia aut impedimenta ad ſacros ordines iuxta canonicas ſanctiones promoueri nequeūnt etiamſi diſpenſationē auctoritate Apoſtolica obtinuerint,& etiā qui alicuius criminis, aut īfamiæ nota reſperſi fuerint Cardinales eſſe non poſsint.

Cæterum, vt non ſolum honore, ſed etiam re ipſa cardines ſint, ſuper quibus oſtia vniuerſalis Eccleſiæ tutò nitantur, diuinaque & humana miniſteria ſibi commiſſa vtilius exequi poſsint; ſtatuimus, vt lectiſsimi, & præcellentes viri in ipſum Collegium aſcribantur, & quorum vitæ probitas, morum candor, præſtans doctrina & eruditio, eximia pietas, & erga ſalutem animarum ardens ſtudium & zelus, in dandis conſilijs ſincera fides & integritas, in rebus gerendis ſingularis prudentia, conſtantia, & auctoritas,

Promouēdi ad Card. doctrina vitæ probitate, & alijs qualitatibus à iure requiſitis, præſtare debent.

ritas, & aliæ qualitates à iure requiſitę, tam ipſi Pontifici, quàm vniuerſo Collegio cognitæ & probatæ ſint.

Clericali etiã Charact.re inſignitis, & in 4. minoribus Ordin. conſtituti per annum ſaltem ante promotionem habitum & tonſuram geſtare te nentur.

Ac proinde, ne homines ſacrarum rerum planè imperiti & rudes, atque Eccleſiaſticarum functionum ignari, quaſi in Eccleſia Dei hoſpites & peregrini, ſtatim huiuſmodi muneri præficiantur, iuxta decretum iampridem à nobis in prædicto Conſiſtorio noſtro ſancitum, quod pariter harum ſerie innouamus, diſtrictè interdicimus, ne quis vllatenus ad Cardinalatus honorem aſſumi queat, niſi qui antea clericali charactere inſignitus, & in quatuor minoribus ordinibus conſtitutus, per annum ſaltem, habitum & tonſuram geſtauerit clericalem.

Filium vtriuſlibet ſexus, etiam ex legitimo matrimonio, vel ex eo nepotẽ habentes, promoueri nequeunt ad Cardin.

Cum autem ad honorem adeò ſublimem promouendi omni virtutum, & præſertim caſtimoniæ laude, ſupra cæteros plurimum eminere debeant, qui verò filios etiam legitimos ex vxore ſua aliàs dignoſcitur ſuſcepiſſe, certum nequeat ſuæ teſtimonium continentiæ exhibere, & pater erga proprios filios naturali affectu, nimia quadam propenſione feratur, verendumque ſit, ne propterea varijs propriæ domus negotijs, ac multiplici liberorum cura diſtractus, Eccleſiæ negotia ſibi credita, aut negligenter tractet, aut minus ſolicitè & fideliter, quàm par eſt, eiuſdem Eccleſiæ iura tueatur; prohibemus ne aliquis, qui vtriuſlibet ſexus filium ſeu filios, etiam ex legitimo matrimonio ſuſceptos, vel nepotem ſeu nepotes ex eis habeat, vllatenus in Cardinalem aſſumi, aut promoueri poſſit.

Frater etiã ex vno parẽte germanus, vel patruelis coſobrinus, aut amitinus alicuiꝰ Cardi. viuentis, eo viuente Cardinalis eſſe non poſsit.

Inſuper, vt factionum fomitem & ſimultatum anſam ex ſacro hoc cœtu, quantum cum Domino poſſumus, amputemus, decretum piæ mem. Iulij Papæ III. prædeceſſoris noſtri, in ſacro olim Conſiſtorio editum approbantes, & declarantes; Similiter perpetuò interdicimus, ne vllo vnquã tempore aſſumatur aliquis poſthac in eiuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem, qui frater ex vtroque vel alterutro parente germanus exiſtat alterius Cardinalis viuentis, ita vt eodem tempore duo fratres germani in eodem Collegio nullatenus eſſe poſſint. Quinimò idem decretum extendentes & ampliantes, prohibemus quoq;, ne patrueli vel amitino aut cõſobrino Cardinale viuente, alter eius patruelis vel amitinus aut conſobrinus ad Cardinalatum valeat promoueri.

Patruus, aut auunculus Nepotis ex fratre vel ſorore Card viuẽtis prohibetur eo viuente aſſumi ad cardi. & ẽconuerſo talis nepos patrui & auunculi.

Sed & pari ratione ſancimus, ne patruo aut auunculo Cardinali viuente, eius ex fratre vel ſorore nepos, nec rurſus nepote ex fratre vel ſorore Cardinale exiſtente, illius patruus aut auunculus, nec vllus deniq; alius, qui primo, aut ſecundo tantum conſanguinitatis gradu alicui Cardinali viuenti coniunctus ſit, quamdiu is vixerit in Cardinalem aſſumi poſſit. Ita vt omnes & ſinguli prędicti tam pater filios, aut nepotes habens, quàm fratres germani, patrueles, amitini, conſobrini, patruus, auunculus, nepos ex fratre vel ſorore, & quiuis vt ſupra, primo aut ſecundo gradu coniunctus, alter altero Cardinali viuente, ad Cardinalatum inhabiles & illius incapaces ſint & cenſeantur, neque eorum aliquis Cardinalis creari valeat, neque aduerſus hanc prohibitionem, ex quacumq; etiam vrgentiſſima cauſa cum eis liceat diſpenſari. Et nihilominus electio, creatio, ac pronunciatio Cardinalium huiuſmodi, contra pręſentem prohibitionem aut interdictum facta & attentata, nulla, irrita, & inanis ſit eo ipſo, ac cum omnibus inde ſecutis nullius ſit roboris vel momenti.

Abſentes à curia ad card. promouendi creari debent adiecta cõditione, vt intra annum Apoſtolorũ limina viſitare teneãtur, & ante conſignationem bireti rubri eis à Pont. tranſmittẽdi id facere iurẽt, & obſeruẽt, alias cardinalatꝰ honore priuati cẽſeantur.

Poſtremò attendentes, proprium eſſe eorundẽ Cardinalium munus, aſſiſtere, vt præmittitur, Chriſti in terris Vicario, eiq; in regenda Eccleſia Catholica conſilium & operam aſſiduè præſtare, atque cum eo Eccleſiæ neceſſitatibus prouidere, ipſoſque tum ad id ex ipſius officij debito, tum ex Sanctorum Patrum decretis, teneri; ac propterea abſurdum eſſe Cardinales procul ab ipſo Pontifice vitam agere, & locum manſionemq; ſuam in Eccleſia Dei adeò præcelſam, contra huiuſmodi officij debitum, & in ſuarum perniciem animarum negligere, ac deſerere: inhærentes decreto ſimiliter à nobis in Conſiſtorio noſtro dudum deſuper promulgato, de eorundem Fratrum conſilio ſtatuimus & ordinamus, ne quis in poſterum à Romana Curia abſens Cardinalis creetur, aut pronuntietur, niſi hac adiecta conditione; vt intra annum in Romanam Curiam venire & Apoſtolorum limina viſitare teneatur; necnon antequam biretum rubrum, quod à Romano Pontifice de more benedici, ac per certum Nuntium mitti ſolet, ei tradatur, illiuſue capiti imponatur, iuret in manibus perſonæ alicuius in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutę,

conſtitutæ, cui id negotij datum fuerit, ſe intra annum à die præſtiti iuramenti numerandum, omni mora poſtpoſita, & impedimento remoto, ad Vrbem, vel aliò, vbi Rom. Cu. eo tempore fuerit, perſonaliter aduenturum, vt ſiſtat ſe nobis, aut pro tempore exiſtenti Romano Pontifici, & Sanctæ Sedi Apoſt. cuius obſequijs erit aſcriptus, & quamdiu ipſi Pontifici viſum fuerit, muneri ſuo incumbat, atq; ita de legibus, moribus, conſuetudinibus, ac toto ſtatu eiuſdem Sedis plenè inſtruatur, atq; ad Eccleſiæ, ſeu Prouinciæ, cui forſan præerit, neceſſitates ſubleuandas, abuſus tollendos, mores reformandos, Eccleſiaſticam diſciplinam, ſi qua ex parte labefactata fuerit, reſtituẽdam, opportuna, & ſalutaria conſilia ab ipſius Pontificis paterna charitate, ſapientia & vigilantia recipiat, & pro viribus exequatur. Cuius quidem iuramenti poſtquam per eum præſtitutum fuerit, publicum inde inſtrumentum conficiatur, & in forma authentica ad nos, vel noſtrum pro tempore ſucceſſorem, nulla interpoſita mora tranſmittatur. Quòd ſi fortè id iurare recuſauerit, volumus, vt biretum rubrum ei omnino denegetur, ac nequaquam tradatur, ſed ipſo facto, abſque alia declaratione vel decreto Cardinalatus honore priuatus exiſtat, atq; habeatur in omnibus & per omnia, ac ſi nunquã in Cardinalem aſſumptus, vel promotus fuiſſet. Inhabilis quoq; ad eãdem dignitatẽ poſtea obtinendam, & illius incapax efficiatur. Sin autem iuret, ac biretum rubrum accipiat, ſed tamen poſtea ad Vrbem & Romanam Curiam, vt præfertur, intra annum à die præſtiti iuramenti non comparuerit, tunc pariter abſq; alia declaratione, Cardinalatus dignitate, officio, titulo, denominatione, atque omnibus & quibuſcunq; illius inſignibus, facultatibus, priuilegijs, auctoritatibus careat eo ipſo, & perpetuò priuatus ſit, & eſſe cenſeatur, perinde ac ſi nunquam inter Cardinales cooptatus fuiſſet, nec biretum rubrum accepiſſet. Quod quidem biretum poſt id tempus confeſtim deponere omninò teneatur. Decernentes ſic in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Iudices & Commiſſarios, etiam cauſarũ Palatij Apoſtolici Auditores, & ipſos S.R.E. Cardinales, in quauis cauſa & inſtantia, ſublata eis & eorum cuiq; quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere: necnon irritum & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. *Decretum irritans.*

Non obſtan. Apoſtolicis, ac in generalibus Concilijs editis conſtitutionibus, & ordinationibus, etiam certum alium eorundem Cardinalium numerum præſcribentibus, aut aliàs ſuper præmiſſis diſponentibus, quas omnes quatenus præſenti conſtitutioni in aliquo aduerſantur, illarum tenores pro plenè, ac ſufficienter expreſſis habentes, etiam ſi de illis ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, ac indiuidua de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio facienda eſſet, omnino abrogamus, abolemus, & annullamus, cæteriſq; contrarijs quibuſcumque. *Clauſulæ derogatoriæ.*

Cæterum, vt præſentes litteræ omnibus innoteſcant, mandamus illas ad valuas Lateranenſis & Principis Apoſtolorum de Vrbe Baſilicarum, atque Cancellariæ Apoſtolicæ, & in acie Campi Floræ, more ſolito publicari, & inibi affigi, & per aliquod temporis ſpatium dimitti, eiſq; detractis earum exempla eo in loco relinqui. Ac volumus, vt illarum tranſumptis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo Prælati, vel perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, in iudicio & extra illud, vbi opus fuerit, eadem proſſus fides adhibeatur, quæ ipſis originalibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatutorum, ordinationum, decretorum, voluntatum, ſanctionum, declarationum, prohibitionum, innouationum, interdictorum, approbationis, extenſionis, ampliationis, abrogationis, abolitionis, annullationis, & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. *Forma publicationis.*

Datum Romæ, Apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſexto, tertio Nonas Decembris. Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Digitized by Google

✠ Ego Sixtus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

✠ Ego A. Card. Farneſius Vicecancellarius, Epiſcopus Oſtienſis.
✠ Ego Iacobus Cardinalis Sabellus Epiſcopus Portuenſis.
✠ Ego Io. Antonius Epiſcopus Tuſculan. Card. S. Georg.
✠ Ego Io. Franciſcus Card. de Gambara, Epiſcopus Præneſtin.
✠
✠ Ego Inn. Aualus Card. de Arag. Epiſcopus Sabinen.

✠
✠ Ego M. S. Card. ab Altaemps.
✠ Ego M. Antonius Card. Columna.
✠
✠ Ego P. Card. Sanctacrucius.
✠ Ego Gabriel Card. Paleottus.
✠ Frater Michael Bonellus Cardinalis Alexandrinus.
✠ Ego Ludouicus Cardinalis Madrutius.
✠ Ego Nic. Card. Senon. tt. S. Praxedis.
✠ Ego Iul. Ant. Sanctorius Card. Sanctæ Seuerinæ.
✠
✠ Ego Hier. Card. Ruſticutius.
✠ Ego Io. Hier. Card. Albanus.
✠ Ego Hieron. Card. Simoncellus.
✠
✠ P. Card. Deza.
✠
✠ Ego Antonius Card. Caraſa.
✠
✠ Ego Io. Antonius Card. SS. Quatuor.

✠ Ego Io. Bap. Card. S. Marcelli.
✠
✠
✠
✠ Ego Iulius Card. Cananius.
✠
✠ Ego Antonius Card. Saluiatus.
✠ Ego Auguſtinus Card. Veron.
✠ Ego Vin. Card. Montis Regalis.
✠ Ego Philippus Cardinalis Spinula.
✠ Ego Georgius Card. Radiuil.
✠
✠ Ego Scipio Card. Lancellottus.
✠ Ego Vincentius Card. Gonzaga.
✠
✠
✠ Ego Io. Baptiſta Card. Caſtruccius Signaturæ Iuſtitiæ Præfectus.
✠ Ego Federicus Card. Cornelius.
✠ Ego Hippolytus de Rubeis Cardinalis Papiæ.
✠
✠ Ego Decius Card. Azzolinus.
✠ Ego Hippol. Card. Aldobrandinus Maior Pœnit.

✠
✠ Ego Ferd. Cardinalis de Medicis.
✠ Ego Philippus Vaſtauillanus Card. Camer.
✠
✠
✠
✠
✠ Ego Andreas Cardinalis Battorius.
✠ Ego Alex. Card. Montaltus.

Tho. Thom. Gualterutius.

Regiſtrata apud eundem Thomam Secretarium.

Publicatio. Anno à Natiuitate Domini, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſexto, Indictione decimaquarta, die vero decimatertia Menſis Decembris, Pontificatus Sanctiſſimi Domini Noſtri, Domini Sixti diuina prouidentia Papæ Quinti, Anno Secundo. Retroſcriptæ litterę lectæ, affixæ, & publicatæ fuerunt, & per aliquod temporis ſpacium dimiſſæ in portis, ſeu valuis Baſilicarum Sancti Ioannis Lateranenſis, & Sancti Petri Principis Apoſtolorum de Vrbe, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ, & acici Campi Floræ, per nos Ioan. Freile, & Octauium Tagliettum, Sanctiſsimi Domini Noſtri Papæ Curſores.

Alex. Parabiachus Mag. Curſ.

Erectio

L I.

Erectio Officij Auditoratus cauſarum Confidentiarum beneficialium, Iuriſdictioniſq;, & priuilegiorum, ac emolumentorum conceſsio, dictiq; Officij collatio, in perſonam R. P. D. Alexandri Catalani vtriuſq; Signat. Referendarij.

De huiuſmodi confidentiis, earumq; caſibus, præſumptionibus, probationibus, & pœnis; habes ſup. in Pii IV. conſt. 109. fol. 820. & Pij V. conſt. 87. fol. 1051. & conſti. 118. & ſeq. fol. 1165. & ſequen. & etiam habes, infra in conſt. 66.

SIxtvs Epiſcopus Seruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. DIVINA Dei prouidentia, quę cunctorum fidelium cætum per diuerſa tribunalia ſtatuit in rectitudine gubernandum, in ſupremo Iuſtitiæ Throno, meritis licet imparibus conſtituti, nunc in muneribus & officijs ad ipſiuis Iuſtitiæ cultum inſtituendis, nunc pro perſonis idoneis ad illa aſſumendis, & condignis titulis decorandis, aciem noſtræ mentis ſedulo conuertimus, & quæ ad officiorum & perſonarum huiuſmodi ſtabiliendam iuriſdictionem, ſalubremque directionem pertinere noſcuntur, ne propter varios diuerſorum Iudicum & Tribunalium concurſus, & varias procedendi formas, deſuper dubitari contingat; ex paſtoralis noſtri officij debito conſtituimus, ac in his eiuſdem officij noſtri partes fauorabiliter impartimur, prout rerum, & cauſarum circumſtantijs debitè penſatis, conſpicimus in domino ſalubriter expedire. Cum itaque aliàs fel. rec. Pius PP. V. prædeceſſor noſter, omnium cauſarum confidentialium pro tempore mouendarum cognitionem & deciſionem, ac litterarum Apoſtolicarum à piæ mem. Pio PP. Quarto etiam prædeceſſore noſtro ſuper huiuſmodi confidentijs emanatarum, executionem ſibi & ſucceſſoribus ſuis reſeruauerit, & poſtmodum ob varias & continuas pro tempore exiſten. Rom Pontif. in grauiſſimis & arduiſſimis totius Reipub. Chriſtianæ negotijs occupationes, cauſæ ipſæ in Rom. Cur. pro tempore motæ & introductæ per particularem Iudicem, ex delegatione Apoſtolica, audiri, decidi, & cognoſci conſueuerit, ipſe autem Iudex nedum ſolo Rom. Pontificis nutu amouibilis, ſed etiam ſibi contra ordinarios collatores Epiſcopos, & alios ſuperiores pręlatos hac confidentiali labe plerumque infectos, procedendi facultas pręcluſa exiſtat, qui etiam in huiuſmodi cauſarum proſecutione, vt plurimum deleganeur, diuerſę ſymoniacę prauitates & aliæ illicitę pactiones, quę licet ex iſtis confidentijs reſultent ſeu illis miſtæ & coniunctæ ſint, tamen à nonnullis prætenditur eas ſub facultatibus præfato Iudici conceſſis, minimè comprehendi, nec in illis ab ipſo ſine ſpeciali ſedis Apoſtolicæ reſcripto poſſe procedi: Vnde fit vt modo ipſius Iudicis mutatione, quæ interdum contingit, nunc facultatum ſuarum anguſtia, ac etiam delinquentiũ cauillationibus & ſubterfugijs, eiuſdem Iudicis auctoritas ſæpius illudatur, ac ea quæ ad purgandam hac contagione Dei Eccleſiam à dictis prædeceſſoribus ſapientiſſimè ſunt ſancita, vt plurimum debito affectu careant, in animarum perniciem & ſcandalum plurimorum. Nos huiuſmodi incommodis, pro noſtri paſtoralis officij debito obuiare cupientes, operæpretium fore duximus, præfati Iudicis perſonam ſpeciali titulo & denominatione decorare, illiuſque iuriſdictionem ampliare, vt in tribunali ſuo tum iudicia, tum cætera ad id munus pertinentia perpetuò ſtabiliantur, ac ad certum debitumque finem ordinentur, necnon litterarum & conſtitutionum Pij Quarti & Pij Quinti prædeceſſorum huiuſmodi, ac præfatorum aliorumque priuilegiorum, indultorum, gratiarum & facultatum, pro tempore exiſtenti Iudici cauſarum confidentialium huiuſmodi conceſſarum ac ſentẽtiarum deſuper forſan latarum & inde ſecutorum quoruncunque tenores, necnon litium & cauſarum huiuſmodi ſtatus & merita, nomina & cognomina collitigantium, præſentibus pro expreſſis habentes.

Pii V. & Pii IV. conſtitutiones iſtæ ſunt iudicatæ hic i rub.

Cauſæ huius erectionis.

Erectio officii Auditorat⁹ cauſarum cōfidentialium.

Motuproprio non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera deliberatione & certa ſcientia noſtra,ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, vnum Officium Auditoratus generalis quarumcunque confidentialium, etiam ſymoniacam prauitatem & quamcunque aliam illicitam pactionem inducentium, ſeu connexitatem aliquam cum confidentia habentium, rerumque omnium inde reſultantium, pro vno generali illarum Auditore, qui omnium & ſingularum cauſarum huiuſmodi ordinarius iudex exiſtat, & officium ipſum ad eius vitam obtinere, illudque in noſtris & pro tempore exiſtentis Rom. Pontificis manibus quandocunq, reſignare,licitè poſſit, ad inſtar aliorum Rom. Cur. & dictæ Sedis officiorum vacabilium & reſignabilium, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuò erigimus & inſtituimus.

Emolumentorum, & redditūum aſsignatio.

Ibique ſic erecto & inſtituto pro illius dote, decimam partem omnium & ſingulorum fructuum, reddituum, prouentuum, iurium obuentionum, ac etiam diſtributionum quotidianarum, etiam ſolis præſentibns & diuinis officijs intereſſentibus dari, & per eos percipi ſolitarum, & aliorum quorumcunque emolumentorum, ac etiam penſionum annuarum, cum interuentu confidentiæ, vel aliàs ſymoniaca aut alia illicita pactione interueniente, ſeu quæ commiſſis Confidentijs aliquam dependentiam, vel cōnexitatem habeat, indebitè perceptorum, ad quorum reſtitutionem quoſcunque per ipſius Auditoris ſententiam condemnari, etiam ſi poſtmodum per alios Iudices cauſam fortaſſe reuideri, & dictam ſententiam confirmari ſeu reformari, ac etiam ſuper quibus, poſt litem deſuper in officio huiuſmodi intentatam, quomodolibet componi vel aliàs concordari contigerit. Necnon omnia & ſingula alia iura, ſalaria, regalia,& emolumenta quęcunque ordinaria, & extraordinaria, vndecunque & quomodocunq; prouenientia, etiam ſportulas, vel alia quocunque nomine nuncupata, quæ Iudices cauſarum confidentialium huiuſmodi in dicta Curia pro tempore deputati,quomodolibet, & quocunque titulo vel cauſa habere, cōſequi, lucrari,& percipere cōſueuerunt ſeu etiam potuerint ac debuerint, cuiuſcunque qualitatis,quantitatis & valoris fuerint, auctoritate & tenore præſentis, etiam perpetuò applicamus & appropriamus.

Necnon quòd de ceтero pro tēpore exiſtens Auditor prędictus,ſtatim a die conceſſionis ſibi de huiuſmodi Auditoratus officio, dicta auctoritate factę, ſit & eſſe cēſeatur noſter, & pro tempore exiſten.Rom. Pontificis verus,indubitatus & non fictus familiaris,continuus commenſalis,& Prælatns domeſticus,ac dictæ ſedis Notarius,aliorumq; familiarium continuorum commenſalium nobis, & dicto Rom. Pontificio in Palatio Apoſtolico ſeruiētium,ac Pręlatorum domeſticorum & eiuſdem ſedis notariorum numero & conſortio fauorabili aggregatus,ac pro vero, indubitato,& non ficto noſtro & pro tempore exiſtentis Rom. Pontificis familiari, continuo commenſali, & Prælato domeſtico, ſediſque huiuſmodi notario haberi, & reputari debeat; habituque & inſignijs dictorum prælatorum & notariorum, perquamcunque perſonam in dignitate eccleſiaſtica conſtitutam,quam ad hoc duxerit eligendam ſibi, recepto prius ab eo fidelitatis & obedientię ſolito iuramento,exhibendis & conferendis, omnibuſque & ſingulis ac prorſus ſimilibus priuilegijs, pręeminentijs,indultis,immunitatibus,libertatibus, exemptionibus, facultatibus, honoribus,antelationibus, prærogatiuis, fauoribus, indultis, conceſſionibus,& gratijs, tam ſpecialibus quàm temporalibus quibus cęteri noſtri & pro tempore exiſten. Rom. Pontificis, veri, indubitati & non ficti familiares, continui commenſales, ac prælati domeſtici, dictęque ſedis notarij, etiam de numero participantium exiſtentes, etiam ſi habitum & rochetum notariorum ſedis huiuſmodi non deferat, de iure, ſtatuto, vſu conſuetudine, vel aliquo etiam ſpeciali priuilegio, aut aliàs quomodolibet vtuntur, potiuntur & gaudent, ac vti, potiri & gaudere poſſint,& poterunt quomodolibet in futurum,in iudicio & extra,ac vbique locorum abſq; aliqua prorſus differentia, non ſolum ad illorum inſtar,ſed pariſormiter & æquè principaliter in omnibus & per omnia,perinde ac ſi eidem Auditori pro tempore exiſtenti ſpecialiter & expreſsè per pręſentes conceſſa fuiſſent, ſine tamen ipſorum pręlatorum domeſticorum, & notariorum de numero participantium pręiudicio, vti, potiri & gaudere liberè & licitè poſſit & vale.

Priuilegiorum omniū quæ veri familiares Pontificis,continuiq; cōmenſales,& Prelati domeſtici, Sediſq; Apoſto. Notarii habēt, conceſsio.

Ipſeque Auditor pro tempore exiſtens,omnes & ſingulas dictarum confidentiarū & ſymo-

ſymoniacam prauitatem, vel quamuis aliam illicitam pactionem inducentium, ſeu aliquam dependentiam vel connexitatem habentium, rerumque omnium inde reſultantium cauſas huiuſmodi in eadẽ Curia quomodocunq; & qualitercunque, ac inter quaſcunque perſonas, etiam Cardinalatus honore ac Patriarchali, Archiepiſcopali, Epiſcopali dignitatibus fungentes, etiã per uiam inquiſitionis, aut ex officio ſeu Apoſtolica delegatione, vel alias quomodolibet motas & mouendas, ac etiam quæ per viam appellationis à ſententijs diffinitiuis, vel interlocutorijs vim diffinitiuæ habentibus, per quoſcunque Iudices ordinarios vel delegatos, ac etiam dictæ Sedis Legatos vel Nuncios pro tempore latis & promulgatis, ad ſedem præfatam pro tempore interpoſitæ, ſeu reclamationis iudicialis aut nullitatis, ad ſedẽ eandem hactenus deuolutæ ſunt, vel in poſterum deuoluentur, ita vt cauſæ appellationum huiuſmodi per eum ſolum cognoſci, nec alteri niſi per commiſſionem in ſignatura gratiæ, vocato ipſo Auditore propoſitam, & manu noſtra ſignatam, committi poſſit, ſummariè, ſimpliciter & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicii, ſola veritate inſpecta, etiam manu regia, ac terminis ſubſtantialibus, qui de ſtilo ſeu ordinatione Palatij Apoſtolici obſeruari conſueuerunt, penitus omiſſis ac etiam quibuſuis appellationibus, nullitatibus, & alijs diffugijs prorſus ſemotis procedendò, vnà cum omnibus & ſingulis earum inciden. dependen. emergen. annexis, & connexis, ac etiã toto negotio principali, Audien. cognoſcen. deciden. fineque debito terminan. etiam ſingulis diebus & horis, præterquam in honorem Dei feriatis: necnon ſuper omnibus & ſingulis confidentijs, etiam aliquam dependentiam vel connexitatem cum ſymoniaca vel alia illicita pactione habentibus, ſeu miſtis huiuſmodi, rebuſque omnibus inde reſultantibus, tam ad procuratoris fiſcalis denuntiationem & promotionem, quàm etiam partium accuſationem, ſeu ex mero officio inquirendi, omneſque & ſingulas huiuſmodi confidentialem & ſymoniacam prauitatem vel quamuis aliam illicitam pactionem inducentium, ſeu aliquam dependentiam vel connexitatem habentium, rerumque inde reſultantium cauſam, coram quibuſuis iudicibus etiam Palatij Apoſtolici cauſarum Auditoribus, inter quaſcunq; perſonas, motas & mouendas, ad ſe & ſuum tribunal auocandi, ac omnes & ſingulos dictarum confidentiarum auctores machinatores, conſcios, complices, & alios quos opus fuerit, ac ſua quomodolibet intereſſe putantes, etiam per edictum publicum, ſi ad eos tutus non pateat acceſſus, citandi, & conſtito ſibi quantum ſufficere videbitur de iudicijs, ad perſonaliter vel alias legitimè comparendum, ſub excommunicationis alijſq; eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, ac priuationis omnium & ſingulorum beneficiorum & officiorum per eos obtentorum, ac inhabilitatis ad illa & alia quæcunq; in poſterum obtinenda, necnon pecuniariis, aliiſque eius arbitrio, etiam iuxta demeritorum exigentiam corporis afflictiuis pœnis, monendi, eiſq; ac quibuſuis iudicibus, tam ordinariis quàm commiſſariis, etiam quacunque auctoritate fungentibus & functuris, ſub ſimilibus ſententiis, cenſuris & pœnis, tam in dicta Curia, quàm extra eam vbilibet inhibendi, detinentes quoſcunque libros, ſcripturas, computa, inſtrumenta & alia documenta publica vel priuata dictarum confidentiarum, cauſas etiam vt præfertur mixtas quomodolibet concernentia, ad illa exhibenda, necnon quoſlibet teſtes ad ſe examini ſubiiciendum, ac veritatis teſtimonium perhibendum, etiam ex officio, vel aliàs prout ſibi videbitur, per ſimiles cenſuras & pœnas cogendi & compellendi, eoſque, necnon contradictores quoſlibet & rebelles, ſententias, cenſuras, & pœnas, etiam priuationis huiuſmodi incidiſſe, ſeruata forma Concilij Tridentini declarandi, auxiliumque brachij ſecularis inuocandi, necnon vnum Locumtenentem in huiuſmodi cauſis, cum ſimili vel limitata poteſtate, quoties ſibi videbitur conſtituendi & deputandi, eumq; reuocandi, ac alium eius loco ſubrogandi, necnon litteras ſeu conſtitutiones Pij iiij. & Pij v. prędeceſſorum huiuſmodi ſuper dictis confidentijs editas, ac omnes & ſingulas ſententias in dictis cauſis confidentiarum, tam hactenus per illarum Iudices qui pro tempore fuerint latas, quàm in poſterum per futurum Auditorem huiuſmodi, eiuſq; ſucceſſores ac Locumtenentes ferendas, via executiua, nulla tela iudiciaria ſeruata, & quacunq; appellatione remota, ac aliàs iuxta litterarum ſeu conſtitutionum præfatarum, ac etiam facultatum dictis iudicibus, per Nos & prædeceſſores Noſtros quomodolibet conceſſarum

Iuriſdictionis cognoſcendi quaſcumq; cauſas confidentiales, &c. conceſſio.

rum formam, continentiam & tenorem plenariè & totaliter exequendi & executioni demandandi, mandataque executiua & alia quomodolibet neceſſaria & opportuna decernendi & relaxandi, ac generaliter omnia & ſingula alia, quę in pręmiſsis omnibus & ſingulis quomodolibet neceſſaria & opportuna fuerunt, facien. dicen. geren. exercen. mandan. decernen. ſtatuen. ordinan. & exequendi, plenam, liberam & omnimodam facultatem, poteſtatem & auctoritatem habeat, & habere debeat. Et quòd officium

Notariatus Officij ad Auditoratus Officiũ prædictum applicatio & conceſsio.

Notariatus earundem cauſarum decætero perpetuis futuris temporibus ad meram, & liberam pro tempore exiſten. Auditoris pręd. diſpoſitionem, ſpectet & pertineat, ipſeq; pro tempore exiſtens Auditor officium Notariatus huiuſmodi, quod dilectus filius Proſper Vacca ad hoc à nobis deputatus ad præſens exercet, cum primum per ceſſum vel deceſſum, aut priuationem vel amotionem dicti Proſperi, aut cuiuſuis alterius qui illud pro tempore quomodolibet obtinebit, aut aliàs quouis modo vacauerit, quibuſuis perſonis, de quibus ſibi videbitur per ſuas patentes litteras, ſigillo officij ſui Auditoratus gratis, vel pro pretio reperibili concedere & aſſignare, ac ſoluta ſibi ſolita compoſitione reſignationis, de dicto officio Notariatus pro tempore facien. necnon perſonam cui officium ipſum Notariatus pro tempore conceſſerit & aſſignauerit, ad illud illiuſq; liberum exercitium, abſq; alia noſtra & pro tempore exiſtentis Rom. Pontif. conceſſione & aſſignatione recipere, & admittere, ac per eos ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit recipi, & admitti, ac illi de ſolitis & conſuetis iuribus & emolumentis reſponderi facere, liberè & licitè valeat, eiſdem auctoritate, & tenore ſimiliter perpetuò ſtatuimus, & ordinamus.

Auditoratus Officij, in perſonam Alexandri Catalani Ro. vtriuſque Sig. Referendarii cum prædictis iuriſdictionibus emolumentis & priuilegiis, collatio.

Inſuper de dilecti filij magiſtri Alexandri Catelani Clerici Romani, V. I. D. ac litterarum Apoſtolicarum maioris præſidentię Abbreuiatoris, & in vtraq; Signatura noſtra Referendarij, fide, integritate, probitate & doctrina, nobis præcipuè in iudicis earundem cauſarum munere iamdudum exercendo, & obeundo cognita atq; perſpecta, ſpecialem in Domino fiduciam obtinentes, ipſumque Alexan. a quibuſuis excommunicationis ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſq; eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure vel ab homine, quauis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequen. harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, eidem Alexandro officium Auditoratus generalis cauſarum confidentialium, vel aliàs vt præfertur mixtarum, à primæua eius electione vacans huiuſmodi, per eum quoad vixerit ad inſtar aliorum officiorum Cur. & Sedis prædictarum tenen. regendum & gubernandum, cum decima parte fructuum, reddituum, prouentuum, iurium obuentionum, diſtributionum, & aliorum emolumentorum ac penſionum indebitè perceptorum, & percipiendorum huiuſmodi, & alijs illi annexis, necnon omnibus & ſingulis iuribus, regalibus, vocalibus, ſportulis, taxis, prouentibus, obuentionibus, honoribus, emolumentis, priuilegijs, exemptionibus, immunitatibus, pręeminentijs, antelationibus, prærogatiuis, iuriſdictionibus, fauoribus, gratijs, indultis, ac de dicto officio Notariatus diſponendi, & illius reſignationes admittendi cęteriſque facultatibus ſupradictis, auctoritate & tenore ſimilibus concedimus, & aſſignamus, ipſumque Alexandrum ad officium Auditoratus cauſarum confidentialium huiuſmodi, illiuſq; liberum exercitium, necnon decimam fructuum, reddituum, prouentuum, iurium, obuentionum, diſtributionum, emolumentorum & penſionum huiuſmodi partem, ac iura, regalia, ſportulas, taſſas, prouentus, obuentiones, honores, priuilegia, facultates, cæteraq; omnia & ſingula ſupradicta, ex nunc recipimus & admittimus, ac per eos ad quos ſpectat, & pro tẽpore ſpectabit recipi & admitti, receptumq; & admiſſum in eis quoad vixerit manuteneri, ſibiq; de eiſdem integrè reſponderi debere volumus & mandamus. Ac eundem Alexan. qui in noſtram ſediſq; præfatę ſubuentionem, ſummam duorum millium ducatorum auri de Camera, nomine pretij dicti officij in manibus depoſitarij Datariatus noſtri, realiter & cum effectu perſoluit, ab eodem officio Auditoratus eiuſmodi, eius vita durante, eiuſq; etiam pro tempore reſignatarios, ceſſionarios, vel tranſlatarios, tam mediatos, quàm immediatos quoſcunq; per nos, vel ſucceſſores noſtros Rom. Pontifices pro tempore exiſtentes, aut Sedem & Cameram prædictas, etiam ex quauis cauſa inuitum vel inuitos amoueri, aut illud eiſque

aſſignata,

aſſignata & conceſſa, iura, regalia, emolumenta, cæteraque alia ſupradicta, in toto vel in parte imminui, vel ſubtrahi, neque ſuper eiſdem præmiſſis omnibus per S. R. E. Vicecancellarium, Camerariũ ac dictę Cam. Theſaurarium, Clericos, Præſidentes, Camerarios vel quoſcunq; alios quauis auctoritate fungẽtes quomodolibet moleſtari poſſe declaramus; & nihilominus pro dicti Alexandri & ſuorum ſucceſſorum prędictorum indemnitate & ſecuritate, ac omnium & ſingulorum præmiſſorum obſeruatione, & executione, etiam nomine & loco damnorum & intereſſe, quæ ipſum Alexandrum, vel eius ſucceſſores prædictos pati contigerit, omnia & ſingula eiuſdem Cam. redditus prouentus, iura, res, & bona quæcumq;, tam præſentia quàm futura, nedum generaliter verum etiam ſpecialiter & expreſsè in ampliſſima Cameræ forma, cum omnibus & ſingulis clauſulis, decretis & cautelis in ſimilibus apponi ſolitis, & neceſſarijs latiſſimè extẽden. & interpretandis, Alexandro eiuſq; ſucceſſoribus prædictis validè & efficaciter obligamus & hypothecamus: necnon, etiam ſi pro conſequendo dicto officio Auditoratus ab alio maius pretium dicta ſumma duorum millium ducatorum quandocunque repertum fuit, vel reperiri contigerit, illud omne & totum cuiuſcunq; quantitatis & ſummæ fuerint, etiam ſi dimidiam vel maiorem partem iuſti pretij excedat, eidem Alexandro gratioſè & irreuocabiliter ac perpetuò, etiam donatione inter viuos remittimus & cõdonamus. Decernentes pręſentes litteras ad proban. plenè, quòd eadem ſumma in noſtram ſeu ſedis vel Cameræ præfatarum ſubuentionem conuerſa fuerit, aliaque præmiſſa vbique, tam in iudicio quàm extra ſufficere, nec ad id probationis alterius adminiculum requiri; Ac eaſdem præſentes litteras nullo vnquam tempore de ſubreptionis vel obreptionis vitio aut intentionis noſtræ, vel quouis alio defectu, etiam ex eo quòd intereſſe forſan habentes ad id vocati non fuerint, vel ex quauis alia cauſa quantumuis legitima & iuridica, etiam neceſſario exprimenda, notari, impugnari, inualidari, ad terminos iuris reduci, in ius vel controuerſiam reuocari, aut aduerſus illas quodcunq; iuris, facti, vel gratiæ remedium impetrari poſſe, minuſque ſub quibuſuis illarum aut ſimilium vel diſſimilium gratiarum reuocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus & alijs contrariis diſpoſitionibus comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum & eum in quo antea quomodolibet erãt ſtatum reſtitutas, repoſitas & plenariè etiam ſub quacunque data, per Alexandrum eiuſque ſucceſſores præfatos eligenda, reintegratas & de nouo conceſſas, validaſque & efficaces fore & eſſe, vimque validi & efficacis contractus inter nos & Cameram ex vna, ac Alexan. eiuſque ſucceſſores præfatos ex altera partibus, ritè, & rectè initi & ſtipulati ac etiam vtrinque iurati habere & perpetuò obtinere, dictamque Cameram ad Alexan. & eius ſucceſſores præfatos in iuribus & alijs præfatis tenendos, & ab omni incommodo, damno, læſione, lite cauſa & controuerſia immunes, indemnes & exemptos conſeruandos teneri & obligatos eſſe ac fore: Sicque & non aliter per quoſcunque iudices ordinarios vel delegatos etiã cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac eiuſdem S.R.E. Cardinales, ſublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari ac diffiniri debere, necnon irritum & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquã quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca venerabilibus fratribus noſtris Amerin. & Marturanen. Epiſcopis, ac dilecto filio Cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori, Motu ſimili per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi vel duo, aut vnus eorum per ſe vel alium ſeu alios, præſentes litteras & in eis contenta quæcunq;, vbi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dicti Alexan. & eius in officio Auditoratus huiuſmodi ſucceſſorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant actoritate noſtra præſentes litteras & in eis contenta huiuſmodi, ab omnibus ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit inuiolabiliter obſeruari, ac Alexandrum & ſucceſſores præfatos illis pacifice frui & gaudere; non permittentes ipſos ſeu eorum quempiam, per quoſcunque, quauis auctoritate fungentes, deſuper quomodolibet moleſtari, perturbari vel inquietari: contradictores quoslibet & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaq; opportuna Iuris & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſsibus, ſententias

Bonorum Cameræ Apoſto. pro ſecuritate dicti officij obligatio.

Clauſulæ præſeruatiuæ.

Decretum irritans.

Executorũ, & defenſorũ deputatio & facultates.

Digitized by Google

Clauſulæ derogatoriæ.

tentias, cen. & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis. Non obſtan. præmiſſis, & de certo nominatorũ prædictorum numero, necnon quatenus opus, ſit recolendæ memoriæ Symmachi, & Innocentij Tertij, ac Pauli Secundi, & quorumcunq; aliorum Romanorum Pontificũ etiam prædeceſſorum noſtrorum, de rebus Eccleſię, ſeu Cameræ & Sedis prædictarũ non alienan. aliiſq; Apoſtolicis, ac in Prouincialibus, ſynodalibus & generalibus Conciliis editis, ſpecialibus vel generalibus conſtitutionibus & ordinationibus, dictæque Cancellariæ regulis editis, & eden. etiam de gratijs ad inſtar non conceden. eiuſque & dictæ Cameræ, ac earum officiorum, & collegiorum, necnon Vrbis Romæ, illiuſq; tribunalium, & Curiarum, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, conſuetudinibus, ſtylis, vſibus, naturis, ſtabilimentis, & etiam nouis reformationibus; priuilegijs quoque indultis, exemptionibus, immunitatibus, & litteris Apoſtolicis, illis necnon ordinarijs iudicibus & perſonis ſupradictis, & quibuſuis alijs, etiam per modum ſtatuti perpetui initi & ſtipulati contractus, ſub quibuſcunque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs alijſq; efficacioribus & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus & aliis decretis, in genere vel ſpecie per quoſcumq; Rom. Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos & ſedem prædictam, etiam motu ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus ac aliàs quomodolibet, etiam iteratis vicibus conceſſis, approbatis & innouatis. Quibus omnibus etiamſi de illis eorumq; totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda eſſet, tenores huiuſmodi ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata, inſerti forent, præſentibus pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſsè derogamus, contrarijs quibuſcunque: aut ſi aliquibus communiter vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quòd interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint, per litteras Apoſtolicas, non facien. plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Volumus autem quòd præſentium tranſumptis etiã impreſſis, manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo pro tempore exiſtentis Auditoris Cauſarum confidentialium huiuſmodi, vel alterius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, in iudicio & extra, vbique plena & indubita eademque prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum erectionis, inſtitutionis, applicationis, approbationis, ſtatuti, ordinationis, abſolutionis, conceſſionis, aſſignationis, receptionis, admiſsionis, voluntatum, mandatorum, declarationis, obligationis, hypothecationis, remiſſionis, condonationis, decreti & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, Indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ Apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſexto, Cal. Nouemb. Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

E. Dat.

Tho. Thom. Gualterutius.

Admiſsio, & regiſtratio in Camera Apoſt.

Die 7. Menſis Ianuarij, 1587. Præſentes litteræ in Camera Apoſtolica præſentatæ, & per Reuerendiſsimum Fauentinum dictæ Cameræ Clericum, & Iudicem ex decreto ipſius Cameræ ſpecialiter deputatum, citato prius R. P. D. Geofredo Lomellino eiuſdem Cameræ Commiſſario generali admiſſæ, & in libris Cameræ regiſtratæ fuerunt priori libro diuerſorum fol. 184.

Pontius Sæua.

Regiſtrata apud Thomam Secretarium.

V. Grauellius.

Erectio

L I I.

Erectio Collegij Notariorum Curiæ Capitolij, Iuriſdictionumque, & Priuilegiorum conceſsio.

Quoad iuriſdictionem Iudicum Curiæ Capitolii, vide etiam Pij IV. conſt. 73. cum declaratione quam ibi poſui pro Iuriſdictione Gubernatoris, & vide etiam Stat. lib. I. cap. 41.

SIXTVS Epiſcopus Seruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. VT litium diuturnitati, alijſque incommodis, quæ lites ipſæ ſecum afferre ſolent in Alma Vrbe noſtra, in qua Ciuilia iura primum orta, & deinceps aucta & exculta fuerunt, occurratur, idque præſertim in Curia Capitolina, proprio Romanorum Ciuium foro, facilius ſubſequatur, Tabellionum numerum qui coram ipſius Curiæ Iudicibus geſta conſcribunt, modo nimis auctum, quiq; in dies excreſcit, coanguſtare, illumque ad certum & præfixum numerum & ordinem, ptout alios Primarios eiuſdem Vrbis Magiſtratus, per diuerſos Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros ſtatutum fuiſſe compertum eſt, redigere cenſuimus. Hac igitur cogitatione ducti, cum animaduerterimus Notariorum Iudicũ dictæ Curiæ, qui Collaterales appellantur, numerum, paruo vel nullo perſonarum habito delectu, in dies augeri, ac propterea temporis curſu authenticæ ſcripturæ, ſeu alia publica monimenta de facili non reperiantur, aut interdum omnino amittantur, atque pereant, rerumque in Iudicium iam deductarum definitiones, & deciſiones in longum pertrahantur, alijſq; his grauioribus, in dies pauperes litigantes, etiam quandoque Viduæ, pupilli, & miſerabiles perſonæ afficiantur incommodis, quibus pro noſtro Paſtoralis officij munere, nobis ex alto commiſſi occurrere, ac dilectos filios Romanos Ciues, quos vti peculiares filios paterna charitate complectimur, in hoc ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes; Motu proprio, non ad alicuius ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera deliberatione, noſtra omnibus & ſingulis cauſarum, tam primi, quàm ſecundi Collateralium dictæ Curiæ Notarijs, dicti Tabellionis publici munus coram Iudicibus prædictis quomodolibet exercentibus, etiam ſi per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos & ſedem Apoſtolicam, necnon dilectos filios Senatorem, ſiue Conſeruatores, Collaterales, Proconſules, & Correctores, ac alios dictæ Curiæ Magiſtratus, quauis auctoritate præditos, ac etiam vigore quorumcunq; priuilegiorum, aut cuiuſuis hactenus obſeruatæ conſuetudinis, etiam quæ hominum memoriam excedat, deputati fuerint, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium omnino interdicimus, ac illis ne quouis quæſito colore, ingenio vel prætextu audeant ſe in eiſdem Notariatuum Officijs ingerere, ſeu quoquomodo intromittere, expreſsè prohibemus; ac ab huiuſmodi Notariatuum Officijs, & illorum poſſeſſione penitus amotos eſſe, illiſque actionem ſpolij, vel vnde vi, & attentatorum, vel aliud quodcunque remedium ratione dictorum Notariatuum, & illorum exercitij, ac emolumentorum nequaquam competere decernimus, & declaramus: Eademque Notariatus Officia Cameræ noſtræ Apoſtolicæ cum eorum emolumentis, & iuribus vniuerſis vndecunque prouenientibus applicamus, & appropriamus, ac in dicta Curia Capitolij vnum Collegium Primi, & Secundi Collateralium Notariorum, qui numero ſint Triginta, bonæ conditionis & famæ, ac ad lites & cauſas pertractandas, inſtrumentaque roganda, & alia huiuſmodi Notariatus Officium concernentia eruditi, atque periti, vel ſaltem idoneum ſubſtitutum à Collegio examinatum & approbatum habentes, quorum Quindecim coram Primo, & alij Quindecim coram Secundo dictæ Curiæ Collateralibus, in omnibus & ſingulis litibus, & cauſis, inter quaſcunque perſonas coram eis, tam ratione eorundem ordinariæ Iuriſdictionis, quàm ex delegatione Apoſtolica, ſeu aliàs, tam ad præſens, quàm pro tempore vertentibus, ſcribant, proceſſuſque, acta, decreta, & ordinationes adnotent,

Sixtus Pont. Max. ex cauſis hic expreſsis.

Notariis nunc coram Collateralibus ſcriben tibus, officia interdicit, eaque Camera Apoſt. applicat.

Collegiumq; erigit 30. Notariorum quorũ 15. coram Primo, & 15. corã Secundo coll. in cauſis ſcribere, &c. valeãt.

adnotent, necnon de inſtrumentis tam Iudicialibus, quàm etiam alijs quibuſcunque, prout alij aliorum Tribunalium eiuſdem Curiæ Notarij rogari poſſint, publicent, & ſubſcribant; ac eorum & quorumcunque Notariorum, ſeu inſtrumentorum vel aliarum ſcripturarum legalitatem, & alia ad id neceſſaria concedant, ſub ſigillo tamen Senatus Populique Romani, quod per Secretarium Conſeruatorum aſſeruari ſolet; Ita quòd pro qualibet legalitate quindecim boloneni exigi poſſint, quorum vna Collegio, altera verò medietates Secretario prædicto acquirantur, cui Secretario omnino ſublata ſit facultas legalitates concedendi; Necnon quæcunque inſtrumenta, ſcripturas & acta, tam à ſuis prædeceſſoribus, quàm ab alijs Notarijs confecta & rogata, in eorum & cuiuſlibet ipſorum officio exiſtentia ſcribere, & authenticare, ac in publicam formam redigere, abſque alicuius Iudicis, vel Archiuiſtæ, ſeu alterius ab eodem Collegio deputati manibus, alijſque ſolemnitatibus, vigore ſtatutorum ſeu nouarum reformationum, aut aliàs quomodolibet requiſitis; omniaque alia & ſingula, quæ alij dictæ Vrbis & Romanæ Curiæ Tribunalium Notarij, iuxta eorundem Tribunalium iuriſdictionem & conſuetudinem faciunt, gerunt, & exercent, ipſi quoque faciant, gerant, & exerceant, ac facere, gerere, & exercere poſſint, & valeant; dictuſque numerus Triginta Notariorum ſic erectorum, vllo vnquam tempore ex quauis etiam vrgentiſſima cauſa augeri minimè poſſit, ſed ſemper ad dictum numerum officia prædicta reducta, & firmata ſint, & eſſe debeant, ipſique Triginta Notarij vnum Collegium cum Decano, Menſario, alijſque officialibus, ac ſigillo, Libro, ſeu Libris, ac alijs Collegialibus inſignijs inter ſe conſtituant, ad inſtar aliorum dictæ Curiæ officiorum vacabilium, vendibilium, & reſignabilium, auctoritate, & tenore prędictis perpetuò erigimus, & inſtituimus. Ac facta per eoſdem tam Primi, quàm Secundi Collateralium Notarios officiorum huiuſmodi emptione, vel illorum ad dictum officium admiſsione ſtatim creati & aſſumpti, Notarii Capitolini eſſe cenſeantur, prout nos harum ſerie illos creamus, & deputamus. Ita quòd liceat eiſdem Notarijs eorum officia per ſe, vel ſubſtitutos idoneos, vt præfertur approbandos, exercere illaq; eorum arbitrio arrendare, vendere, reſignare, & alienare, pro precio eis beneuiſo, & cum arrendatario vel emptore conueniendo, ac ſuper eorum officiis huiuſmodi, ad inſtar aliorum dictę Romanę Curię Officiorum, ſocietates contrahere. Et inſuper ſtatuimus, volumus, atq; mandamus quòd hac prima vice tantum, ad dicta officia ſic erecta, illorumq; liberum exercitium per Dilectum filium Datarium noſtrum nominandi, teneantur & debeant intra decem dies earundem præſentium publicationem immediatè ſequentes ſoluere, & cum effectu ſcuta Quingenta monetæ pro quolibet ex dictis Officiis, in manibus Datariatus noſtri Depoſitarii exburſare. Deinde verò Officia prædicta in poſterum perpetuis futuris temporibus, quandocunque illa per obitum, ſeu reſignationem, aut aliàs quomodolibet vacare contigerit, perſonis à dilectis filiis Conſeruatoribus, & Priore Capitum regionum tunc exiſtentibus, nominandis, per nos, & ſucceſſores noſtros prædictos concedantur, & aſsignentur, ipſorumq; Officiorum portionis vacantis precium ad dilectos filios Populum Romanum integrè perueniat, ſpectet, atq; pertineat; Quòdq; ad officia huiuſmodi in futurum, quicunq; tam Vrbis prædictæ originarii, quàm Incolæ & forenſes, etiam ſi in minori ætate conſtituti fuerint, eligi, & deputari poſſint, qui ſic electi & deputati, vel eorum ſubſtituti, per deputandos ab eodem Collegio examinati, & per ipſum Collegium poſtea approbati, ac præſtito per eos fidelitatis iuramento, collegialiter, ad inſtar, & prout alia Notariorum dictę Curię Collegia facere ſolent, admittantur: qui vt præfertur admiſsi, eo ipſo Ciues Romani efficiantur, ac omnibus & ſingulis priuilegiis, immunitatibus, exēptionibus, honoribus & dignitatibus, quibus alii Romani Ciues, etiam originarii vtuntur, fruuntur, & gaudent, ipſi quoq; pariformiter, & ad illorum inſtar vtantur, potiantur, & gaudeant, locumq; in proceſsionibus, & aliis quibuſcunq; actibus publicis, tam in præſentia noſtra, ſeu de mandato noſtro, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis, quàm aliàs, ac vbilibet faciendis, & habendis, ante alios Notarios locum in eiſdem proceſsionibus, & actibus ad præſens habentes; Necnon candelas poſt Purificationem Beatæ Virginis, aliis Romanę Curię Officialibus per Romanos Pontifices dari ſolitas, ipſi quoque Notarii Capitolini habeant, & habere ac

Numerumque illu augeri prohibet.

Et eoſd. Notarios Collegiū cum Officialibus, &c. conſtituere poſſe decernit.

Officiaq; per ſubſtitutos exercere, arrendare, reſignare & alienare, & deſuper Societates contrahere.

Collationē vero horum Officiorum pro hac prima vice Datario, & deinde Conſeruatoribus & Priori Capit. regionū concedit, pretiumq; ſibi pro ead. vice, & poſtea Pop. Rom. applicat.

Notarios etiā Incolas & forēſes, eſſe poſſe declarat.

Eoſque Ciues Romanos effici, & eorū priuilegiis gaudere decernit. Locum etiā in Proceſsionib', & actibus publicis aſsignat. Candelaſq; officialibus dari ſolitas, eiſdem dari mandat.

Digitized by Google

re, ac ab illis ad quos ſpectat, & ſpectabit quomodolibet in futurum dari, ſeu conſignari debeant, Liceatq; Collegio & Notariis prædictis, vt præfertur erectis, quæcunque ſtatuta & ordinationes pro ſalubri ipſius Collegii directione condere, ac quoties illis expedire videbitur condita immutare: quæ ſic condita & immutata, poſtquã à pro tempore exiſtentibus dictæ Curiæ Collateralibus viſa, & recognita fuerint, exnunc, prout extunc, & èeontra approbamus, & confirmamus. Ac vt extorſionibus quę ſuper mercedum, & ſcripturarum ſolutione fieri poſſunt, obuietur, per eoſdem Notarios eorumq; ſucceſſores quoſcunq; ſeruari volumus taxam, aliàs per modernum dictæ Vrbis noſtræ Senatorem, & tunc exiſtentes Conſeruatores, ac alios Deputatos ſubſcriptam, & pro publico beneficio accommodatam, quòdq; illa quamprimum imprimatur, & impreſſa per vnumquemque ex eiſdem Notarijs in ſingulis eorum officijs in loco conſpicuo, ita vt ab omnibus palam videri poſſit, affixa teneatur; Quòdq; Collegium Notariorum huiuſmodi, ſic per nos erectum & inſtitutum pro eius dote habeat, & habere debeat quartam partem omnium & ſingulorum emolumentorum, & mercedum ex regiſtris, extractibus, Inſtrumentis ſententiarum, mandatis executiuis, ac de immittendo, ſeu manutenendo in poſſeſſionem, non tamen in contumaciam pro tempore decernendis & relaxandis, ac etiam ex inſtrumentis, & aliis ſcripturis Notariorum defunctorum, ac in eorum & cuiuslibet ipſorum officijs, vt præfertur exiſtentibus, ac ab eiſdem Triginta Notarijs, vel eorum altero etiam vt præfertur publicandis, necnon tertiã partem emolumentorum proueniendorum ex mercede tranſumptorum inſtrumentorum Notariorum defunctorum, tam in Archiuio, quàm alibi, non tamen in eiſdem officiis, vt prefertur exiſtentium, ac integram partem omnium, & ſingulorum emolumentorum prouenientium ex mercede actorum, ex ſcripturis Notariorum defunctorum ad Archiuium dictæ Curiæ Capitolinæ tranſportatis, & tranſportandis: quæ quidem emolumenta in communi Maſſa integrè omniq; fraude ceſſante, & iuxta prouidam inter eos deſuper faciendam ordinationem poni, & in fine cuiuslibet Menſis inter eoſdem Notarios æqualiter diuidi debeant. Reuocantes quæcunq; alia priuilegia, ſeu indulta etiam Apoſtolica, vel quaſcunq; facultates dicta inſtrumenta, ſcripturas, & acta quæcunque aliàs quàm vt prefertur tranſumptandi, vel publicandi, quibuſuis aliis perſonis conceſſa: Ac volentes quòd in tranſumptis decætero publicandis, forma in dictæ Vrbis ſtatutis tradita ſeruetur, eo excepto quòd loco Correctorum, deputentur Duo dicti Collegij Notarii, Vnus de Primi, & alter de Secundi Collateralium Bancis, qui loco dictorum Correctorum dicta tranſumpta ſubſcribant, quorum quidem Correctorũ & Proconſulum officia, & antiquum dictæ Curię Collegium penitus & omnino per pręſentes ſupprimimus & extinguimus, ipſumq; Archiuium exnunc, prout extunc, poſtquam cõceſſiones, ſeu prouiſiones de illo modernis Archiuiſtis factę, per illorum ceſſum, vel deceſſum expirauerint, ſeu quomodolibet ceſſauerint, eidem Collegio Notariorum ſic erecto, perpetuò vnimus, annectimus & incorporamus, illiuſq; curam, regimen, & adminiſtrationẽ totalem huiuſmodi ſic erecto Collegio, cum omnibus & ſingulis eiuſdẽ Archiuij honoribus, oneribus & emolumentis, ac Archiuiſtarum iuribus, & regalijs etiam perpetuò ſupponimus, & omnino ſubmittimus: reſeruata tamen eiſdem Conſeruatoribus illius ſubintelligentia; Ac pro maiori ipſius Collegij Notariorum ſic erecti dotis augmento, & fundamento, Officium Notariatus Magiſtrorum Iuſtitiariorum, quod per deceſſum illud nunc obtinentis, vel immediati eius ſucceſſoris, aut eiuſdem ſucceſſoris ceſsionem exnunc, prout extunc, eo ipſo vacare, ac ab alio impetrari minimè poſſe, harum ſeriè decernimus; Ac eidem Collegio vt præfertur erecto, etiam exnunc, prout extunc, & èeontra ſoluto iuſto pretio etiam vnimus, annectimus, & incorporamus; Ita quòd cum primum vt præfertur vacauerit, ipſius Collegij ſic erecti Notarii, eorum ac Collegii huiuſmodi nomine ipſius Notariatus Magiſtrorum Iuſtitiariorum corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem propria auctoritate liberè apprehendere, & perpetuò retinere, illudq; exercere, ac eius emolumenta percipere, & in ipſius Collegii vſus, & vtilitatem conuertere, etiam abſq; alicuius Iudicis, vel Superioris licentia, ſeu mandato, liberè, & licitè valeant. Volumus quoque, quòd eiſdem Collateralibus reſcripta, tam à Iuſtitiæ quàm Gratiæ Signatura dirigantur, & dirigi poſsint, prout Signatura Iuſtitiæ, &

Ordinationeſque pro Collegii directione ſtatuendi facultatem cõcedit.

Taxam circa mercede ſcripturarũ imprimi & impreſſas in Officiis teneri ac obſeruari præcipit.

Collegio quoque dotem ſeu Maſſam emolumentorũ hic expreſſorũ aſsignat, & quolibet mẽſe inter Notarios diuidi mandat.

Collaterali-busq; ex Signatura reſcrib[i] poſſe decern[it].

Gratię huiuſmodi Auditori Camerę reſcribere ſolet. Quòdq; omnes Commiſſiones Signaturę Gratię, & ſeu Iuſtitię primitiuę dictis Collateralibus dirigendę, ſeu pręſentandæ diſtribuātur per Turnum inter dictos Notarios reſpectiuè: In reliquis verò cauſis ordinaria auctoritate introducendis, liceat partibus qui illas introduxerint adire, quem reſpectiuè maluerint Notarium, etiam quoad reliqua officiũ huiuſmodi illiuſq; exercitium concernentia; Ac pro celeriori cauſarum & Collitigantium expeditione, quòd decętero Senator, & Conſeruatores, nunc, & pro tempore exiſtentes non poſſint indicere alios dies feriatos, pręter eos à Sancta Romana Eccleſia, nobiſq; & ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ac dictę Vrbis ſtatutis indictos. Declarantes quòd in diebus in quibus Conſilium publicum habetur, aliiſq; Carniſpriuij, non tamen Iouis, Lunę, & Martis diem Cinerum pręcedentibus Ius dici, & reddi in dicta Curia poſsit, & debeat; Quodq; in obligationibus Cameralibus, cum Iudicium ſuper illis ſit executiuum, concedi minimè poſsit votum Aſſettamenti, niſi prius debitum iuxta formam ſuę obligationis ſolutum, aut cõtenta in obligatione adimpleta fuerint. Declarantes etiam inter Auditorem Camerę, & curiam Capitolinam in obligationibus Cameralibus pręuentioni locum eſſe, iuxta formam ſtatuti poſtremo editi. Et ne propter huiuſmodi noſtram erectionem lites impediantur, & longius protrahantur, parteſque defatigentur, quòd ipſi Notarii ſint & eſſe cenſeantur ſubrogati, & ſubrogentur in omnibus & ſingulis, ac quibuſcunq; cauſis pendentibus, per acta eorundem Notariorum qui amoti fuerint; qui ſic amoti Notarii, poſtquàm moniti fuerint de cõficiendis extractibus in cauſis per eorum acta pendentibus, illos celeriter faciant & expediant, atq; recepta competenti mercede, tranſportent, ipſiſq; Notariis, vt pręfertur amotis, ſit & eſſe cenſeatur reſeruata facultas, tanquam publicis Notariis matricularis conficiendi quoſcunque contractus, inſtrumenta, teſtamenta, & alia de quibus rogati fuerint, iuxta formam earum facultatum: quę, & alia quęcunq; inſtrumenta, & ſcripturę quorumcunq; Notariorum penes eos exiſtentia, ſuccedente eorum obitu, non per heredes ſubſcribi, aut publicari poſsint, ſed ad Archiuium Capitolii, iuxta formam erectionis, ſeu ordinationum illius aſportari debeant, ſub falſitatis, aliiſq; pecuniariis per modernũ, & pro tempore exiſtentem dictę Vrbis Senatorem imponendis, & applicandis pœnis.

Dicti vero Primi & Secundi Collateralium Notarii, eorumq; Succeſſores poſsint, & valeant in dicta Curia Capitolii, & alibi, quęcunq; officia, etiam coram Artium Conſulibus obtinere, quę cum officijs Notariatuum ſic erectis, nullatenus incõpatibilia eſſe cenſeantur. Succedente verò obitu alicuius ex ſic erectis Notariis, Decanus, ac Menſarius, & Duo de Collegio deputandi, infra biduum extunc immediatè ſequens, inuentarium de omnibus ſcripturis ad officium Notarii defuncti huiuſmodi ſpectantibus, integrè conficiant, ad effectum illas ſucceſſori in officio per idem Inuentarium conſignãdi. Quòdq; ratione depoſitorum, pecuniarum rerum, & bonorum in dictis Primi; & Secundi Collateralium Officiis ſic erectis, ex cauſa litium & cauſarum, aut aliàs faciendorum, ſeruata tamen forma litterarum Apoſtolicarum ad fauorem Montis Pietatis Vrbis editarum, quòd tam Notarius qui illa receperit eiuſq; hęredes, quàm Dominus Scriprurarum, & quilibet eorũ inſolidum, ad illorum reſtitutionem & ſolutionem teneantur. Quodq; nullus ex Notariis dicti Collegii, vt pręfertur erecti, poſſit à partibus allegari ſuſpectus, niſi expreſſa Iudici cauſa ſuſpicionis, & illa ſaltẽ extraiudicialiter probata, aut ipſius Iudicis, arbitrio iurata, Statuto dictæ Vrbis aliter ſuper hoc diſponente non obſtante. Ac quòd ipſius ſic erecti collegii Notarii, in omnibus cauſis, tã ratione dictorũ ſuorum officiorũ, quàm aliàs quomodocunq; & qualitercunq; contra eos & eorum familias quomodolibet pro tẽpore mouẽdis, alibi quàm in Curia Capitolina, quouis prætextu vel cauſa euocari ſeu trahi non poſsint, ſed in eiſdem cauſis pro tempore exiſtentes Senator vel Collaterales, manu Regia, ac ſine ſtrepitu & figura Iudicii, & ſola facti veritate inſpecta, omni & quacunq; appellatione remota, etiam priuatiuè quoad alia Tribunalia procedere poſsint, & debeant: Ita tamen quòd pars quę ab ipſis Senatore vel Collateralibus, aut eorum altero grauata cenſebitur, parito iudicato, & refectis expenſis, ſentẽtię reuiſionem Aſſettamento dictę Curię Capitolinę infra Decem dies petere poſsit. Pręterea quòd omnes pœnę pecuniarię per contrauenientes, pręmiſsis

Cauſaſq; Commiſſarias tantũ inter Notarios per turnum diuidi mandat.

Feſtos dies alios, quã à Pont. & ſtat. indictos indici prohibet, immò aliquos hic expſſos reuocat.

Nota quod neq; hodie ſeruatur reddi ius quãdo eſt conſilium publicũ.

In oblig. Cametalib. Aſſettamẽti votum dari vetat, & præuentioni locum eſſe inter A. C. & Cur. Cap. declarat.

Notarioſq; nuper electos ſubrogatos eſſe declarat etiam in locum aliorũ Notariorum amotorum, quibus reſeruat facultatẽ rogandi cõtract⁹ &c.

Notarii 1. & 2. Collat. etiã corã Conſulibus Artium officia habere poſſe decernit.

Eiſq; decedentib⁹, ſcripturas inuẽtariari mãdat per officiales Collegij.

Depoſitorũ occaſione tã Notarios ea recipientes, & eorum hæredes quam Dominos ſcripturarum obligatos eſſe declarat.

Suſpectoſq; recuſari nõ poſſe decernit niſi vt hic.

Conueniri autẽ alibi quàm i Cur. Capit. eoſ eorumq; familias, prohibet. Et ego Laerti⁹ donec fui & ero Locumtenẽs Reuerend. Gubern. ſeruaui, & ſeruabo, qa idem ſeruarũc Iudices Capit. quoad meos Notarios.

miſſis, ſeu illa non obſeruantes arbitrio Senatoris incurrendæ, pro vna Cameræ Apoſtolicę, pro alia Collegio ſic per nos erecto, pro reliqua verò partibus accuſatori, abſq; aliqua remiſſione applicentur. Ac vt ea quæ à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus ſuper Iuriſdictioue Capitolij prouidè ſtatuta, & ordinata fuerunt, plenariè obſeruentur, ſingulas fœlicis recordationis Iulij II. Pauli III. Pauli IIII. & Pij etiam IIII. prędeceſſorum noſtrorum litteras, ſuper iuriſdictione prędicta etiam Capitolio conceſſas, cum ſtatutorum & ordinationum extenſioue, & ampliatione, alijſq; omnibus in dictis littetis reſpectiuè cõtentis, clauſulis, quarum renores præſeutibus haberi volumus pro ſufficienter expreſſis, approbamus & cõfirmamus; illaſq; omnes & ſingulas inſinuamus, ac eidem Capitolio de nouo concedimus, & perpetuis ſuturis temporibus, ſaluis tamen in omnibus præmiſſis priuilegijs, & iuriſdictiouibus Gubernatoris Vrbis, & Auditoris Camerę, quę ſunt in vſu, quibus nullatenns in aliquo derogatum eſſe cenſeatur.

Iuriſdictioneſque oẽs a Prædeceſſorib⁹ Capit. cõceſſas de nouo cõcedit, ſaluis Iuriſdictionibus Gub. & A. C.

Hæc clauſula ſaluis, &c. fuit addita opponẽte me Laertio Gub. Locumtenente.

Et inſuper decernimus, Officia prædicta per deceſſum ipſorum Notariorum, & eorum ſucceſſorum infra Triennium à data præſentium computandum, vacabilia nequaquam fore, illorumq; precium ad hæredes Notarij defuncti ſpectare & pertinere, ac alium Notarium in locũ defuncti, niſi prius ipſius Officij precio defuncti hæredibus ſoluto admitti non poſſe; ac interim omnia ipſius Officij emolumenta ad dictos hæredes ſpectare, & per eos exigi debere: elapſo verò Triennio huiuſmodi medietatem, ſeu dimidiam partem ſingulorum officiorum ſic erectorum huiuſmodi, tam ratione tituli, quàm ſcripturarum ad illa obtineutium, & decedeutium hæredes perpetnò tranſire, & pro medietate prædicta, per illorum obitum minimè vacare, nec vacabilia fore neq; debere, ſed per huiuſmodi hęredes liberè de ea, tanquam de re ſtabili, & non vacabili diſponi, etiã perpetuò poſſe. Necnon pro huiuſmodi collegij, & ſingulorum Notariorum maiori ſecuritate tam ratione precij officiorum, quàm omuium & ſiugulorum pręmiſſorum, & in eiſdem præſentibus contentorum obſeruatione, & executione, etiam ratione ac loco damnorum & intereſſe, quæ ipſum Collegium, ac ſingulos Notarios, & alios prędictos pati, aut ſentire contigerit, ſeu in euentum in quem dictum collegium per Nos, vel ſucceſſores noſtros Romanos Poutifices extinguatur ſeu reuocetur, aut ipſi Notarij, quo minus eorum emolumenta integrè, liberèq; percipiant quoquomodo impediri contigerit, aut collegium huiuſmodi cõfundatur, vel alteretur, Nos & ſucceſſores noſtros, & Cameram Apoſtolicam, ac illius & dictę Sedis iura, res, & bona mobilia & immobilia, pręſentia & futura, introitus & redditus, perpetuò obligamus & hypothecamus. Necnon etiam ſi pro conſequendis dictis Officijs ab alijs maius precium ſumma, qua hac prima vice vendentur repertum fuerit, vel reperiri contigerit, illud omne eiſdem Collegio & Notarijs etiã titulo donationis inter viuos gratioſè remittimus, & condonamus.

Officiaq; horũ Not. per triennium in nihilo & poſt triennium pro medietate tantum vacare decernit.

Et pro ſecuritate Notariorum obligat omnia bona Ca. Apo.

Pręſentes quoq; de ſurreptionis vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtrę, vel quouis alio defectu, etiam ex eo quod intereſſe habentes, ſeu pętendentes ad hoc vocati non fuerint, ac cauſę propter quas illę emanarunt, in toto vel parte verificare non poſſint, ſeu coram aliquo Iudice examinatę non fuerint notari, vel impugnari, ſeu ad viam iuris reduci, vel in Ius, ſeu controuerſiam reuocari, aut quempiam de enormi, vel enormiſſima lęſione conqueri, aut contra illas reſtitutionis in integrum, ſeu quoduis aliud gratię vel Iuſtitię remedium impetrari vel concedi, aut eas aliter quouiſmodo infringi, ſeu per Nos, & Romanos Pontifices ſucceſſores noſtros, ac Sedẽ eandem reuocari, ſuſpendi, reſtringi, limitari, vel èis in aliquo derogari nullatenus vnquam poſſe, nec ſub regula, ſiue conſtitutione Cancellarię Apoſtolicę, per quam in principio cuiuſq; Pontificatus Romani Pontificis caſſantur, quęcunq; facultates percipiendi precium officiorum dictę Romanę Curię, iu toto vel in parte, ac quęcunque diſpoſitiones per quemcunq; prędeceſſorẽ Romanorum Pontificum de Officijs vacaturis, & in vim contractus, & ex titulo oneroſo, ſub quacunq; verborum forma pro tempore facta, ac omnino ſub alijs conſtitutionibus, reuocationibus, ſuſpenſionibus, derogationibus, limitationibus, modificationibus, decretis, & declarationibus generalibus, vel ſpecialibus; per Nos & ſucceſſores uoſtros Romanos Pontifices, ac Sedem Apoſtolicã, etiam Motu ſimili, ac ex certa ſcientia, & de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, etiam conſiſtorialiter, & ex quibuſuis etiam iuſtiſſimis cauſis pro tempore factis, minimè compre-

Clauſulæ præſeruatiuæ.

hendi,

hendi, ſed ab illis ſemper exceptas: & quoties illas reuocari, ſuſpendi, limitari, aut eis derogari contigerit, in priſtinum & validiſſimum ſtatum, etiam ſub poſteriori data per eoſdem Notarios pro tempore eligenda conceſſas eſſe, ac vim validi & efficacis cõtractus inter Nos, & Cam. Apoſt. ac eoſdem Notarios ritè, & ſolemniter initi, & iurati obtinere, eoſdemq; Notarios ad verificandũ præmiſſa, quòdq; dicta ſumma ſoluta, & ſeu in noſtram, & dictæ Sedis ſubuentionem conuerſa fuerit, minimè teneri, nec ad id cogi, aut compelli poſſe: nec propterea aut aliàs eaſdem præſentes viribus carere, ſed illas ſemper, & perpetuò validas, & efficaces exiſtere, ſuoſq; plenarios effectus ſortiri, & obtinere, eiſdemq; Notarijs etiam perpetuò ſuffragari, ſicq; & nõ aliter per quoſcunq; Iudices & Commiſſarios quauis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, & Cameræ prædictæ Præſidentes & Clericos, necnon ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de latere legatos, ſublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, vbique iudicari & diffiniri debere; irritum quoq; & inane decernimus, ſi ſecus ſuper his à quoquã quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Mandantes dilectis filijs Philippo ſancti Euſtachij Diacono Cardinali Vaſtauillano nuncupato, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerario, Theſaurario, & Cameræ prędictę Pręſidentibus, Clericis, ac dictę Vrbis Senatori, nunc & pro tempore exiſtentibus, quatenus eaſdem pręſentes, præmiſſaq; omnia, & ſingula debitę finaliq; , & actuali executioni demandare, & ab alijs demandari faciant. Contradictores quoſlibet & rebelles, ac præmiſſis non parentes vſque ad omnimodam paritionem, per ſententias, & cenſuras eccleſiaſticas, ac etiam pecuniarias pœnas, aliaq; eis viſa Iuris & facti remedia, via executiua, ac omni & quacunq; appellatione, ſeu recurſu, aut reclamatione, etiam ad nos, aut Romanos Pontifices pro tempore exiſtẽtes, vel Sedem eandem habendis, omnino poſtpoſitis & remotis, cogẽdo, & compellendo. Non obſtantibus præmiſſis, ac quorumcunq; Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, ac noſtra de non tollendo iure quæſito, alijſque dictę Cancellarię regulis per nos, & ſucceſſores noſtros Romanos Pontifices ędītis & edendis, ac quibuſuis alijs conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnõ dictę Vrbis, Capitolij, & Archiuii tã antiquis, quàm in nouis, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, reformationibus, & cõſuetudinibus, etiam per immemorabile tempus aſſiduè, & inuiolabiliter obſeruatis; priuilegiis, quoq; indultis, & litteris Apoſtolicis, etiam Imperialibus, Senatori, Collateralibus, Proconſulibus, Correctoribus, Archiuiſtis, necnon Conſeruatoribus, ac Senatui Populoq; Romano, & Magiſtrorum Iuſtitiariorum Notario, ſeu Notariis, & aliis quauis auctoritate fungentibus, etiam ſub quibuſcunq; tenoribus, & formis, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus, ac Conſiſtorialiter, & cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, alijſq; efficacioribus & inſolitis clauſulis, irritantibuſq; & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, ac aliàs in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus & ſingulis, etiam ſi de illis eorumq; totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa & indiuidua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quęuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat Motu ſimili derogamus, & ad plenum volumus eſſe derogatum. Volumus autem quòd infra triduum poſtquam præſentes publicatæ, ac dimiſſis copiis in valuis Curiæ Capitolii, & acie Campi Floræ per vnũ ex Curſoribus noſtris affixæ fuerint, quoſcunq; ligent & arctent, perinde ac ſi vnicuique præſentatæ, & perſonaliter intimatę fuiſſent, illarumq; tranſumptis etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo ipſius Collegii, vel perſonę in dignitate eccleſiaſtica conſtitutę obſignatis, eadem prorſus fides in iudicio & extra, regula quacunque contraria non obſtante adhibeatur, quę eiſdem pręſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum interdicti, prohibitionis, applicationis, appropriationis, erectionis, inſtitutionis, creationis, deputationis, ſtatuti, approbationum, confirmationum, reuocationis, ſuppreſsionis, extinctionis, vnionum, annexionum, incorporationum, declarationum, ſuppoſitionis, ſubmiſſionis, inſinuationis, conceſsionis, obligationis, hypothecationis, remiſsionis,

Decretum irritans.

Executorũ deputatio, & facultates.

Clauſulæ derogatoriæ.

Forma & effectus publicationis.

miſſionis, condonationis, decretorum, mandatorum, voluntatum, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum.

Datum Romę Apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſexto, quarto Cal. Ian. Pontif. Noſtri Anno Secundo.

E. Dat.

Tho. Thom. Gualterutius.

Regiſtrata apud eundem Thomam Secretarium.

A. de Alexiis.

Die prima Iunij 1587. Ex decreto hodie citato deſuper Reuer. P. D. Ioffredo Lomellino Cameræ Apoſtolicæ Generale Commiſſario facto, retroſcriptæ litteræ Apoſtolicę in vim Chirographi Sanctiſſimi in ipſa Camera admiſſæ, & regiſtratæ fuerunt libro ſignaturarum S. D. N. PP. fol. 266. *Admiſsio, & regiſtratio in Cam. Apoſt.*

Andreas Martini.

Anno à Natiuitate Domini, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſeptimo, Indictione decimaquinta, die vero vigeſima ſeptima Menſis Iunij, tempore Pontificatus Sanctiſsimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Sixti diuina prouidentia Papæ V. Anno eius tertio: Retroſcriptæ litteræ Apoſtolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt in valuis Curiæ Capitolii & in acie Campi Floræ, dimiſsis illarum copiis affixis iuxta & ſecundum dictarum litterarum Apoſtolicarum formam, continentiam, & tenorem per me Alemanum de Alemanis eiuſdem S. D. N. PP. Curſ. *Publicatio.*

Alex. Parabiachus Mag. Curſorum.

Deinde Anno, Indictione, Pontificatu quibus ſupra, Die verò quarta Menſis Iulij ſupraſcriptæ litteræ Apoſtolicæ, & omnia & ſingula in eis contenta intimatæ, inſinuatæ & notificatæ fuerunt Illuſtriſſimo Domino Dominico Blondo Almę Vrbis Senatori, MM. DD. Franciſco Benino, Sigiſmundo Iotto, primo & ſecundo reſpectiuè Collateralibus, Illuſtriſſ. DD. Alex. Muto, & Ioanni Baptiſtæ de Incoronatis, Tiberio de Maximis Almę Vrbis Conſeruatoribus & Priori reſpectiuè, M. D. Hieronymo Nuccio dictæ Curiæ Appellationum Capitaneo, Magnificis DD. Capitaneo Ludouico Sanctino, Tarquinio Caballutio dictæ Curiæ Viarum magiſtris, dimiſſis copiis illarum in eorum & cuiuslibet ipſorum proprijs domibus. Succeſsiuè Anno, Indictione & Pontificatu quibus ſupra, Die verò ſexta dicti menſis ſimiliter præſentatæ fuerunt Illuſtriſſimo D. Auguſtino Cuſano Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, eiuſq; Reuer. P. D. Alſonſo Vicecomiti in Ciuilibus cauſis Locumtenenti, ac Magnifico D. Io. Baptiſtæ Vallato Inclyti Populi Rom. Secretario, D. Aſcanio Mazziotto notario, D. Rodulfo Moderato, & Io. Baptiſtæ ſubſtitutis DD. Alexandri & Simonis Gugnetti Illuſtriſsimi & Reuerendiſsimi Cardinalis Sabelli Sanctiſsimi D. N. PP. Vicarij notariorum ſubſtitutis, DD. Laurentio Iacobino, Tarquinio Ferronio Reuerendiſsimi D. Almæ Vrbis Gubernatoris notarijs actuarijs, D. Iacobo Schalæ Curiæ Ripettæ, & D. Petro Pompæ Riparum notariis, DD. Mauro Piccardo, Dominico Cypriano de Comitibus Curiæ de Sabellis notariis, & D. ſubſtituto D. Mutii Cittadini notarii Curiæ Turris Nonæ, D. Franciſco Gratiano notario Curiæ Burgi, ac D. Auguſtino Camello Cameræ Apoſtolicæ, & Conſulatus Nationis Florentinorum Notario, dimiſsis ſimiliter copiis dictarum litterarum; Eiſdemque omnibus Inhibendo, & mandando, iuxta, & ſecundum dictarum litterarum formam, continentiam, & tenorem per me Alamannum de Alamannis Sanctiſſ. D. N. PP. Curſorem. *Intimatio contra omnes quorum intereſt.*

Alexan. Parabiachus Mag. Curſorum.

Refor-

LIII.

Reformatio circa immoderatos ſumptus qui in Alma Vrbe fieri conſueuerunt circa veſtes, Dotes, ornamenta, indumenta & Conuiuia.

SIXTVS Papa V. Motuproprio, &c.

CVM in vnaquaque benè & rectè inſtituta Republica, & Ciuitate ſoleat ſumptibus ciuium & priuatorum hominum moderatio aliqua adhiberi, idq; non ſolum redundet in vtilitatem ſingularum perſonarum, & familiarum; ne hac de cauſa imminuto patrimonio, ſiue re familiari abſumpta ad paupertatem redigantur, & plurima exinde damna & pericula proueniant, ſed etiam ad vniuerſam Rempublicam pertineat, cuius intereſt Ciues habere locupletes, & ne priuati rebus ſuis malè vtantur, præcipuè hoc ipſum obſeruandū eſt in hac alma Vrbe noſtra, ex qua tanquam ex communi omnium patria, frugalitatis, modeſtiæ, ac bonorum morum exempla ad exteros manare conuenit, vt quæ tot donis ac prærogatiuis excellit, eadem optimis inſtitutis, legibus & conſuetudinibus ſit temperata; ſicuti iam inde à priſcis etiam florentis Reipublicæ ſæculis, mox Imperatorum, ac deinde poſterioribus Romanorum Pontificum, præſertim fel.rec. Clementis vij. Pij iv. & Pij v. prædeceſſorum noſtrorum temporibus, in eadem Vrbe Roma complures leges, ac ſtatuta de ſumptibus immoderatis coercendis, ſalubriter edita fuerunt. Quæ cum ſucceſſu temporum minimè fuerint obſeruata, & hac etiam tempeſtate, tum in conſtituendis dotibus puellarum, quæ in matrimonium collocantur, tum in ſuperuacaneis plerunque, & minimè decentibus ornamentis, tam circa mundum muliebrem, quàm circa indumenta etiam virorum, tum in conuiuijs & alijs huiuſmodi rebus ſuperflui, ac pro modo facultatum exceſſiui ſumptus fiant. Idcirco pro eo quem gerimus erga eandem noſtram Ciuitatem, illiuſq; populum paternæ dilectionis affectu, in primis nobis cordi fuit, huiuſmodi abuſus, antequam latiùs ſerpant de medio tollere, & exemplo noſtrorum huiuſmodi prædeceſſorum, ſimilibus remedijs vti: Ideoque dilectis filijs Cameræ eiuſdem Vrbis, ac Populi Romani Conſeruatoribus, & Magiſtratui commiſimus, & mandauimus, vt ad moderandos ſumptus huiuſmodi, opportunas conficerent reformationes; qui mandato noſtro parentes, vnà cum Ciuibus aliquot ex vnaquaque dictæ Vrbis Regione ad id deputatis, eas præſentium temporum conditioni, & moribus acommodatas compoſuerunt, ac poſteà tā à Magiſtratu, quàm à deputatis prædictis ſubſcriptas, nobis præſentarunt. Nos verò cupientes rem ipſam accuratè, & debita circumſpectione abſolui: Dilectis filijs noſtris Iulio Antonio Sancti Batholomæi in Inſula Sanctæ Seuerinæ, necnon Scipioni Sancti Simeonis Lancellotto, ac Henrico Sanctæ Pudentianæ Caetano, mox iſtis duobus vltimo dictis abſentibus, Hippolyto Sancti Pancratij Aldobrandino, ac nouiſſimè Antonio Mariæ Saluiato Sanctæ Mariæ in Aquiro, titulorum presbyteris Cardinalibus nuncupatis, dedimus in mandatis, vt eaſdem reformationes diligenter reuiderent & examinarent; qui poſtmodum conuocatis dicto Magiſtratu, quatuor Prælatis vtriuſque Signaturæ noſtræ Referendarijs Romanis, & ſeptem ex dictis per ſingulas regiones deputatis, ſæpius inſimul hac de cauſa reſpectiuè congregati, eiſdem reformationibus diligenter excuſſis, ac ſigillatim examinatis, alia emendarunt, alia explanauerunt, nonnulla addiderunt, eaſque in meliorem ordinem redactas nobis exhibuerunt. Ac demum cum huiuſmodi reformationes in priuato, publicoque conſilio eiuſdem populi propoſitæ nuper & per lectæ fuerint. Nos cupientes illas inuiolatè obſeruari; motu &c. ſimili & ex certa noſtra ſcientia, reformationes ipſas, prout inferius deſcriptæ ſunt, cum omnibus & quibuſcunque in eis contentis, auctoritate Apoſtolica perpetuò approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, eaſque præſentis ſcripti patrocinio communimus; omneſque & ſingulos

Sanctiſs. Pont. iſte ex paterno erga Almā Vrbem affectu, & ex cauſis hic expreſsis. Iuſsit Conſeruatoribus Pop. Rom. vt reformationes facerēt, opportunas, circa immoderatos ſumptus, & illi hanc Refor. fecerūt, & ſummo Pont. dederunt, & Cardinales & alii ab eodē Pont deputati eā abſoluerunt, & perfecerunt.

Confirma. modo idem Pont. dictam Reformationem.

los iuris, facti & ſolemnitatum, etiam ſubſtantialium in eis forſan omiſſarum defectus, ſi qui interuenerint, ſupplemus, & pro illarum ſubſiſtentia firmiori, quæcunq; in prædictis reformationibus continentur, de nouo eadem auctoritate perpetuò ſtatuimus & ordinamus, ac omnes & quaſcunque perſonas vtriuſque ſexus, cuiuſuis ſtatus, gradus, conditionis & præeminentiæ fuerint, in eadem Vrbe habitantes, etiam aduenas & Curiales, ad earundem reformationum obſeruationem teneri, & illis omnino obligari decernimus & declaramus. Necnon dilectis filijs eiuſdem Vrbis Gubernatori, & Senatori, ac Conſeruatoribus prædictis, nunc & pro tempore exiſtentibus, in ſolidum diſtrictè præcipiendo mandamus, vt tam Gubernator & Senator prędicti & eorum quilibet, quàm etiam ipſi Conſeruatores curent & faciant reformationes huiuſmodi perpetuò & inuiolabiliter obſeruari, & ad illarum executionem, etiam quo ad pęnas ſine vlla ſpe remiſſionis, procedi. Volentes nihilominus, vt cuiuſuis Curiæ, aut Tribunalis dictæ Vrbis executores, quaſcunque vtriuſque ſexus perſonas, quas huiuſmodi reformationibus contrauenire deprehenderint notare, ac dictis Iudicibus deferre & denunciare teneantur: Necnon decernimus, quòd huiuſmodi noſtri Motus proprij ſola ſignatura ſufficiat, ijſque etiam non regiſtratus, in iudicio, & extra illud plenam fidem faciat, regula contraria non obſtante. Et quòd inferius deſcriptis reformationibus, ac præſenti noſtro Motui proprio, ac diſpoſitioni etiam per nos & ſucceſſores noſtros nunquam ſufficienter derogatum cenſeatur, niſi prius accedente expreſſo conſenſu eorundem Conſeruatorum pro tempore exiſtentium, & ipſius Populi in Conſilio publico congregati, ac deinde in publica Signatura noſtra propoſita per aliquem Referendarium ſupplicatione, cum huiuſmodi noſtri Motus proprij inſertione, per ſupplicationem aut alium Motumproprium, noſtra, ſeu Romani Pontificis pro tempore exiſtentis manu ſignatum, derogatio fuerit conceſſa; & quòd idem Motus proprius, vnà cum dictis Reformationibus manu ſcriptus ſiue impreſſus reponatur, & perpetuò retineatur poſt libros Sratutorum Vrbis, inter alias eiuſdem Vrbis & Cameræ Populi Rom. reformationes, priuilegia, & indulta, quæ in eorum proprio volumine continentur. Quòdque eiuſdem Motusproprij, & reformationum tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo Gubernatoris, aut Senatoris, vel Conſeruatorum prædictorum, vel alicuius perſonę in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem fides adhibeatur in iudicio & extra, quæ ipſis originalibus huiuſmodi adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Ac quòd in Palatii Capitolini, Conſeruatorum eorundem, ac audientiæ cauſarum Palatii Apoſtolici valuis, & in Acie Campi Florę, dimiſſis inibi copiis, affixę omnes & ſingulos ita afficiant & arctent, ac ſi illis perſonaliter intimatę fuiſſent: Sicque in pręmiſſis, & infraſcriptis omnibus & ſingulis, per quoſcunq; Iudices & Commiſſarios, & cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari & diffiniri debere. Irritumq; & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, aliiſque dictę Vrbis reformationibus, ſtatutis, conſuetudinibus, etiam nouiſſimè editis, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis; priuilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis, eiſdem Conſeruatoribus, & aliis Magiſtratibus, Populo, Ciuibus, & incolis, aut cęteris perſonis in genere vel in ſpecie, quomodolibet conceſſis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cęteriſque contrariis quibuſcunque.

Executores Reformationis deputati & iuriſdictionem eiſdem concedit.

Clauſulas præſeruatiuas apponit.

Forma & effectus publ. hui' conſtit.

Quam publ. vide hic in fine Reformationis.

Decretum irritans.

Clauſulæ derogatoriæ.

Fiat Motuproprio F.

Datum Romæ Apud Sanctum Marcum decimo Calen. Ianuarij. Anno Secundo.

Regiſtrata libro ſecundo Secretorum, fol. 30.

Alex.
Miletus.

Sequitur tenor dicta Reformationis.

Riforma del veſtire, delle doti, & d'altre ſpeſe

Da oſſeruarſi in queſta Alma Città di Roma, da ciaſcuna perſona da qualſiuoglia ſtato, grado, conditione, o preemineza ſi ſia, fatta per ordine di N. S. dalla Congregatione de' Deputati da Sua Santità.

Modi da oſſeruarſi nel veſtir degl'huomini.

Moderatio circa veſtes Virorum.

IN primis non ſia lecito di portar nelle berrette, o cappelli, medaglie, ne gioie, ne perle, ne vere, ne falſe, ne puntali, ne roſette, ne altro ornamento d'oro, o d'argento, ne buono, ne falſo, ne piume, ne pennachi, ne ricami, ne ſmalti, eccetto vn cordon di velo, o di ſeta intorno.

Item non ſia lecito di portar collane al collo, ſe non à i Caualieri di alcun'ordine militare, o altri fatti da Principi, per portare attaccata la Croce, o medaglia.

Item non ſia lecito di portar Camiſce lauorate d'oro, o d'argento.

Item non ſia lecito di portar giubbone con altra guarnitione, eccetto che con imbottitura di ſeta ſemplice, diſteſa per trauerſo, o per lungo ſenz'altro lauoro, & ſi poſſa trinciare con taffettà ſotto.

Item non ſia lecito in ſaio, caſacca, colletto, o ſimile ſorte di veſtimenti di panno, o di drappo, mettere altra guarnitione, che vna banda intorno alli buſti, maniche, & falde di drappo non prohibito, larga al più vn terzo di palmo per di fuori, o dentro, ouero vn riuetto, o paſſamano, o frangetta, o trina di ſeta mezzo dito larga intorno all'eſtremità, laqual banda non poſſa hauer più di ſei imbottiture, & ſi poſſa compartire in tre liſte, o riuetti al più, con due imbottiture per ciaſcuno, con le moſtre di ermeſino, o taffetà, ne ſia lecito di portar bottoni, ne puntali d'oro, ne d'argento, ne di gioie, ne di perle vere, ne falſe, ne ſi poſſa foderare di altro drappo che di taffetà ſchietto, & non ſi poſſa mettere drappo ſopra drappo, eccetto che taffetà, o ermeſino nell'eſtremità.

Dechiarando che li drappi prohibiti s'intendano tutti quelli, ne'quali entri oro, o argento buono, ò falſo; & tanto teſſuti, quanto non teſſuti.

Item non ſia lecito di portar nella cappa altra guarnitione, che vna banda intorno di dentro, o di fuori di drappo non prohibito, larga mezo palmo al più, nellaquale non ſi poſſano fare più di ſei imbottiture, con vn paſſamano, o frangetta, o trina intorno alla eſtremità, laqual banda poſſa compartirſi in due, o tre liſte, o riuetti con due imbotture per ciaſcheduna, & la cappa, capotto, tabarro, o ferraiolo, non poſſano eſſer foderati d'altro che di rouerſo, o taffetà, o di pelli non prohibite, lequali pelli prohibite s'intendano zebellini, lupi ceruieri, armellini, & martore, eccettuata la cappa; laquale poſſa eſſer foderata di velluto ſenz'altra guarnitione.

Item non ſia lecito vſare calzoni, o coſciali di drappi prohibiti, ne in quelli oro, o argento buono, o falſo, ne ricamo, o intaglio di ſorte alcuna, ne diſegno di ricamo, ma poſſano vſarſi li coſciali con trinci di drappo non prohibito, ſchietti ſenza ſorte di alcun'altro ornamento che della fodera di tutto il coſciale di raſo, dobletto, teletta, ermeſino, o taffetà, & così li coſciali di drappo non prohibito, pur che non ſia ſeta ſopra ſeta.

Item nelle calzette di ſeta, o ligacci, nõ ſi poſſa portare oro o argento vero, ne falſo.

Item non ſia lecito nelle ſcarpe di velluto portare trapuntatura di ſeta di altro colore, che quello delle ſcarpe, ne farui altra ſorte di ornamento.

Item le cinte delle ſpade non ſi poſſano portare ſe non di corame, o di velluto ſenza ricamo, & ſenza oro, o argento vero ò falſo, ne ſmalto, ma poſſano ben le fibbie eſſer indorate, o inargentate, & ſimilmente le guarnitioni delle ſpade.

Item, perche non ſolo nel veſtir delle proprie perſone, ma ancora nelle liuree de i ſeruitori, & ornamenti de caualli ſi eccede in molte ſpeſe: per queſto ſi prohibiſce il veſtir ſeruidori, ſtaffierri, o paggi di caſacca, ſaio, colletto, giubbone, cappotto, coſciali, calzoni di qualſiuoglia drappo di ſeta, ma ſe li poſſa permettere vna banda di

drappo,

drappo, ouero al più due bande di drappo, che non eccedano vn terzo di palmo intorno alla cappa, cappotto, caſacca, ſaio, colletto, o calzoni, con vna trina, o paſſamano ſchietto ſenz'altro ornamento. Et ſi prohibiſce inoltre, che non ſi poſſano veſtire di liurea più di quattro perſone, trà ſeruidori e paggi.

Item non ſia lecito di portare gualdrappa, o coperta di velluto, ne di panno, che ſia guarnita di velluto, eccetto che d'vna frangia, o trina di ſeta nell'estremità.

Item nelle ſelle di velluto non ſi poſſa portare guarnimento d'oro, o d'argento vero, o falſo, ne ricamo, eccetto frange, trina, o paſſamani di ſeta del medeſimo colore.

Item non poſſano portare finimenti di caualli ſe non di corame, ſenza fiocco di ſorte alcuna, ne manco miniati d'oro, o d'argento, non prohibendo che le fibbie, borchie, briglie, ſproni, o ſtaffe, poſſano eſſere indorate, o inargentate.

Modi da oſſeruarſi nel veſtir delle donne, & prima dell'habito delle ſpoſe.

NON ſia lecito alle ſpoſe di portare in teſta, ne ciuffi, ne fiori veri, ne artificioſi, ne ricci finti, ne piume, ne penacchi, ne magnoſelle, ne altra ſimil portatura alta; ma debbiano portar la tela, o pano liſtato che arriui alla fronte al principio de i capelli, ancorche vadano in cocchio. *Moderatio circa veſtes ſponſarum.*

Item non poſſano portare altri ornamenti in teſta che perle ad oncia, & vna fronzetta di gioie, & perle, che non ecceda il valor di ottanta ſcudi.

Item non poſſano portare pendenti da orecchia con gioie, eccetto che con perle, o d'oro ſmaltato.

Item non poſſano portare camiſce, colletti, ne altre coſe lauorate d'oro, o d'argento, eccetto li fazzoletti.

Item non poſſano portare guanti profumati, ma ſolamente lauati d'acque odorifere.

Item non poſſano portare più d'vno, ouero due anella nelle dita, che ambidue non paſſino il valore di cento cinquanta ſcudi.

Item non poſſano portare maniglie alle braccia ornate di perle, camei, o qualſiuoglia altra ſorte di gioie.

Item nõ poſſano portare cannacche, ne corone di profumo, ne d'altra ſorte al collo, ne trauerſo le ſpalle, ne alcuna ſorte di banda, ecceto che al collo vn vezzo di perle di vn filo ſolo, il cui prezzo non paſſi ſcudi trecento, o catena d'oro ſenza gioie, che non ecceda il valore di ſettanta ſcudi.

Item non poſſano portare cintura con gioie, o con perle, ne che la fattura ecceda trenta ſcudi.

Item nelle veſte, o zimarre di drappo non poſſano portare altra guarnitione d'oro, o d'argento vero, o falſo larga più di vn dito, tanto nelli buſti, quanto nella eſtremità, ne poſſano eſſer veſte, ne zimarre trinciate, ne ricamate; & ſimilmente non poſſano portare pianelle con paſſamano d'oro, o d'argento vero, o falſo.

Item non poſſano farſi ne portare più d'vna veſte d'oro, o d'argẽto ſemplice, ſchietta, non trinciata, ne ricamata, & ſenza guarnitione, eccetto che di vna piſtagna diſteſa, o trina larga mezzo dito al più nella eſtremità.

Item non poſſano portare la veſte con ſtraſcino che paſſi vn palmo.

Item non poſſano portare ſottane d'oro, o d'argento, ne doue ſia in qualſiuoglia modo oro, argento vero, o falſo, o ſorte alcuna di guarnitione, eccetto vna, o due liſte, o vna trina di ſeta larga al più mezzo dito al buſto, maniche, & eſtremità.

Item nelle veſte non poſſano portare roſette, bottoni, o puntali d'oro, ne d'argento, ne gioie, ne perle vere, o falſe, o ſmalto.

Item non poſſano portare veſte, zimarre, trauerſe, panni da teſta, o qualſiuoglia altra ſorte di rete, eccetto cuffie, colletti, & panni da ſpalle.

Item non poſſano portare berretta, ma ſolamente il cappello con vn paſſamano, o trina d'oro, o d'argento intorno, ſenza piume, o ricamo, & ſenza puntali, roſette, medaglie, o gioie vere, o falſe.

Item non poſſano portare veli, o buratti traſparenti ſenz'altra veſte di ſotto.

Item non poſſano andare in maniche di camiſcie per Roma, ne a piedi, ne in cocchio.

Dechiarando che l'eſſer ſpoſa, s'intenda per doi anni dal giorno che ſarà andata à marito, & non più, per tutto ilqual tempo poſſa portare li ſopradetti ornamenti; ilqual paſſato ſia obligata di metterſi in panni.

Item che tutto quello che è prohibito alle ſpoſe, s'intenda ancora eſſer prohibito alle zitelle di qualſiuoglia età, allequali in oltre ſi prohibiſcono ancora le gioie vere, o falſe, le veſte d'oro, o d'argento vero o falſo, ricami, & intagli.

Dell'habito delle maritate meſſe in panni.

Moderatio circa veſtes mulierum coniugatarum.

SI ordina & dechiara, che tutto quel che è prohibito, come di ſopra alle ſpoſe, ſe intenda eſpreſſamente prohibito anchora alle maritate, meſſe in panni.

Item à neſſuna Donna maritata, & meſſa in panni ſia lecito di portare alcuna veſte, ò ſottana, ò zimarra di drappo, ne trincio, ne ricamo, ne intaglio, ne guarnitione d'oro, ne d'argento vero, ò falſo, eccetto creſpone, ò buratto doppio, ne traſparente.

Item non poſſano portare alcuna ſorte di pendenti all'orechie, ne cannacca, ne catena di gioie, o d'oro, ne centura d'oro, o di gioie, o di ſmalto, ne corone di profumo, ne al collo, ne alla centura, ne in mano, eccetto che quando andaranno à nozze, o à feſte vn vezzo di perle di vn filo ſolo, del prezzo come di ſopra.

Item non poſſano portare fazzoletti, ſo colletti lauorati d'oro, o d'argento, vero o falſo, o di ſeta di colore.

Item nelle veſte di ſopra, o zimarre non poſſano mettere altra guarnitione che vna piſtagna, trina, o paſſamano negro, o pauonazzo, che non ſia largo piu di mezzo dito, & ſolamente intorno alli buſti, maniche, & all'eſtremità.

Item non paſſano portar pianelle con alcuna ſorte di ornamento, ma ſemplici, & con vn paſſamano di ſeta.

Item non poſſano andar ſuori di caſa, ne à piè, ne in cocchio, ſenza portar ſopraietto, o panno liſtato ſteſo, & ſenza pizzo.

Item andando à nozze, & à feſte poſſano portar le camiſe lauorate di ſeta di vn colore ſolo, & vna veſta di drappo ſemplice.

Del veſtire, & habito delle Vedoue.

Moderatio circa veſtes, & habitũ Viduarũ.

NON ſia lecito alle vedoue di portare altri panni che roggi, o tinti di colore, che non ſia più oſcuro che roggio, & il panno liſtato nõ auãzi fuori della fronte più che vno, o due dita, & le lor veſte vedouili, ſiano ſenza buſti, & ſe ſono aperte al petto, habbino la pezzetta roggia ſotto, con il panno di ſpalla di ſopra, & con la cinta ſolita di tela bianca, & le lor veſte ſiano ſemplici, ſenza ornamento, o guarnitione di ſorte alcuna, & le maniche delle veſti ſiano di maniera, che non ſi poſſano vere le maniche delle ſottane, eccetto ſe le dette maniche fuſſero nere.

Moderatione delle doti.

Moderatio Dotium.

SE bene altre volte ſu fatto particolar ſtatuto ſopra la moderatione delle doti, & quello confirmato per Motuproprio dalla Santa mem. di Papa Pio Quinto; nondimeno non eſſendo nella debita oſſeruanza, maſſime per domandarſene, continouamente derogatione; & tuttauia aumentandoſi le dette doti: per prouedere con nuoua moderatione, conueniente a queſti tempi, a tal ecceſſo, che è cauſa di molti diſordini & inconuenienti, & hà molto biſogno di riduttione.

Si ordina che neſſuna perſona di qualunque ſtato, grado, o preeminentia ſi ſia ardiſca, ne preſuma coſtituire, promettere, pagare, riceuere, ancora che la donna fuſſe herede

herede, tanto in danari contanti, quanto in argento, oro, gioie, prouentioni, o altre coſe etiandio mobili, & ſe mouenti, ragioni, & attioni, dote, & acconcio in vna, o più volte, che paſſi, o ecceda, & computata etiandio caſſa bianca, bacile & bocale, la ſomma & quantità di ſcudi cinque mila & cinquecento di moneta a ragione di dieci giulij per ſcudo; ne ſia lecito à queſto contrauenire per alcun patto, o conſentimento etiam giurato, da farſi per li contrahenti, & altre perſone terze, per cauſa, & occaſione di accreſcer ſomma dotale, conſtituire pegno, o in qualunche modo far fraude à queſta ordinatione, ad effetto che il marito, o la donna, o altri per eſſi vengano ad hauer più della detta ſomma di ſcudi cinque mila & cinquecento in alcun modo, o via diretta, o indiretta, alla pena di mille ſcudi ſimili, da incorrerſi per ciaſcuno che contrafarà, & di applicarſi per la quarta parte all'accuſatore, qual ſarà tenuto ſecreto, l'altra parte all'eſſecutore; & per il reſto alla fabrica del Palazzo de'Cōſeruatori della Camera di queſta Alma Città di Roma: & nientedimeno pagata, o non pagata la detta pena, tutto quello che oltra la detta ſomma ſi deſſe, ouero ancora con interuento di terze perſone, ſotto qual color ſi ſia di donatione, paraferno, o altro titolo, etiam in perſona della dōna, qual ſimilmente ſi prohibiſce ſotto la pena predetta, ipſo facto ſia applicato alla fabrica del Palazzo delli Conſeruatori. Et ancora ſi ordina, che colui che coſtituiſce, dà, onero promette in alcun modo oltra la ſomma predetta, o ſuo herede, o ſucceſſore, ouero la donna, perlaquale fuſſe data per verun tempo, venendo il caſo della reſtitutione, non poſſa ridomandare il ſopra più, & habbi perduta ogni attione, che in ciò, & ſopra ciò li competeſſe; & detto ſoprapiù s'applichi ipſo iure alla fabrica predetta, come di ſopra, & che tutti ſimili contratti, o priuate ſcritture, quali ſopraciò ſi faceſſero, ſiano quanto alla detta quanrità eceſſa, ipſo iure nulli & inualidi, & per vigore di eſſi, non ſe ne poſſa fare alcuna eſſecutione, quanto alla quantità eccedente li ſcudi cinque mila & cinquecento. Ancora ſi prohibiſce à tutti & ſingoli Notari, che non ardiſcano, ne preſumano rogarſi d'alcun inſtrumento, qual ſia contra la prohibitione ſopraſcritta, ne far ſcrittura, che ſia incerta, o che ſi referiſca a quella cedula priuata, o qualunche altra ſcrittura, o arbitrio d'huomo, ſotto la pena del falſo, & di ſcudi ducento per ciaſchedun di loro, che contrafarà, d'applicarſi come diſopra, & detti contratti ſiano nulli, & inualidi ipſo iure, & nullius fidei; & eſſi Notari s'intendano nondimeno priuati in perpetuo de'lor offitij. Et ſimilmēte ſi prohibiſce che neſſuna perſona poſſa in ciò, come mezzano intrauenire, o altrimente preſuma far cedula priuata, ouero eſſer teſtimonio in contratto o cedula, che fuſſe contra la prohitione predetta, alla detta pena da incorrerſi, & applicarſi come di ſopra. Si ordina ancora che nelle ſopraſcritte prohibitioni, & pene ſiano compreſi Baroni, Cortigiani, o Foraſtieri che apparentaranno con Romani tanto originarij, come fatti Cittadini, & incoli di Roma, ancor che ſiano Chierici, tanto dando, & promettendo, quanto riceuendo, & ſtipulando, ouero come mezzano. Notaro, teſtimonio, fideiuſſore, & promiſſore, o in qualunque altro modo ſe intromettano, purche vno delli conſorti cioè, o ſpoſa, o marito, o ſpoſo o moglie ſia Romano originario, ouero fatto Cittadino, o pure incola di Roma.

Moderatione del donare nelle Nozze.

NON ſia lecito a padre, o madre, o altra congiunta perſona della ſpoſa donare allo ſpoſo, o ad altri per lui direttamente, o indirettamente nel tempo della ſubarratione; o prima, o poi alcun vaſo, bacile, o boccale, coppa, nappo, catena, o altro dono, tanto d'oro, come d'argento, denari, gioie, perle, drappi, o altra coſa, etiamdio non ſimile, alla pena di ſcudi cinquecento, & perdita delle robbe, d'applicarſi come di ſopra. Moderatio donationum in Nuptiis.

Item à neſſuna perſona ſenza eccettione di parente alcuno, ſia lecito nel giorno, & atto dell'arraglià, o publicatione del contratto del matrimonio, per verba de preſenti, ne inanzi, donare coſa alcuna di qualſinoglia ſorte alla ſpoſa, ma paſſato il detto giorno ſia lecito ſolamente alli parenti ſino al ſecondo grado di conſanguinità & affinità, computato ſecondo il ius canonico incluſiuè.

Item

Item non ſia lecito allo ſpoſo mandare alla ſpoſa in Natale alcun preſente in robbe, che ecceda il valore di vinti ſcudi.

Item non ſia lecito allo ſpoſo donar alla ſpoſa piu di due veſte; le quali però nõ ſiano di drappo pohibito.

Moderatione de Banchetti, & Conuiti.

Moderatio circa conuiuia, &c.

VOlendo anco limitar le ſouerchie ſpeſe, che ſi ſono introdotte nel far nozze, & banchetti.

Si ordina, che non ſia lecito ad alcuno, che farà nozze, o banchetto, doue ſiano più che dieci perſone, dare altro che le infraſcritte viuande, cioè vn antipaſto di coſe fredde, & vna portata in tauola di cucina d'arroſto, & d'alleſſo inſieme, nella quale non ſi poſſano dar pauoni, ne lauori di paſta, ne piu di tre ſorte di carne, & di tre ſorte di vcellami; & dandoſi polli d'India, non ſi poſſi dar Fagiani, & eſſendoui Fagiani, non ſi poſſa dar polli d'India, & ſi poſſa dare vn altro ſeruitio di credenza, vna ſorte di confettione con frutti, cialdoni, & ciambellette, torte, & coſe ſimili, ne ſi poſſa mettere oro, ne argento, ne muſchio in altro che cotognate, & fiori.

Et ſi prohibiſce ancora, per occaſione de batteſimo, far coletioni, che eccedano dieci ſcudi di ſpeſa.

Moderatione de letti nuzziali.

Moderatio circa lectos nuptiales.

NOn ſia lecito ad alcuna perſona per occaſione di nozze, o di donne di parto comprare, o far di nuouo letto, che ecceda il valore di ſcudi ducento; ſi permette però che chi al preſente li hà in caſa fatti, poſſa adoprarli.

Prohibitione nel donare, nel farſi i compari, & le comari.

Prohibitio donandi inter compatres & comatres.

NOn ſia lecito al compare, o comare di fare alcuna ſorte di preſenti, ne al compare, ne alla comare, ne al putto, così nel Batteſimo, come nella Creſima, ſotto pena della perdita del dono à chi lo riceue, & della valuta di eſſo à chi lo dona.

Moderatione de Cocchi.

Moderatio circa Currus.

NOn ſia lecito ad alcuna perſona alli cocchi, o carrozze che farà di nuouo far, coperte, matarazzi, cuſcini, ſpalliere, & copertine de caualli, ſe non di panno, o feltro, o corame ſemplice, con francia ſola nell'eſtremità, ſenza alcuna ſorte di drappo per fodera di dentro, & li finimenti de caualli non poſſano coprire di coſa alcuna, & il cocchio non poſſa hauer indoratura manco ne' pomi.

Et perche ſarebbe di molta ſpeſa à chi ſi troua il cocchio, o carrozza già fatti l'hauere à rifarli ſubito di nuouo, conforme alla preſente riforma, ſe li concede che poſſa ſeruirſene ſi che ſiano conſumati, non oſtante detta riforma, ne ſia lecito di farli di nuouo, dopò la publicatione della preſente riforma, ſe non nel modo ſopradetto.

Moderatione de' Funerali.

Moderatio circa phuneralia.

NOn ſia lecito all'Eſſequie di accompagnare il morto alla Chieſa con più di tre ſeruitori veſtiti ſemplicemente di lutto.

Non ſia lecito ad alcuna donna nel giorno dell'Eſſequie, di ſtar nella medeſima ſtanza, nellaquale ſtarà il corpo del Defunto; & ſi eſſorta ciaſcuna di portar quell' habito modeſto, che ſi conuiene, & ſi richiede in tal atto di condoglienza.

Delle pene de i traſgreſſori della preſente riforma.

Contrauenientium pœnæ.

SI notifica à ciaſcuno, che le pene delli traſgreſſori della preſente riforma, faranno per ciaſcuna volta che ſi contrauerrà, la perdita delle robbe, dellequali farà contrauenuto, & in oltre di cento ſcudi, d'applicarſi la quarta parte all'accuſatore, qual

qual ſarà tenuto ſecreto, & li tre quarti alla Camera del Popolo.

Dechiarando, che nel tranſgredire che ſi farà da alcuna gentildonna maritata, contra la preſente riforma, la eſſecutione ſi farà contra i loro mariti; laqual pena ſi eſſigerà irremiſſibilmente, & andarà a diminutione della lor dote.

Et accioche la ſopradetta riforma ſi oſſerui inuiolabilmente da ognuno, & ſi toglia ogni occaſione che poteſſe farli impedimento, ſi comanda eſpreſſamente a tutti gl'orefici, ſarti, banderari, ſetaioli, ricamatori, & ad ogn'altro artiſta, che dalla publicatione della preſente riforma, neſſuno ardiſca far lauoro diuerſo dalla ſopradetta riforma, ne manco trouare, o mettere in vſo alcuna maniera d'inuentione, o lauoro nuouo di ſeta; o di bottoni, o di cuſcitura, quali inſino adeſſo non ſiano ſtati vſati, ſotto pena di tre tratti di corda, & ſcudi vinticinque, & la perdita del loro lauoro per ciaſcuna volta che contrauerrà, la qual pena s'applicarà, come diſopra, & ſi eſſeguirà irremiſſibilmente.

Dechiarando, che le ſopradette riforme ſolamente ſopra li veſtimẽti già fatti, ſi habbino da oſſeruare paſſati ſei meſi, dopo la publicatione della preſente riforma, & nel reſto dopo il giorno della publicatione ſopradetta.

Et che le veſti, ſottane, & zimarre di donne, & altri habiti prohibiti, che ſi trouano già fatti, ſi poſſano fare acconciare per li figliuoli, & figliuole ſino all'età di dieci anni.

Et per dar tempo à foraſtieri che poſſano accomodare, & pigliare recapito de gli habiti, & veſtimenti, che ſi trouano già fatti, ſi dechiara che paſſati li ſei meſi ſopradetti alli foraſtieri che verranno per diuotione, o per altri negotij, ſi concede tempo di vn altro meſe di poter'accommodare li ſuoi habiti, ſecondo la preſente riforma.

Et per oſſeruanza della preſente riforma, ſi ordina al Senatore, & Conſeruatori inſolidum pro tempore exiſtenti, i quali habbino cura, che ſi metta in eſſecutione quanto in eſſa ſi cõtiene; & ſe gli dà ſopra di queſto in ogni caſo delli ſopradetti piena auttorità di procedere, & far eſſeguire le pene ſopradette contra li traſgreſſori.

Marcellus Niger Deputatus.
Sebaſtianus Varus Deputatus.
Ego Hieronymus Alterius Deputatus.
Mutius Matthæius Deputatus.
Andreas Vellius Deputatus.
Stephanus Paparonius Deputatus.
Hieronymus Picus Deputatus.

Io. Dominicus Ninus Conſeruator.
Liuius Attracinus Conſeruator.
Mercurius Amadeus Conſeruator.

Petrus Benzonus Prior.

Concluſæ, & terminatæ Conſtitutiones prædictæ, die vigeſimaprima Nouembris 1586.

H. Fuſcus ſacri S. P. Q. R. Scriba.

Anno a Natiuitate Domini Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſeptimo, Indictione decimaquinta, die vero octaua Menſis Ianuarii, tempore præfati Sanctiſſ. in Chriſto Patris & D. N. D. Sixti diuina prouidentia Papæ V. Anno eius Secundo, Supraſcriptæ litteræ affixæ, & publicatæ fuerunt ad Valuas Curiæ Capitolij, & audientiæ cauſarum Palatij Apoſtolici, & in acie Campi Floræ, dimiſsis copiis per nos Alamannum de Alamannis & Io. Baptiſtam Bagni S. D. N. Papæ Curſ. Publicatio.

Alex. Parabiachus Magiſter Curſ.

Conſti-

LIIII.

Conſtitutio lecta in die Cœnæ Domini, Anno 1587.

IN Nomine Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amen.

SIXTVS Epiſcopus Seruus ſeruorum Dei, Ad futuram rei memoriam. PASTORALIS Romani Pontificis vigilantia, & ſolicitudo, cum in omni Reipublicæ Chriſtianæ pace, & tranquillitate procuranda, pro ſui muneris officio aſſiduè verſatur, tum potiſſimum in Catholicæ fidei, ſine qua impoſſibile eſt placere Deo, vnitate, atque integritate retinenda, & conſeruanda, maximè elucet, nimirum, vt fideles Chriſti non ſint paruuli fluctuantes, neque circumferantur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, ad circumuentionem erroris, ſed omnes occurrant in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei in virum perfectum, neq; ſe in huius vitæ ſocietate, & communione lædant, aut inter ſe alter alteri offenſioně præbeat, ſed potius in vinculo charitatis coniuncti, tamquam vnius corporis membra ſua Chriſto capite, eiuſq; in terris Vicario Romano Pontifice Beatiſſimi Petri ſucceſſore, à quo totius Eccleſię vnitas dimanat, augeantur in ædificationem, atq; ita diuina gratia adiutrice, ſic præſentis vitæ quiete gaudeant, vt futura quoq; beatitudine perfruantur. Ob quas ſanè cauſas Rom. Pontifices prædeceſſores noſtri, hodierna die, quæ anniuerſariæ Dominicæ Cænę commemoratione ſolemnis eſt, ſpiritualem Eccleſiaſticæ diſciplinæ gladium, & ſalutaria iuſtitiæ arma, per miniſteriū ſummi Apoſtolatus, ad Dei gloriam, & animarum ſalutem ſolemniter exercere conſueuerunt. Nos igitur, quibus nihil optabilius eſt, quàm fidei inuiolatam integritatem, publicam pacem & iuſtitiam Deo auctore tueri, vetuſtum, & ſolemnem hunc morem ſequentes.

Excommunicātur infraſcripti ex cauſis hic expreſsis.

Hæretici, eiſq; fauētes; libros prohibitos habentes, & ab obediētia Rom. Pont. recedentes.

Excommunicamus, & anathematizamus, ex parte Dei Omnipotentis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Auctoritate quoq; Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, ac noſtra, quoſcunq; Huſſitas, Vuiclepitas, Luteranos, Zuinglianos, Caluiniſtas, Vgonotos, Anabatiſtas, Trinitarios; ac omnes & ſingulos alios hæreticos, quocunq; nomine cenſeantur, & cuiuſcunq; ſectæ exiſtant, ac eorum credentes, receptatores, fautores; & generaliter quoslibet illorum defenſores, ac eorundem libros Hæreſim continentes, vel de religione tractantes, ſine auctoritate noſtra, & ſedis Apoſtolicæ ſcienter legentes, aut retinentes, imprimentes, ſeu quomodolibet defendentes, ex quauis cauſa, publicè vel occultè, quouis ingenio, vel colore, necnon Schiſmaticos; & eos qui ſe à noſtra, & Romani Pontificis pro tempore exiſtentis obediētia, pertinaciter ſubtrahunt vel recedunt.

Appellantes à Papa, ad futurum Conciliū, eorumq; fautores.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & ſingulos cuiuſcunque ſtatus, gradus ſeu conditionis fuerint; Vniuerſitates verò, Collegia, & Capitula quocunque nomine nuncupentur, interdicimus ab ordinationibus, ſententijs, ſeu mandatis noſtris, ac Romanorum Pontificum pro tempore exiſtentium ad vniuerſale futurum Concilium appellantes; necnon eos, quorum auxilio, vel fauore appellatum fuerit.

Piratæ atq; eorum receptatores, & fautores.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes Piratas, Curſarios, ac Latrunculos Maritimos, diſcurrentes Mare noſtrum, præcipuè à Monte Argentario, vſque ad Terracinam; ac omnes eorum fautores, receptatores, & defenſores.

Naufragorum Chriſtianorū bona ſurripientes.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & ſingulos, qui Chriſtianorum quorumcunque Nauibus, tempeſtate, ſeu in tranſuerſum (vt dici ſolet) iactatis; vel quoquomodo naufragium paſſis; ſiue in ipſis nauibus, ſiue ex eiſdem eiecta, in mari vel in litore inuenta, cuiuſcunq; generis bona, tam in noſtris Tyrrheni, & Adriatici, quàm in cæteris cuiuſque maris Regionibus, & litoribus ſurripuerint; Ita vt nec ob quodcunque priuilegium, conſuetudinem, aut longiſſimi etiam immemorabilis temporis poſſeſſionem, ſeu alium quemcunq; prætextum excuſari poſſint.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, qui in terris ſuis noua Pedagia

gia, ſeu gabellas, præterquam in caſibus ſibi à iure, ſeu ex ſpeciali Sedis Apoſtolicę licentia permiſſis, imponunt, vel augent, aut imponi, ſeu augeri prohibita exigunt.

Pedagia noua, & Gabellas imponentes, vel augentes.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes falſarios litterarum Apoſtolicarum, etiam in forma breuis, ac ſupplicationum, gratiam vel iuſtitiam concernentium, per Rom. Pontificem, vel Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellarium, ſeu gerentes vices eorum, aut de mandato eiuſdem Rom. Pontificis ſignatarum; necnon falsò fabricantes litteras Apoſtolicas, etiam in forma breuis, & etiam falsò ſignantes ſupplicationes huiuſmodi, ſub nomine Romani Pontificis, ſeu Vicecan. aut gerentium vices prædictorum.

Falſificantes, aut falſo fabricantes litteras Apoſtol.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Saracęnos, vt Turcas, & alios Chriſtiani nominis inimicos, vel Hæreticos, per noſtras ſiue huius ſanctæ Sedis ſententias, expreſsè & nominatim declaratos deferunt, ſeu tranſmittunt equos, arma, ferrum, filum ferri, ſtannum, chalibem, omniaque alia metallorum genera, atque bellica inſtrumenta, lignamina, canapem, funes tam ex ipſo canape, quàm alia quacunque materia, & ipſam materiam, aliaque huiuſmodi, quibus Chriſtianos, & Catholicos impugnant, necnon illos, qui per ſe, vel alios, de rebus ſtatum Chriſtianæ Reipublicæ concernentibus, in Chriſtianorum perniciem & damnum, ipſos Turcas, & Chriſtianæ Religionis inimicos, necnon hæreticos in damnum Catholicæ Religionis certiores faciunt, illiſque ad id auxilium, conſilium, vel fauorem quomodolibet preſtant. Non obſtantibus quibuſcunque priuilegijs quibuſuis perſonis, Principibus, Rebuſpublicis, per nos, & ſedem prædictam hactenus conceſſis.

Arma, & alia ad Chriſtiani nominis inimicos deferẽtes, vel ad Reipub. Chriſt. ſtatum pertinẽtia, eis denunciantes.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes impedientes, ſeu inuadentes, eos, qui victualia, ſeu alia ad vſum Romanæ Curiæ neceſſaria adducunt, ac etiam eos, qui ne ad Romanam Curiam adducantur, vel afferantur, prohibent, impediunt, ſeu perturbant, ſeu hæc facientes defendunt, per ſe vel alios cuiuſcunque fuerint ordinis, præeminentię, conditionis, & ſtatus, etiam ſi Pontificali, ſeu Regali, aut alia quauis Eccleſiaſtica, vel mundana prẹfulgeant dignitate.

Victualia & alia neceſſaria ad Vrbem deferentium perturbatores, eorũq; fautores.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad ſedem Apoſtolicam venientes, & recedentes ab eadem, ſua, vel aliorum opera interficiunt, mutilant, ſpoliant, capiunt, detinent, necnon illos omnes, qui iuriſdictionem ordinariam, vel delegatam à nobis, vel noſtris iudicibus non habentes, illam ſibi temerè vindicantes, ſimilia contra morantes in eadem Curia audent perpetrare.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes, ſeu deprędantes, Romipetas, ſeu Peregrinos ad Vrbem cauſa deuotionis, ſeu peregrinationis accedentes, & in ea morantes, vel ab ipſa recedentes, & in his dant auxilium, conſilium, vel fauorem.

Ad Sedem Apoſt. venientiũ, aut ab ea recedentium, ac in Curia commorantiũ perturbatores.

Peregrinorum & aliorũ ex deuotione ad Vrbem uenientiũ offenſores.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hoſtiliter inſequentes S. R. E. Cardinales, ac Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, ſedisque Apoſtolicæ Legatos, vel Nuncios, aut eos à ſuis diœceſibus, territorijs, Terris, ſeu dominijs eijcientes. Necnon ea mandantes, vel rata habentes, ſeu præſtantes eis auxilium, conſilium, vel fauorem.

Cardinaliũ, & aliorum Prælatorum offenſores, eorumque auxiliatores.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per ſe, vel per alios, perſonas Eccleſiaſticas quaſcunque, vel ſęculares ad Romanam Curiam, ſuper eorum cauſis, & negotijs recurrentes, ac illa in eadem Curia proſequentes, aut procurantes, negotiorumque geſtores, aduocatos, procuratores, & agentes, ſeu etiam Auditores, vel Iudices ſuper dictis cauſis, vel negocijs deputatos, occaſione cauſarum, vel negociorum huiuſmodi occidunt, ſeu quoquomodo percutiunt, bonis ſpoliant, ſeu qui per ſe, vel per alios directè, vel indirectè delicta huiuſmodi committere, exequi, vel procurare, aut in eiſdem conſilium, auxilium, vel fauorem præſtare non verentur, cuiuſcunque pręeminentię & dignitatis fuerint.

Offendẽtes eos qui ad Ro. Curiam recurrũt, uel eorum procuratores.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, tam Eccleſiaſticos, quàm ſęculares, cuiuſcunque dignitatis, qui prætexentes friuolam quandam appellationem

 à gra-

Appellantes à grauamine uel futura executione litterarũ Apoſt. ad laicã poteſtatem.

à grauamine, vel futura executione litterarum Apoſtolicarum, etiam in forma breuis, tam gratiam, quàm iuſtitiam concernentium, necnon citationum, inhibitionum, ſequeſtrorum, monitoriorum, proceſſuum, executorialium, & aliorum decretorum à nobis, & à ſede prædicta, ſeu Legatis, Nuncijs, Præſidentibus, Cameræ Apoſtolicæ Auditoribus, Commiſſarijs, alijſque Iudicibus, & delegatis Apoſtolicis emanatorum; & quæ pro tempore emanauerint, aut aliàs ad Curias ſęculares, & laicam poteſtatem recurrũt, & ab ea, inſtante etiam Fiſci procuratore, vel aduocato, appellationes huiuſmodi admitti, ac litteras, citationes, inhibitiones, ſequeſtra, monitoria, & alia prædicta capi, & retineri faciunt, quiue illa ſimpliciter, vel ſine eorum beneplacito, & conſenſu, vel examine executionis demandari, aut ne tabelliones, & notarij ſuper huiuſmodi litterarũ & proceſſuum executione, inſtrumenta vel acta conficere, aut confecta, parti cuius intereſt, tradere debeant, impediunt, vel prohibent, ac etiam partes, ſeu eorum agentes, notarios, executores, & ſubexecutores litterarum, citationum, monitoriorum, & aliorum prædictorum, capiunt, percutiunt, vulnerant, carcerant, detinent, ex ciuitatibus, locis, & regnis eijciunt, bonis ſpoliant, perterrefaciunt, concutiunt, & comminantur per ſe, vel alium ſeu alios, publicè vel occultè, quiue aliàs quibuſcunq; perſonis, in genere, vel in ſpecie, ne pro quibuſuis eorum negotiis proſequendis, ſeu gratiis vel litteris impetrandis, ad Rom. Curiam accedant, aut recurſum habeant, ſeu gratias ipſas, vel litteras à dicta Sede impetrent, ſeu impetratis vtantur, directè, vel indirectè prohibere, ſtatuere, ſeu mandare, vel eas apud ſe, aut notarios, ſeu tabelliones, vel aliàs quomodolibet retinere præſumunt.

Auocãtes cauſas eccleſiaſt. à iudicib' Apoſt.

Item excommunicamus, & anathemathizamus omnes & ſingulos, qui per ſe, vel alios, auctoritate propria, ac de facto quarumcunque exemptionum, vel aliarum gratiarum, & litterarum Apoſtolicarum prætextu, beneficiales, & decimarum, ac aliàs cauſas ſpirituales, & ſpiritualibus annexas, ab Auditoribus, & Commiſſariis noſtris, aliiſque iudicibus Eccleſiaſticis auocant, illarumuè curſum, & audientiam, ac perſonas capitula, conuentus, collegia, cauſas ipſas proſequi volentes, impediunt, ac ſe de illarum cognitione, tanquam iudices interponunt. Quique partes actrices, quæ illas committi fecerunt & faciunt, ad reuocandum & reuocari faciendum, citationes, vel inhibitiones, aut alias litteras in eis decretas, & ad faciendum, vel conſentiendũ eos, contra quos tales inhibitiones emanarunt, a cenſuris, & pœnis in illis contentis abſolui, per ſtatutum, vel aliàs compellunt, vel executionem litterarum Apoſtolicarum, ſeu executorialium proceſſuum, ac decretorum prædictorum quomodolibet impediunt, vel ſuum ad id fauorem, conſilium; aut aſſenſum præſtant, etiam prætextu violentiæ prohibendæ, vel aliarum prætenſionum, ſeu etiam donec ipſi ad nos infirmandos, vt dicunt, ſupplicauerint, aut ſupplicari fecerint, niſi ſupplicationes huiuſmodi corã nobis, & Sede Apoſtolica legitimè proſequantur, etiam ſi talia committentes fuerint præſidentes Cancellariarum, Conſiliorum; Parlamentorum, Cancellarij, Vicecancellarij, Conſiliarij ordinarij, vel extraordinarij, quorumcunq; Principum ſęcularium, etiamſi Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacunq; præfulgeant dignitate, aut Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Commendatarij, ſeu Vicarij fuerint.

Trahentes ad ſęcularia Tribunalia, perſonas eccleſiaſticas, & eccleſiaſticam libertatem tollentes aut in aliquo perturbantes.

Quiue ex eorum prætenſo officio, vel ad inſtantiã partis, aut aliorum quorumcunq; perſonas Eccleſiaſticas, capitula, conuentus, & collegia Eccleſiarum quarumcunque coram ſe, ad ſuum tribunal, audientiam, cancellariam, conſilium, vel parlamentum, præter Iuris canonici diſpoſitionem, trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant directè vel indirectè, quouis quæſito colore; necnon qui ſtatuta, ordinationes, conſtitutiones, pragmaticas, ſeu quæuis alia decreta in genere, vel in ſpecie, ex quauis cauſa, & quouis quæſito colore, ac etiam prætextu cuiuſuis conſuetudinis, aut priuilegij, vel aliàs quomodolibet fecerint, ordinauerint, & publicauerint, vel factis, & ordinatis vſi fuerint, vnde libertas Eccleſiaſtica tollitur, ſeu in aliquo lęditur, vel deprimitur, aut aliàs quouis modo reſtringitur, ſeu noſtris & dictæ Sedis, ac quarumcunque Eccleſiarum iuribus quomodolibet directè vel indirectè, tacitè vel expreſsè præiudicatur.

Impediẽtes iuriſdictionẽ iudicũ eccleſiaſticorũ eorumq; fautores.

Necnon qui Archiepiſcopos, Epiſcopos, alioſq; ſuperiores, vel inferiores Prælatos, & omnes alios quoſcunq, Iudices Eccleſiaſticos ordinarios quomodolibet impediunt,

quo

quo minus ſua iuriſdictione Eccleſiaſtica contra quoſcunq; vtantur, ſecundum quod canones, & ſacræ conſtitutiones Eccleſiaſticæ, & decreta Conciliorum generalium, & præſertim Tridentini ſtatuunt, ac etiam eos qui poſt ipſorum ordinariorum, vel etiam ab eis delegatorum quorumcunq; ſententias, & decreta, aut aliàs fori Eccl. iudicium eludentes, ad Cancellarias, & alias Curias ſęculares recurrunt, & ab illis prohibitiones, & mandata, etiam pœnalia, ordinarijs, aut delegatis prædictis decerni, & contra illos exequi procurant; eos quoque qui hæc decernunt, & exequuntur, ſeu dant auxilium, conſilium, patrocinium, & fauorem in eiſdem.

Quiue iuriſdictiones, ſeu fructus, redditus, & prouentus ad nos, & Sedem Apoſtolicam, & quaſcunq; eccleſiaſticas perſonas, ratione Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum pertinentes, vſurpant, vel etiam quauis occaſione, vel cauſa ſine Romani Pontificis, vel aliorum ad id legitimam facultatem habentium expreſſa licentia ſequeſtrant.

V ſurpãtes Sedis Apoſtol. & quorumcunq; Eccleſ. iuriſdictiones, & fructus, vel eos ſequeſtrantes.

Quiue collectas, decimas, talleas, præſtantias, & alia onera clericis, prælatis, & aliis perſonis eccleſiaſticis, ac eorum, & Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum beneficiorum eccleſiaſticorum bonis, illorumq; fructibus, redditibus & prouentibus huiuſmodi, abſq; ſimili Romani Pontificis ſpeciali & expreſſa licentia, imponunt, & diuerſis etiam exquiſitis modis exigunt, aut ſic impoſita, etiam à ſponte dantibus, & concedentibus recipiunt: Necnon qui per ſe, vel alios directè, vel indirectè prædicta facere, exequi, vel procurare, aut in eiſdem auxilium, conſilium, vel fauorem pręſtare non verentur, cuiuſcunque ſint pręeminentię, dignitatis, ordinis, conditionis, aut ſtatus, etiam ſi Imperiali, aut Regali pręfulgeant dignitate, ſeu Principes, Duces, Comites, Barones, & alij Potentatus quicunque, etiam Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus, & Terris quoquomodo Pręſidentes, & Conſiliarij, & Senatores, aut quauis etiam Pontificali dignitate inſigniti. Innouantes decreta ſuper his per ſacros Canones, tam in Lateranenſi nouiſſime celebrato, quàm alijs Concilijs generalibus ędita, etiam cum cenſuris, & pœnis in eis contentis.

Decimas, & alia onera perſonis eccleſ. ingerentes.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes & quoſcunque Magiſtratus, & Iudices, Notarios, Scribas, Executores, ſubexecutores, quomodolibet ſe interponentes in cauſis capitalibus, ſeu criminalibus contra perſonas Eccleſiaſticas, illas proceſſando, banniendo, capiendo, ſeu ſententias contra illas proferendo, vel exequendo, ſine ſpeciali, ſpecifica, & expreſſa huius ſanctę ſedis Apoſtolicę licentia, etiam ſi talia committentes fuerint Conſiliarij, Senatores, Pręſidentes, Cancellarij, Vicecancellarij, aut quouis alio nomine nuncupati.

Iudices ſeculares, in cauſis criminalibus contra perſonas eccleſ. ſe imponentes:

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per ſe, ſeu alios directè vel indirectè, ſub quocunque titulo, vel colore inuadere, deſtruere, occupare, detinere præſumpſerint, in totum, vel in partem Almam Vrbem, Regnum Siciliæ, Inſulas Sardiniæ, & Corſicæ, Terras citra Pharum, Patrimonium beati Petri in Tuſcia, Ducatum Spoletanum, Comitatum Venayſinum, Sabinenſem, Marchiæ Anconitanæ, Maſſæ Trebariæ, Romandiolæ, Campaniæ, & maritimas prouincias, illarumq; Terras, & loca, ac Terras ſpecialis commiſſionis Arnulphorum, Ciuitateſque noſtras Bononiam, Cæſenam, Ariminum, Beneuentum, Peruſium, Auinionem, Ciuitatem Caſtelli, Tudertum, & alias Ciuitates, Terras & loca, vel iura ad ipſam Romanam Eccleſiam pertinentia, dictæq; Romanæ Eccleſiæ mediatè, vel immediatè ſubiecta, necnon ſupremam iuriſdictionem in illis, nobis, & eidem Romanæ Eccleſiæ competentem, de facto vſurpare, perturbare, retinere, & vexare quibuſcunq; modis præſumentes, vnà cum adhærentibus, fautoribus, & defenſoribus eorum, ſeu illis auxilium, conſilium, vel fauorem quomodolibet præſtantibus.

Occupantes bona S. R. E. in eiſq; ſuper mare iuriſdictionem vſurpantes, eorũq; fautores.

Volentes præſentes noſtros proceſſus, ac omnia & quæcunq; his litteris contenta quouſq; alij huiuſmodi proceſſus à nobis, aut alio Rom. Pontifice pro tempore exiſtente fiant, aut publicentur, durare, ſuoſque effectus omnino ſortiri.

Cæterum à prædictis ſententijs, nullus per alium quàm per Romanum Pontificem, niſi in mortis articulo conſtitutus, nec etiam tunc, niſi de ſtando Eccleſiæ mandatis, & ſatiſfaciendo cautione præſtita, abſolui poſſit, etiam prætextu quarumuis facultatum

Reſeruatio abſolutionis à cẽſuris prędictis.

& indultorum quibuſcunq; perſonis, Eccleſiaſticis, ſecularibus, & quorumuis ordinum, etiam mendicantium, ac militiarum regularibus, etiã Epiſcopali, vel alia maiori dignitate præditis, ipſiſq; ordinibus, & eorum Monaſterijs, Conuentibus, & domibus, ac Capitulis, Collegijs, Confraternitatibus, congregationibus, hoſpitalibus, & locis pijs, necnon laicis, etiam Imperiali, Regali, & alia mundana excellentia fulgentibus, per nos, & dictam ſedem, ac cuiuſuis Concilij decreta, verbo, litteris, aut alia quacunq; ſcriptura in genere, & in ſpecie conceſſorum, & innouatorum, ac concedendorum, & innouandorum, niſi in eis etiam caſus præſentibus litteris expreſſi comprehendatur.

Abſoluẽtes in caſibus hic reſeruatis, excõmunicatoris pœnasincurrũt.

Quòd ſi fortè aliqui contra tenorem præſentium talibus excommunicatione, & anathemate laqueatis, vel eorum alicui abſolutionis beneficium impendere de facto præſumpſerint, eos excommunicationis ſententia innodamus, cuius abſolutionem nobis, ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus tantummodo reſeruamus, grauius contra eos ſpiritualiter, & temporaliter, prout expedire nouerimus, proceſſuri.

Declaratio circa abſolutionẽ a Pontifice in prædictis obtinendam.

Declarantes, ac proteſtantes quamcunq; abſolutionem, etiam ſolemniter per nos faciendam, prædictos excommunicatos ſub præſentibus comprehenſos, niſi prius à præmiſſis cum vero propoſito vlterius ſimilia non committendi deſtiterint; Ac quoad eos, qui contra Eccl. libertatem, vt præmittitur, ſtatuta fecerint, niſi prius ſtatuta, ordinationes, conſtitutiones, pragmaticas & decreta huiuſmodi publicè reuocauerint, & ex Archiuijs, ſeu capitularibus locis, aut libris, in quibus annotata reperiuntur deleri & caſſari, ac nos de reuocatione huiuſmodi certiores fecerint, eos non comprehendere, nec eis aliter ſuffragari, quin etiam per huiuſmodi abſolutionem, aut quoſcunque alios actus contrarios, tacitos, vel expreſſos, ac etiam per patientiam, & tolerantiam noſtram, vel ſucceſſorum noſtrorum quantocunque tempore continuatam, in præmiſſis omnibus & ſingulis, ac quibuſcunq; iuribus ſedis Apſtolicæ, ac S. R. E. vndecunq; & quandocunq; quæſitis, vel quærendis nullatenus præiudicari poſſe, aut debere.

Clauſulæ derogatoriæ.

Non obſtantibus priuilegijs, indulgentijs, & litteris Apoſtolicis, generalibus, vel ſpecialibus ſupradictis, vel eorum alicui, ſeu aliquibus alijs cuiuſcunque ordinis, ſtatus, vel conditionis, dignitatis, & præeminentiæ fuerint, etiam ſi vt præmittitur Pontificali, Imperiali, Regali; ſeu quauis Eccleſiaſtica, & mundana præfulgeant dignitate, vel eorum Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus, ſeu locis à prædicta ſede, ex quauis cauſa, etiam per viam contractus, aut remunerationis, & ſub quauis alia forma, & tenore, ac cum quibuſuis clauſulis, etiam derogatoriarum derogatorijs conceſſis, etiam continentibus, quod excommunicari, anathematizari, vel interdici non poſſint per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi, ac de ordinibus, locis, nominibus proprijs, cognominibus, & dignitatibus eorum mentionem, necnon conſuetudinibus etiam immemorabilibus, ac præſcriptionibus quantumcunque longiſſimis, & alijs quibuſlibet obſeruantijs ſcriptis, vel non ſcriptis, per quæ contra hos noſtros proceſſus, ac ſententias quominus includantur in eis ſe iuuare valeant, vel tueri.

Quæ omnia, quo ad hoc, eorum omnium tenores, ac ſi ad verbum, nihil penitus omiſſo infererentur, pręſentibus pro expreſſis habentes penitus tollimus, & omnino reuocamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque.

Forma, & effectus publicationis, huius cõſtitutionis.

Vt verò pręſentes noſtri proceſſus ad publicam omnium notitiam facilius deducantur, chartas, ſeu membranas proceſſus ipſos continentes, valuis Eccleſiæ Sancti Ioannis Lateranen. & Baſilicę Principis Apoſtolorum de Vrbe, appendi faciemus. Vt ij, quos proceſſus huiuſmodi concernunt, quòd ad ipſos non peruenerint, aut quòd ipſos ignorauerint, nullam poſſint excuſationem pretendere, aut ignorantiam allegare: cum non ſit veriſimile, id remanere incognitum, quod tam patenter omnibus publicatur.

Inſuper, vt proceſſus ipſi, & præſentes litteræ, ac omnia, & ſingula in eis contenta eo fiant notiora, quo in pleriſq; Ciuitatibus, & locis fuerint publicata; Vniuerſis, & ſingulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & locorum Ordinarijs, & Prælatis vbilibet conſtitutis, per hæc ſcripta committimus, & in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè pręcipiendo mandamus, vt per ſe, vel alium, ſeu alios, pręſentes litteras, poſt-

Digitized by Google

ras, poſtquam eas receperint, ſeu earum habuerint notitiam ſemel in anno, aut ſi expedire viderint, etiam pluries in Eccleſijs ſuis, dum in eis maior populi multitudo ad diuina conuenerit, ſolemniter publicent, & ad Chriſtifidelium mentes reducant, nuncient, & declarent.

Cæterum Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, alijque locorum ordinarij, & Eccleſiarum prælati, necnon rectores, cæterique curam animarum exercentes, ac preſbyteri ſeculares, & quorumuis ordinum regulares, ad audiendas peccatorum confeſſiones, quauis auctoritate deputati, tranſumptum litterarum penes ſe habeant, eaſque diligenter legere, & percipere ſtudeant. Volentes earundem præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, notarij publici manu ſubſcriptis, & ſigillo iudicis ordinarij Romanæ Curiæ, vel alterius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eandem prorſus fidem in iudicio, & extra illud, vbique locorum adhibendam fore, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ excommunicationis, anathematizationis, interdicti, innouationis, innodationis, declarationis, proteſtationis, ſublationis, reuocationis, commiſſionis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Cōfeſſarii habeant apud ſe hanc conſtitutionem.

Datum Romæ Apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſeptimo, 7. Cal. Aprilis. Pontificatus Noſtri Anno II.

E. Dat.

Tho. Thom. Gualterutius.

A. de Alexijs.

Anno a Natiuitate Domini, milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſeptimo, Indictione decimaquinta, die vero vigeſimaſexta menſis Martij, Pont. S.D.N. Domini Sixti diuina prouidentia Papæ Quinti, Anno Secundo Retroſcriptæ litteræ Apoſtolicæ affixæ, lectæ, & publicatæ fuerunt, & per aliquod temporis ſpatium dimiſſæ in valuis, ſiue portis Baſilicarum S. Ioannis Lateranenſis, & Sancti Petri Principis Apoſtolorum de Vrbe, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ, & aciei Campi Floræ, per nos Io. Freile, & Ottauium Tagliettum, Sanctiſsimi D. N. Papæ Curſ. Publicatio.

Alex. Parabiachus, Mag. Curſ.

L V.

De Inceſtis, in quibuſdam caſibus, pœna vltimi ſupplicij puniendis.

De Publicis autem Adulteriis, & Supris, & Lenocinijs, vide ſup. in conſt. 47. vbi notaui. f. 157.

SIxtvs Papa V. Motu proprio, &c.

VOLENTES, quantum in nobis eſt, comprimere effrænatas, & flagitioſas hominum libidines, ex quibus præter grauem diuinæ Maieſtatis offenſam, multa & magna indies ſcandala, cum ingenti animi noſtri dolore exoriri videmus; ac ſubditos potiſſimum noſtros, quorum ſalutis præcipuam, & peculiarē gerimus ſolicitudinem, peccandi licentia remota, ad pudicitiæ & caſtimonię ſtudia ſalubribus edictis incitare; Ac attendentes grauia quędam inceſtus crimina, tum naturali lege damnari, ſicuti legimus *Ruben, quia violauit torum patris ſui, primogenituram, & illius benedictionem perdidiſſe*; tum, & ab ipſo Domino in lege prohiberi, inter alias inceſtas cum affinibus, vel conſanguineis coniunctiones, *ne quis vxoris patris ſui, neue nurus ſuæ neque vxoris fratris ſui turpitudinem diſcooperiret, neque ſororem vxoris ſuæ in pellicatum acciperet, ea adhuc viuente*: pœnas quoque grauiſſimas in eadem lege inflictas fuiſſe, cum dicit; *eos, qui cum nouerca ſua, vel cum nuru ſua dormierint, vel ſupra vxorem filiam duxerint matrem eius, omnes morte mori debere.* Inſuper Apoſtolū acriter repræhendiſſe Corinthios, ob huiuſmodi cauſam illis verbis: *Omnino auditur inter vos fornicatio, qualis nec inter gentes, vt uxorem patris ſui aliquis habeat*: Legibus etiam

Cauſæ huius conſtitutoris.
Gen. c. 49.
Leuit. 18. 20. & 21.
Deut. 27. & 22.
1. Cor. 5.

Tot. Tit. Cod. & Auth. de Inceſt. nup. & Inſti. tit. de Nup. & l. 14. cũ ſeq. Dig. de Rit. Nupt.

c. 6. & c. pen. de eo qui cog. cõſan. & ibi DD.

1 Cor. 6

etiam ſęculi inter affines, veluti inter ſocerum & nurum, ſocrum & generum, vitricum & priuignam, nouercam & priuignum, leuirum & vxorem fratris, *atque alias huiuſmodi inceſtas coniunctiones*, varijs pœnis vetitas fuiſſe; ſed & inceſtum cum his perſonis fornicariè committentes, grauiori animaduerſione coerceri: Præterea viſum eſſe eam mulierem non rectè facere, quę in patris concubinatu fuit, deinde in filij vel nepotis eſſe cœpit vel contra, quòd pro nefaria ſit talis coniunctio, & ideo huiuſmodi facinus prohibendum ſit. Itidemq; ſub pœna ſtupri interdictum eſſe, ne liberi concubinas parentum ſuorum vxores ducerent: Ac demum ſecundum *ſacros Canones* affinitatis, non modo, ſi ex legitimo matrimonio, verumetiam ſi ex fornicario, & illicito coitu proueniat rationem habendam eſſe, eodem Apoſtolo dicente: *An neſcitis, quoniam qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur? Erunt enim*, inquit, *duo in carne una*: adeò vt inter perſonas huiuſmodi affinitate coniunctas, vſq; ad certos gradus matrimonia conſtare non poſſint: & propterea nequaquam tolerabile videri, vt homines cum quibuſuis perſonis, ſine vllo earum delectu & diſtinctione, nulla etiam ratione habita reuerentiæ, erga eas pręcipuè perſonas, quibuſcum huiuſmodi arcto affinitatis vinculo coniuncti ſunt, nedum diuino, ſed & naturali quodam iure debitæ, more Belluarum impunè ac temerè miſceantur. Et ne eorum impunitatis exemplo, alij deinceps in abominandam hanc libidinem prolabantur, ſed potius, vt qui Dei benignitate eos ad pœnitentiam expectante, non corriguntur, condigna punitione coerceantur.

Vir qui ſcienter matrem & filiã, ſiue duas germanas ſorores, carnaliter cognouerit pęna vltimi ſupplicij plectatur.

Motu ſimili, & ex certa noſtra ſcientia, &c. auctoritate Apoſtolica, perpetuò ſtatuimus, & ordinamus, vt in poſterum in Alma Vrbe noſtra, vel in quacunque alia Ciuitate, Oppido, vel loco, noſtræ & Rom. Eccl. ditioni in temporalibus ſubiectis, quicunq; auſu nefario, ſcienter matrem & filiam, ſiue duas ſorores germanas carnaliter cognouerit, etiamſi eæ, earumue altera publicę meretrices fuerint, ſiue clàm ſiue palàm, aut in figura matrimonij tale crimen admiſerit, ſiue etiam cum altera earum legitimo matrimonio coniunctus extiterit, pœna vltimi ſupplicij plectatur.

Mulier carnaliter peccans cũ viro, cum quo ſcit matrem, aut filiã, aut ſororem ſuã rem habuiſſe, eand. pęnã incurrat.

Qua itidem pœna mulier puniatur, quæ ſciens matrem, aut filiam, vel ſororem ſuam cum aliquo viro rem habuiſſe, eidem viro ipſa quoque ſui corporis copiam fecerit.

Mulier q̃ cũ patre & filio, uel duobus fratribus, carnaliter ſcienter peccauerit, ead. pœna puniatur.

Similiter volumus vnamquamque mulierem, etiam ſi inſtigante humani generis hoſte, eò deuenerit impudentiæ, vt corpore publicè quæſtum faciat, quæ cum patre & filio, ſiue cum duobus germanis fratribus, ſciẽter, ſe carnaliter commiſcuerit, ſiue à prędictis ſciens ſe carnaliter cognoſci permiſerit, etiamſi eorum alteri legitimo toro copulata fuerit, pœna vltimi ſupplicij puniri.

Vir ſciens eius patrẽ, uel filiã, aut fratrẽ cum muliere peccaſſe, ſi cum ead. ipſe peccauerit eandem pœnã incurrat.

Idque etiam in eum virum volumus obſeruari, qui ſciens patrem, aut filium, vel fratrem ſuum cum muliere aliqua rem habuiſſe, ipſe etiam eandem mulierem carnaliter cognoſcere non erubuerit.

Decernen. ſic in præmiſſis vniuerſis & ſingulis, per quoſcunque Iudices, & commiſſarios, quauis auctoritate fungentes, ſublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, in quauis cauſa & inſtãtia, iudicari & diffiniri debere; necnon irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decretum irritans.

Iudicum auctoritas procedendi cõtra in pdictos delinquẽtes eorumque fautores, iuxta formam huius conſtit.

Et nihilominus mandamus vniuerſis & ſingulis dictæ Vrbis, ac totius Status noſtri Eccleſ. iudicibus ordinarijs, quauis dignitate & auctoritate fungen. modernis, & pro tempore exiſten. quibus contra reos talium criminum iuriſdictio competit, vel in futurum competet, vt de cætero perpetuis futuris temporibus, in eos qui iuxta pręmiſſa criminoſi, & delinquentes fuerint, vt ſupra diſpoſitum eſt, animaduertant, contumaces, rebelles, & inobedientes, eiſque auxilium, conſilium, vel fauorem præſtantes, per opportuna iuris & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato etiam vel adhibito ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſęcularis.

Clauſulæ derogatoriæ.

Non obſtan. conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſt. dictæq; Vrbis, ac aliarum eiuſdem Status, Prouinciarum, Ciuitatum, Oppidorum, & locorum ſtatutis, nouis reformationibus, conſuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apoſt. vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegiis quoq; indultis, & litteris Apoſt. illarum Ciuibus, Incolis, Populis, & Magiſtratibus, aut aliis perſonis quomodolibet conceſſis, approbatis,

batis, & innouatis. Quibus omnibus, illorum tenores pro plenè & ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, ſpecialiter & expreſsè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Volumus autem, vt pręſentis Motus proprij ſola ſignatura ſufficiat, & vbique, tam in iudicio, quàm extra illud, & tàm in Rom. Cur. quàm extra eam, plenam, & indubitatam fidem faciat, regula contraria non obſtante.

Vtq; in valuis Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, & in acie Campi Florę, more ſolito affigatur, & eo detracto, illius exempla etiam impreſſa, inibi affixa relinquantur, factaq; huiuſmodi publicatione, hic in Vrbe poſt quindecim, extra verò eam, poſt triginta dies, quoſcunque perinde arctet & afficiat, ac ſi eorum vnicuique perſonaliter intimatus fuiſſet. *Forma & effectus publicationis huius cóſt.*

Sed, & quò facilius poſſit ad ſingulorum notitiam peruenire; mandamus omnibus & ſingulis Legatis, Vicelegatis, Praſidentibus, & Gubernatoribus Prouinciarum, & Ciuitatum quarumcunq; dictę noſtrę ditionis Eccleſiaſt. vt in ſua quiſque reſidentia, & in alijs Terris, & Oppidis eis benè viſis, curent eundem Motumprop. illiusve tranſumpta in locis conſuetis, de more publicari: Ac decreuimus ipſis tranſumptis etiam impreſſis, manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonę in dignitate Eccleſiaſtica cōſtitutæ munitis, in iudicio & extra illud vbiq; eandē fidem adhibendam eſſe, quæ eidem ſignaturę pręſentis Motus proprij adhiberetur, ſi eſſet exhibita vel oſtenſa. *Officiales curent in eorum locis hanc conſti. publicari.*

Datum Romæ Apud Sanctum Petrum. Non. Aprilis, Anno Secundo.

Fiat Motuproprio F.

Anno à Natiuitate Domini, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſeptimo, indictione decimaquinta, die verò octaua Menſis Maij, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Sixti diuina prouidentia Papæ V. Anno eius Tertio. Retroſcriptæ litteræ affixæ, & publicatæ fuerunt ad Valuas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, & in acie campi Floræ, per me Ioan. Baptiſtam Bagni, & Octauium Tagliettum Curſ. *Publicatio.*

Alex. Parabiachus Magiſter Curſ.

LVI.

Ordinatio Titulorum, & Diaconiarum pro S. R. E. presbyteris, & Diaconis Cardinalibus.

Cardinalium numerum, ordinem, ſtatum, officium, & qualitates, præfiniuit hic idem Sanctiſſ. Pont. ſup. in conſt. 50. fol. 164. vbi not.

SIXTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. RELIGIOSA Sanctorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorū prouidentia inſtitutum olim fuit, iam inde à vetuſtiſſimis temporibus, & poſteris traditum, vt Sanctæ Romanæ Eccleſiæ presbyteris, certæ in Vrbe Roma Eccleſiæ, Tituli appellatę, quaſi quędam cuiuſq; proprię Diœceſes; Diaconibus verò Vrbis regiones ad Chriſtianę Religionis propagationem, & conſeruationem aſſignarentur. Quæ quidem ſancta inſtitutio plurium ſæculorum continuata ſerie, ac pro temporum varietate ſuſceptis incrementis, ad noſtram vſque ętatem ſeruata, ita viget, vt pręter ſex Epiſcopos Cardinales, qui certis Cathedralibus Eccleſijs Vrbi finitimis pręſunt, ſingulis presbyteris & Diaconis Cardinalibus proprię in Vrbe Eccleſię, Tituli videlicet & Diaconię cū ſuis Clero & populo, ac quaſi Epiſcopali iuriſdictione in ſpiritualibus & temporalibus regendæ, & adminiſtrandæ committantur. Proinde nos, poſtquam per noſtram nuper editam conſtitutionem, creandorum Cardinalium numerum, computatis ſex Epiſcopis prædictis, quatuordecim Diaconis, reliquis verò presbyteris Cardinalibus, ad ſeptuaginta pręſcripſimus: nunc quoque ad Dei honorem, atque ad ipſius Sanctæ Romanæ Eccleſiæ decus & ornamentum, ac Romani Cleri & populi bonum regimen, ſalubremq; directionem, eiſdem presbyteris & Diaconis Cardinalibus totidem titulos & Diaconias, ipſorum amplitudini & dignitati maximè congruentes,

Ex antiquiſſima inſtitutione vſq. modo ſeruata, ſolent quędā Cathedrales eccleſiæ Vrbi finitimæ aſſignari Cardinalibus epiſcopis, & alię Vrbis eccleſiæ alijs card. pbyteris, aliæque Car. Diaconis. Sanctiſſ. itaque Pontif. iſte qui Card. numerū ad 70. pſcripſit vt ſup. in cōſti. 50. modo eccleſiarum Titulos & diaconias p presbyteris, & Diaconis Cardinalib[us] determinat.

tes, duximus aſſignandos. Ac licèt pleræq; ex antiquis Eccleſijs in titulos & Diaconias concedi ſolitis, aut à prædeceſſoribus noſtris ſucceſſu temporum additis, adhuc integræ & illæſę permaneant: tamen quia nonnullæ,tum diuturnitate & iniuria temporum, tum diuerſis quæ olim contigerunt eiuſdem Vrbis direptionibus,incendijs,& ruinis collapſæ ſunt:Nos antiquæ pietatis & Religionis Chriſtianę monumenta conſeruare cupientes, ſicuti Sacroſanctas Baſilicas, & auguſtiora templa antiquitate ipſa veneranda, nedum ſarta tecta cuſtodiri, ſed & ingenti noſtro ſumptu reſici, inſtaurari, & ornari indies magis curamus; ita etiam primo quidem loco veteres & nobiles Eccleſias, priſcis temporibus,in titulos presbyterorum Cardinalium, vt præfertur, inſtitutas,delegimus, eaſq; omnes,quæ adhuc extant, voluimus omnino in titulos pro modernis & futuris presbyteris Cardinalibus retinere. Deinde ex ijs, quæ recenti memoria in titulos erectæ fuerunt,prætermiſſis quibuſdam, propter loci incommoditatem,aut aliàs minus idoneis, cæteras itidem retinere, ac demum,ne titulorum numerus presbyteris Cardinalibus deſit, exemplo nonnullorum noſtrorum prædeceſſorum, aliàs partim antiquas, nondum tamen huiuſmodi honore decoratas, partim verò recentiores, celebres tamen Eccleſias,dignitate Præſulum maiorem in modum illuſtrare,& in ſimiles titulos erigere &inſtituere,ac pro numero presbyterorum Cardinalium tot Titulos addere & ſupplere; ex Diaconijs quoque antiquitus inſtitutis, quatuordecim magis inſignes pro totidem Diaconis Cardinalibus ſeligere,& congrua diſtinctione cõfuſionem perpetuò tollere decreuimus, eoſdem nimirum Titulos & Diaconias proprios cuiuſq; ordinis certos & diſtinctos aſſignando, ita vt nunquam in poſterum, quod hactenus ſæpe factum eſt,presbyteris Diaconiæ,neq; Diaconis Tituli presbyterales,perturbato ordine, aut promiſcuè concedantur. Quod quidem rationi conſentaneum videtur, vt quemadmodum ſummus Pontifex vniuerſali Eccleſiæ præſidens,& omnium totius orbis Eccleſiarum ſolicitudinem gerens, ſpecialiter tamen Vrbis Romæ Epiſcopus exiſtit, & in ea diuina diſpoſitione ſupremam Sacerdotalis poteſtatis Cathedram tenet; pari quoq; ratione Cardinalibus, quos vti ſpeciales S. R. E. filios,in Apoſtolici muneris functione,atq; in vniuerſæ Reipublicæ Chriſtianę adminiſtratione pręcipuos,ſibiq; maximè coniunctos habet conſiliarios, & cooperatores in eadem Vrbe Roma, quæ olim B. Petri ſede in ea conſtituta, ipſius & Coapoſtoli eius Pauli doctrina & martyrio conſecrata, & caput Chriſtiani orbis & religionis effecta eſt certa ſedes, manſionem & locum vnicuiq; proprium aſſignet,cuius quidem loci conceſsione,ijdem Cardinales & ſui officij admoneantur, & reſidentiæ, quam aſsiſtendo ipſi Romano Pontifici ſeruare debent, & vel ex hoc magis tanquam in vnum corpus compacta membra, ſacro capiti connexa eſſe, & ab illo dependere clariùs dignoſcantur.

Habita igitur cum Venerabilibus fratribus noſtris eiuſdem S.R.E. Cardinalibus deliberatione matura, de eorum conſilio, & aſſenſu, ſtatuimus & ordinamus in poſterum perpetuis futuris temporibus, presbyteris Cardinalibus, has tantum, quæ infra deſcriptæ ſunt, Eccleſias, neq; alias in titulos aſſignari debere; videlicet, ex antiquis S.Crucis in Hieruſalem, SS.Marcellini & Petri, SS.Quatuor Coronatorum, SS.Ioannis & Pauli, S.Anaſtaſiæ, S.Sabinæ, S. Stephani in Cœlio monte, S. Clementis, S. Nerei & Archillei,S. Suſannæ,S. Pudentianæ,S. Sixti,S. Petri ad Vincula,Sancti Martini in Montibus. S. Euſebij, S. Priſcæ, S. Vitalis, S. Marci, S. Marcelli, S. Laurentij in Lucina, Baſilicæ xij. Apoſtolorum,S. Laurentij in Damaſo,quæ. S.R.E. Vicecancellario pro tempore exiſtenti perpetuò conceſſa & aſsignata eſt, S. Balbinæ, S. Cæciliæ,Sancti Chryſogoni, S. Praxedis, S. Mariæ Tranſtiberim. Ex poſterioribus verò SS. Quirici & Iulitę, S. Ioannis ante Portam Latinam, S. Agnetis in Agone, S. Laurentij in Paliſperna, S. Thomæ in Parione, S. Silueſtri in Campo Martio, S. Pancratij, S.Bartholomæi in Inſula, S. Matthæi in Merulana, S. Mariæ de Aracœli, S. Mariæ in Via, S. Marię ſupra mineruam, S. Mariæ Angelorum in Thermis, S. Hieronymi Illyricorum; Necnon quas ſupradictis antiquis, & poſterius inſtitutis addimus, & ex nunc in Titulos presbyterorum Cardinalium, cum honoribus,inſignibus,priuilegijs,auctoritatibus, & præeminentiis debitis & conſuetis, inſtar aliarum Eccleſiarum, quę in ſimiles titulos per noſtros prędeceſſores antiquitus erectę, & inſtitutę fuerunt, ſine alicuius

Tituloſq; pro 50. presbyteris Card. ordinat, & eis aſsignat.

prę iudi-

præiudicio, perpetuò erigimus & inſtituimus, ac titulorum nomine & dignitate inſignimus & decoramus, S. Honuphrij in Ianiculo, mutato illius ſtatu ex Diaconia, quæ hactenus fuit, in titulum presbyteralem S. Auguſtini, S. Mariæ de Populo, S. Alexij in Auentino, S. Blaſij de Annulo, S. Mariæ de Pace, S. Saluatoris de Lauro, S. Petri in Monte aureo, Sanctiſſimæ Trinitatis in Monte Pincio, S. Mariæ Tranſpontinæ.

Ex Diaconijs verò antiquis ſtatuimus retinendas eſſe tantummodo quatuordecim infraſcriptas, videlicet, S. Mariæ in Aquiro, S. Mariæ in Coſmedin, SS. Coſmæ & Damiani, S. Mariæ Nouæ, S. Hadriani, S. Mariæ in Via lata, Sanctæ Mariæ in Porticu, S. Angeli in foro Piſcario, S. Nicolai in carcere Tulliano, S. Mariæ in Domnica, S. Euſtachij, S. Viti in Macello, S. Agathæ, ac S. Georgij ad velabrum Eccleſias, quæ inſigniores exiſtunt, & pręſcriptum à nobis Diaconorum Cardinalium numerum exęquãt, ita vt computatis Eccleſijs Cathedralibus, videlicet Oſtienſi & Veliterna, inuicem vnitis, Portuenſi & S. Rufinę itidem vnitis, Albanenſi, Sabinenſi, Tuſculana & Pręneſtina, quibus ſex Epiſcopi Cardinales præſunt, & titulis presbyterorum ſuperius deſignatis, numerum ſeptaginta Eccleſiarum conſtituant, & alter pręterea titulos ſupra numerum additus ſit, vt ſi quando contingat Diaconum vel Epiſcopum Cardinalem Vicecancellarium eſſe: & ideo eundem dictæ Eccleſiæ S. Laurentii in Damaſo, quę Vicecancellario pro tempore exiſtenti, per litteras fel. recor. Clementis Papæ VII. prędeceſſoris noſtri perpetuò, vt præfertur, conceſſa & aſſignata fuit, pręeſſe, alicui presbytero Cardinali proprius titulus non deſit.

Diaconias, quoq; pro 14. Diaconis Cardinalibus ordinat, & eis aſsignat.

Epiſcopatuſq; pro ſex Epiſcopis Cardinalibus deſignat.

Hæc cõſt. Clem. 7. eſt ſup. f. 344

Omnes verò illas Eccleſias, quæ per pręſentem noſtram conſtitutionem presbyteris Cardinalibus in titulos aſsignatę ſunt, nunc verò à Diaconis Cardinalibus, etiam forſan ex diſpenſatione Apoſtolica, pro Diaconia obtinentur: itidem omnes & quaſcunque ex quatuordecim ſuperius enumeratis Diaconiis, quæ presbyteris Cardinalibus in Titulos forſan, etiam ex ſimili diſpenſatione conceſſæ aliàs fuerunt, & ab iis obtinentur. Demum omnes, & quaſcunque Eccleſias ſuperius non expreſſas, ipſis presbyteris, aut Diaconis Cardinalibus in titulos, aut Diaconias commiſſas, & aſsignatas, ac per ipſos obtentas, volumus & decernimus per pręſentes, ex nunc eo ipſo vacare; & quaſcunque illarum aſsignationes, conceſsiones, necnon diſpenſationes, deſuper etiam Motuproprio & Conſiſtorialiter, ac de ſimili fratrum conſilio expeditas, quę à prędeceſſoribus noſtris, ſeu; à nobiſmetipſis emanarunt, litteraſque Apoſtolicas deſuper confectas, proceſſuſque habitos per eaſdem, & inde ſecuta quęcunque caſſamus, irritamus, & annullamus; irritaq; & nulla, ac nullius roboris vel momenti eſſe nuntiamus, mox aſsignaturi eiſdem Cardinalibus, ex quorum perſonis Eccleſię in Titulos, aut Diaconias per eos hactenus obtentę, vigore huius noſtri decreti vacant, & eorum cuilibet alios Titulos, aut Diaconias ex ſupradicto numero, proprio cuiuſque ordini congruentes. In alijs verò, præterquam ſupranominatis Eccleſiis, etiam ſi earum aliquæ in titulos presbyterorum, aut denominationes Diaconorum Cardinalium concedi ſolitę ſunt, & Cardinales iis pręfici conſueuerunt (quarum ſingularum ſituationes, & inuocationes pręſentibus haberi volumus pro expreſsis) nomina, inſignia, denominationes, & ſtatum huiuſmodi Titulorum, aut Diaconiarum perpetuò ſupprimimus & extinguimus; ac diſtrictè etiam interdicimus, ne decętero vnquam perpetuis futuris temporibus, alia quàm ex ſupraſcripto numero Eccleſia, in Titulum, aut denominationem Cardinalatus, cuipiam presbytero, aut Diacono Cardinali concedatur, aut aſsignetur; neque aliis quàm ſupranominatis titulis, aut Diaconiis presbyteri, vel Diaconi Cardinales pręficiantur: neuè vnquam aliqua ex ſupradictis Diaconiis, presbytero, neque contra, vllus ex dictis Titulis Diacono Cardinali quomodolibet concedatur vel aſsignetur; neque cum iis, aut eorum aliquo, ex quauis cauſa, deſuper diſpenſetur.

Eccleſias, quæ aliter quam vt ſupra, & etiam aliæ quã ſupra expreſſæ non ſunt a Cardinalibus obtinentur, ex nunc vacare decernit.

Eccleſiaſq; prædictas tantum & non alias in Titulũ & Diaconiam, Cardinalibus, modo & forma prædictis in futurũ aſsignari præcipit.

Sed & decreta aliàs in Conſiſtorio ſuper hoc edita innouantes & ampliantes, pari ratione, etiam perpetuò prohibemus, ne in poſterum alicui presbytero, aut Diacono Cardinali, qui alterum titulum, aut Diaconiã quomodolibet aſſecutus fuerit; quiuè ex ordine Diaconorum ad ordinem presbyterorum, vel ad Epiſcopalem dignitatẽ tranſierit, aut ex ordine presbyteratus in Epiſcopum pariter promotus fuerit, licentia & fa-

Licentias retinendi eccleſiã prioris Tituli, vel Diaconiæ, Cardinalibus concedi prohibet.

Cc cultas

cultas retinendi priorem Eccleſiam ſui tituli vel Diaconiæ in adminiſtrationem, aut in titulum; neuè Canonicatuum & præbendarum, dignitatum, officiorum aut beneficiorum dimiſſi Tituli vel Diaconiæ collatio, neq; Palatij, domus, vineæ, hortorum, aut fructuum, reddituum, & prouentuum, aut iurium quorumcunq; ad huiuſmodi Titulos ſeu Diaconias pertinentium, ad tempus, ſeu ad vitam retentio, aut vlla alia reſeruatio, quouis prætextu, occaſione, vel cauſa, etiam melioramentorum & ſumptuum in illarum reparationem, neceſſitatem, ſiue vtilitatem factorum, concedantur; ſed volumus vt ipſi Tituli, & Diaconiæ, cum illis annexis, iuribuſque & pertinentijs ſuis vniuerſis liberè dimittantur.

Cardinaleſque in ſubſcriptionibus fiedis in litteris Apoſt. nomen Tituli, aut Diaconiæ, aut Epiſcopat. ſui exprimere debent.

Inſuper pręcipimus, & perpetuò ordinamus, vt de cętero in quibuſcunq; litteris Apoſtolicis, in quibus Cardinalium ſubſcriptio manu propria facienda erit, ijdē Cardinales etiā tituli, ſeu Diaconię, vel Epiſcopatus ſui Cardinalatus nomine expreſſo ſe ſubſcribāt.

Decretum irritans.

Decernentes per huiuſmodi erectionem, & inſtitutionem, decem prædictas per nos in titulos erectas Eccleſias tantummodo, nouis priuilegijs, & dignitate auctas, decoratas, & inſignitas; nihil autem omnino pręiudicij cuiquam illatum, nihil alieni iuris detractum, aut imminutum cenſeri poſſe, aut debere; ſicq; per quoſcunq; Iudices ordinarios & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, & Cardinales prædictos, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & in quauis cauſa & inſtantia, iudicari, & diffiniri debere; necnon irritum & inane, ſi ſecus ſuper pręmiſſis, eorumuè aliquo à quoquam, quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulæ derogatoriæ.

Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac Eccleſiarum ſupradictarum, & aliarum quarumcunque, necnon ordinum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis, illis, ac quibuſuis perſonis quomodolibet conceſſis, approbatis & innouatis: Quibus omnibus, illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, ſpecialiter & expreſsè derogamus, cęteriſq; contrarijs quibuſcunq; Sic igitur ipſi Cardinales, quibus huiuſmodi Eccleſiarum regimē, cura, & adminiſtratio pro tempore commiſſa erunt, eas in ſpiritualibus & temporalibus ſolicitè, fideliter & prudenter regant & gubernent, ac iuxta conſtitutionem pię memorię Leonis Papę X. prædeceſſoris noſtri, in Concilio Lateranenſi nouiſſimè celebrato, ędită, frequenter viſitent, circa cultum diuinum inuigilent, mores ac vitam cleri & populi eis ſubiecti diligenter explorent, eoſq; ad rectè & honeſtè viuendum paterno moneant affectu, bonorum ac tēporalium reddituum curam gerāt, ſic ad Dei gloriam & fidelis populi ędificationem, pia & magnifica ſtructura & fabrica, ſuas quiq; Eccleſias inſtaurare ſtudeant & exornare; & tam in vita, quàm in mortis articulo, pro diuini cultus augmento, & ſalute animarum ſuarum, ac congruè ſuſtentandum aliquem presbyterum, qui inibi in diuinis deſeruiat, ſiue aliàs erga ipſas Eccleſias, ſi reparatione indigeant, vel alia ſubuentione, de bonis ſibi a Deo collatis, prout cuiq; pro modo facultatum conſcientia dictauerit, munificos ſe exhibeant & liberales, vt earundem Eccleſiarū decora & ornamenta tantorum Præſulum reſpondeant dignitati, ac ipſæ Eccleſiæ tam ſublimibus perſonis gaudeāt ſe commiſſas, & eorū amplitudine illuſtratas; ijdemq; Cardinales exinde ipſius S.R.E. cuius nobiliſſima membra ſunt, maieſtatem ſua pietate, ſolicitudine, & prudentia in dies magis extollant, & reuerentiam omnium gentium erga illam exemplis bonorum operū inſigniter augeant, ac deniq; pręter ęternę retributionis pręmia, digna quoque laudum præconia à nobis & Apoſt. Sede valeant promereri. Mandamus verò, vt pręſentes litterę in quinterno Cancellarię Apoſtolicę de more deſcribātur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatutorum, ordinationum, erectionis, inſtitutionis, inſignitionis, decorationis, voluntatum, decretorum, caſſationis, irritationis, annullationis, nūciationis, ſuppreſſionis, extinctionis, interdicti, innouationis, ampliationis, prohibitionis, pręcepti, derogationis, & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem omnipotētis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Romę Apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1587. Id. Apr. Pont. noſtri Anno II.

Cardinales circa iſtarum Eccleſiarum regimen & adminiſtrationem gerant ſe iuxta conſt. Leon. x. quæ eſt ſupra fol. 192.

✠ Ego

✠ Ego Sixtus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

✠ Ego A. Card. Farneſius Vicecancellarius Epiſcopus Oſtien.
✠ Ego Iac. Card. Sabellus Epiſc. Portuen.
✠ Fgo Io. Ant. Card. Sancti Georgij Epiſcopus Tuſcul.
✠
✠
✠ Ego In. Aualus Card. de Arag. Epiſcnpus Sabinen.
✠
✠ Ego M. S. Card. ab Altaemps tituli S. Mariæ Tranſtiberim.
✠ Ego Marcus Antonius Card. Columna tituli S. Laurentij in Lucina.
✠
✠
✠ Ego Gabr. Card. Paleotus tt. Sancti Martini in montibus.
✠ Fr. Michael Bonellus Card. Alexandrinus tt. S. Mariæ ſuper Mineruam.
✠ Ego Ludouicus Cardinalis Madrutius tituli S. Anaſtaſię.
✠ Ego N. Card. Sanctæ Praxedis.
✠ Iul. Ant. Sanctorius tt. S. Bartholomęi in Inſula Card. S. Seuerinę.
✠ Ego Hieronymus Card. Ruſticucius tt. Sanctæ Suſannæ.
✠ Ego Io. Hieronymus Card. Albanus. S. Io. ante portam Latinam.
✠
✠
✠ Ego P. Card. Deza.
✠
✠
✠ Ego Ant. Card. tt. S. Ioannis & Pauli.
✠ Ego Io. Antonius Card. SS. Quattuor.
✠ Ego Io. B. Card. S. Marcelli.
✠
✠
✠
✠ Ego Iul. Card. Cananus tt. S. Euſebij.

✠
✠ Ego Ant. Maria Card. Saluiatus.
✠ Ego Aug. Card. Veronæ tt. S. Marci.
✠ Ego Vincen. tt. S. Mariæ in Via Card. Montis Regalis.
✠ Ego Phil. tt. S. Sabinæ Card. Spinula.
✠
✠
✠ Ego Scipin Card. Lancelottus.
✠ Egn Vinc. Card. Gonzaga.
✠
✠
✠ Ego Fed. Car. Cnrnelius tt. S. Stephani.
✠ Egn Hippolytus Card. Papien. tt. Sanctæ Mariæ in Porticu.
✠
✠ Ego Decius Card. Azzolinus tt. Sancti Matthęi in Merulana.
✠ Ego Hipp. Card. Aldobr. tt. S. Pancratij Maior Pœnit.
✠ Ego Hier. Card. de Ruuere, tt. Sancti Petri ad Vincula.
✠
✠
✠
✠ Ego Fr. Conſtantius Card. Sarnanus.
✠ Ego Ferd. S. Mariæ in Via Lata Diac. Card. de Medicis.
✠ Ego Philippus S. Euſtachij Diac. Card. Vaſtauillanus Camerarius.
✠
✠
✠
✠
✠ A. Card. Montaltus.
✠ Ego Hier. Sancti Hadriani Diaconus Card. Matthæius.
✠ Ego Benedictus S. Georgii Diaconus Card. Iuſtinianus.
✠ Egn Aſcanius SS. Viti, & Modeſti, & Creſcentiæ Diac. Card. Columna.

Tho. Thom. Gualt.

Anno a Natiuitate Domini Milleſimo quingenteſimn octuageſimo ſeptimo, Indictione decimaquinta, die verò xiij. Menſis Maii, Pntificatus Sanctiſsimi in Chriſtn Patris, & D. N. D. Sixti diuina prouidentia Papæ V. Annn eius Secundo, Retroſcriptæ litteræ affixæ, & publicatæ fuerunt ad Valuas Baſilicarum Principis Apoſtolnrum, S. Ioannis Lateranen. de Vrbe, & Cancellariæ ac Cameræ Apoſtolicæ, & in acie Campi Floræ, per me Ioan. Baptiſtam Bagni eiuſdem S. D. N. Papæ Curſ. Publicatio.

Alex. Parabiachus Magiſter Curſ.

Cc 2 De Pœnis

LVII.

De Pœnis detinentium libros & ſcripturas Reuer. Cameræ Apoſt. eaſq; infra ſex dies, eiuſdem Cameræ Commiſſario non reſtituentium, ſcientiumq; & non reuelantium. Et de iuriſdictione Commiſſarij Reuer. Cameræ Apoſt. contra eoſdem.

Conſonat conſtitutio 24. Iulij III. quæ eſt ſup. fol. 524. & Pij V. quæ à me poſita fuit ſup. proximè in fi. conſt. 44. fol. 140.

De pœnis autem occupantium alia bona Reuer Cameræ Apoſt. vide ſup. in Pauli IV. conſt. 15. fol. 600. & Pij IV. conſt. 9. fol. 657. vbi notaui.

SIxtvs Papa Quintus, Motu proprio, &c.

NON ſine maxima animi moleſtia accipimus, à quamplnribus annis citra plures libros Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, & illius miniſtrorum, ac diuerſas ſcripturas, inſtrumentaq; publica, & priuata, ad eandem Cameram ſpectantia, ab aliquibus perſonis, tam ex Archiuio dictæ Cameræ, quàm ex officijs Notariorum illius, & alijs locis clam ſubrepta, & occultata fuiſſe, ac etiã aliàs diuerſimode amiſſa, ſeu deperdita, ad variarum perſonarum manus deueniſſe, & per eaſdem perſonas temerè & indebitè detineri, in animarum ſuarum periculum, dictæq; Cameræ, & diuerſarũ perſonarum intereſſe habentium damnum, ac iacturam non modicam. Motu igitur ſimili, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnes, & ſingulas perſonas, tam Eccleſiaſticas, quàm ſæculares, & cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, etiam quauis ampliſſima dignitate fungentes, quæ aliquos libros, vel ſcripturas, ſeu inſtrumenta quęcunque publica, vel priuata, ad præfatam Cameram quomodolibet ſpectantia, & pertinentia, vndecunque ſubripuerint, vel ab alijs ſurrepta, ſeu deperdita, vel aliàs quomodolibet ad manus ſuas habuerint, & penes ſe detinuerint, vel detineant de pręſenti, aut illorum detentores ſciuerint, vel ſciant, in Domino monemus, eiſque nihilominus in virtute Sanctę obedientię, ac ſub excommunicationis maioris latę ſententię pœna, à qua non niſi à nobis, vel Succeſſoribus noſtris Rom. Pont. pręterquam in mortis articulo conſtituti, abſolui poſſint, priuationiſq; omnium, & ſingulorum officiorum, & beneficiorum ſuorum, ſi quę obtinent, inhabilitatiſq; ad illa & alia impoſterum obtinenda, iniungimus, & mandamus, vt intra ſex dierum proximè futurorum terminum, quorum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies pro tertio & peremptorio termino aſſignamus, libros, ſcripturas, & inſtrumenta præfata, qui illos & illa habent, Dilecto filio Ioffredo Lomellino Notario, & familiari noſtro, ac dictę Cameræ generali Commiſſario, cui, ſui officij ratione, huiuſmodi ſcripturarum cura, & pro illis procedendi facultas, per alias noſtras litteras præcipue demandata eſt, reſtituant. Alii verò ſcientes penes quos illa fuerint, vel ſint, eidem reuelent, & ſignificent cum effectu. Nos enim qui libros, ſcripturas, ſeu inſtrumenta pręfata retinuerint aut occultauerint ſeu illa retinentes non reuelauerint, dicto termino elapſo, ipſo facto & abſque aliqua citatione & declaratione, pœnas præfatas incurriſſe, & ad illarum executionem deueniri poſſe, & debere decernimus & declaramus; ac volumus, & mandamus. Mandantes propterea eidem Ioffredo Commiſſario, vt elapſo dictorum ſex dierum termino, contra habentes ſeu detinentes libros, ſcripturas, & inſtrumenta huiuſmodi, ac illa, & illas in dicto termino non reſtituentes, vel vbi, ſeu penes quem, ſeu quos illa ſint, ſcientes, & non reuelantes, tamquam contra fures, etiam iuxta eius ordinarias facultates, etiam ex officio, & per inquiſitionem, ad illorum carcerationem & examina, pro reperienda veritate, ac prout

Scripturarum Cameræ Apo. detinentes, & intra ſex dies nõ reſtituẽtes ſeu ſcientes, & non reuelãtes, pœnas hic deſcriptas incurrunt.

Commiſſarius Cam. Apoſt. poſt ſex dies, cõtra pręfictos tanquam corã fures ꝓcedet. Hoc habes etiã ſup. in conſtit. 44. fol. 140.

prout iuris fuerit, ad eorum condemnationem, illiuſque, & pręfatarum pœnarum executionem, etiam omnibus aliis iuris & facti viis, & remediis opportunis procedat. Vt autem hęc omnibus innoteſcant, tam pręſentes (quarum ſolam ſignaturam ſufficere volumus) quàm Motumproprium facultatum, quas pię mem. Pius Papa Quintus prędeceſſor noſter olim, pro recuperatione ſcripturarum Camerę, & ſedis Apoſtolicę bo. mem. Carolo de Graffis Epiſcopo Montisfiaſconen. & q. Honuphrio Camaiano, dictę Camerę Prępſidenti, dum in humanis agerent, ſub Datum videlicet, decimoquarto Kal. Septembris, Pontificatus ſui Anno tertio, conceſſerat; de quarum publicatione nō conſtat, quaſq; facultates Nos nuper in perſonam dicti Ioffredi Commiſſarii, per eaſdem noſtras innouauimus, in valuis Baſilicę Sancti Petri de Vrbe, & Camerę Apoſtolicę, necnon Cancellarię noſtrę Apoſtolicę, & in acie Campi Florę, per vnum ex noſtris Curſoribus publicari, earumq; exempla, etiam impreſſa, de more affigi mandamus; publicationemq; huiuſmodi eos, quos pręmiſſa concernunt, afficere, perinde ac ſi vnicuique eorum perſonaliter intimatę fuiſſent, decernimus, cum eorum quę tam publicè notificantur, nulli valeat probabilem ignorantiam allegare: Ac etiam volumus, & mandamus, quòd pręſentium exempla, etiam vt pręmittitur impreſſa, manuq; dicti Ioffredi Commiſſarij ſubſcripta, & eius ſigillo ſigillata, eandem vbiq; locorum fidem faciant, quam præſentes facerent, ſi in medium exhibitæ eſſent, vel oſtenſę; Et nihilominus etiam mandamus, litteras Apoſtolicas, ſiue ſub plumbo, ſiue in forma Breuis, quandocunque expediri poſſe.

Forma, & effectus publ. huius conſt. & etiam conſtitutionis Pii V. circa facultates Camaiano conceſſas pro recuperatione ſcripturarum Cam. Ap. quæ eſt ſup. in ſi. conſt. 44. f. 140

Placet Motuproprio F.


Regiſtrata in Camera Apoſtolica libro Primo Signaturarum S. D. N. fol. 178. penes me infraſcriptum dictę Camerę Notarium & Cuſtodem. Tydeus de Marchis.

Regiſtrata in Cam. Apoſt.

Die vigeſimaſeptima Aprilis, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſeptimo, Supraſcripta Motus proprij cedula, affixa, & publicata fuit, vnà cum alia ſuperius narrata alterius Motus proprij cedula, in locis ſupraſcriptis, vt moris eſt, per me Io. Andream Pannizzam, S.D.N. Papæ Curſorem.

Publicatio huiꝰ conſt. & etiam conſtitutionis Pii V. hic nominata.

Alexan. Parabiachus Magiſter Curſ.



Conſtitutiones Anni Secundi ſunt 23.

HOSPITALIS PAVPERVM MENDICORVM

In Vrbe Erectio, annuorumq; redditũum aſsignatio, ac Priuilegiorum & gratiarum conceſsio.

SIXTVS Epiſcopus Seruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

QVAMVIS infirma & varia mortalium conditio, ita diuinę prouidentiæ inſcrutabili diſpenſatione ordinata, & quaſi in quoſdam gradus diſtincta ſit, vt ſecundum propriam vocationem, aliqui in hoc mundo temporalibus copijs abundent, aliqui mediocrem, aut tenuem vitam degant, quidam autem pauperes & miſerabiles ſint, qui aliena diuitum ope ad ſui ſuſtentationem indigeant, quod & ita ſemper fore *Moyſes* populum Iſrael
Deut. c. 15. præmonuit, dicens: *Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ: idcirco ego præcipio tibi, vt aperias manum fratri tuo egeno & pauperi, qui tecum verſatur in terra. Et Dominus* diſcipulis ſuis confir-
Matth. c. 26. mauit illis verbis: *Semper pauperes habebitis vobiſcum*. Ipſe tamen rerum diuinarum atq; humanarum rector, ac moderator Deus, qui vitæ ſubſidia & opes ſic inæqualiter hominibus diſtribuens ac diuidens, non ideo iniuſtus aut iniquus (quod abſit) dici poteſt; nec ſine cauſa efficit, vt alij affluant & abundent; alijs verò hęc ipſa deſint & illis egeant, ſed vt hac via diuites quidem ſuæ benignitatis ac fidelis adminiſtrationis præmia accipiant, pauperes verò per virtutem patientiæ coronati, digna mercede honorentur, voluit pro ſua immenſa in vniuerſum genus humanum charitate ac beneficentia, potiſſimum erga pauperes & egenos, eam ſpecialem ac perpetuam curam diligẽter adhiberi, vt neque indigerent, neq; mendicare cogerentur; quemadmodum & prædicto popu-
lo Iſrael per eundem *Moyſen* expreſsè mandauit: *Omnino indigens & mendicus non erit in-*
Deut. c. 15. *ter vos, vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in terra, quam traditurus eſt tibi in poſſeſsionem*. Et inter Chriſtifideles, in ipſo naſcentis Eccleſiæ initio, ſub Sanctis Apoſtolis plenè ſeruatũ eſſe, eorundem *Apoſtolorum* acta teſtantur: *Neque enim* inquiunt *quiſquam egens erat inter illos*.
Act. c. 4. Quare idem Dominus noſter *Ieſus Chriſtus*, volens mundo vniuerſo, ac præcipuè fidelibus ſuis apertè demonſtrare quanti faceret humilitatis eximiam virtutem, & quàm ſibi chara & dilecta eſſet paupertas, ac pariter docere, ne à diuitibus & opulentis hominibus pauperes deſpicerentur, eorumque cura negligeretur, primum quidem ipſemet, quando iuxta præclara vaticina Prophetarum è cælo in terras, humana carne aſſumpta, deſcendit, non regium diadema, aut ſublime aliquod decus, quod mundo oſten-
Luc. c. 2. taret, & hominum oculis obijceret, ſecum detulit: *ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens*, ac pauper in ſtabulo naſci, locum in diuerſorio non habere, pauperis præſepis anguſtijs contineri, pauperem denium vitam, quam pro nobis ſuſcepit, eligere, ac vſ-
Matth. 8. que in finem retinere dignatus eſt, vt non immeritò dixerit: *Vulpes foueas habent, & volu-*
Pſal. 39. *cres cæli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput reclinet*. Et per os *Dauid* Prophetæ: *Ego*
2. Corint. 8. *autem mendicus ſum & pauper*. Et *Apoſtolus* ſcripſerit: *Scitis enim gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti, quoniam propter vos egenus factus eſt, cum eſſet diues, vt illius inopia uos diuites eſſetis*. Deinde etiam pauperum & miſerabilium perſonarum, dum in mundo conuerſatus eſt, ſingularem quandam ſolicitudinem geſſit, eoſque diuinis gratijs & beneficijs multipliciter adiuuit, quod paſſim Euangelica teſtatur hiſtoria, dum pauperes ſibi diſcipulos delegit, dumq; cæcis viſum, ſurdis auditum, mutis loquelam, claudis greſſum, aridis & paralyticis, corporis & membrorum integritatem reddidit, leproſos mundauit, demoniacos liberauit, alioſque varijs languoribus & infirmitatibus laborantes & oppreſſos curauit; pauperum quoq; ſequentium turbas cæleſti verbo ſæpius pauit & inſtruxit, & eas quandoque eſurientes etiam corporalibus mirabiliter ſatiauit alimentis. Et confir-
Iacob Can. 2. cap. 2. mat *Apoſtolus Iacobus*, dicens: *Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & heredes regni, quod repromiſit Deus diligentibus ſe?* Ac prætereà miſericordiam, & eleemoſynas,

quæ

Digitized by Google

quæ pauperibus fiunt, tanquam ſibi factas recipit, & acceptas refert: Vnde & à Sanctis
& pijs viris pro pauperibus peregrinis & mendicis, non Angelos modo, ſed Angelorũ
Dominũ ſæpius hoſpitio ſuſceptos fuiſſe legimus; quod & Apoſtolus ad Hebræos me-
morat, dicens: *Hoſpitalitatem nolite obliuiſci, per hanc enim placuerunt quidam Angelis hoſpitio* Heb. c. 13.
receptis. Ac denique fideles cunctos, ad ſubleuandas pauperum neceſſitates, monitis &
præceptis, & maximis etiam propoſitis præmijs, in ſcripturis ſanctis vehementer in-
flammat. ait enim per Iſaiam: *Frange eſurienti panem tuum, & egenos vagoſq. induc in domum*
tuam: cum videris nudum, operi eum. Et quæ ſequuntur: Ac rurſus paulo infra: *Cum effuderis* Iſai. c. 58.
eſurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris, orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt
ſicut meridies, & requiem tibi dabit Dominus Deus tuus ſemper, & implebit ſplendoribus animam tuam, Luc. c. 14.
& oſſa tua liberabit, & eris quaſi hortus irriguus, & ſicut fons aquarum, cuius non deficient aquæ.
Atq; in Euangelio per ſeipſam Veritas dicit: *Cum facis conuiuium, voca pauperes, debiles, clau-*
dos, & cæcos, & beatus eris, quia non habent retribuere tibi: retribuetur enim tibi in reſurrectione iuſtorum.
Et ijs demum teſtatur ſe in nouiſſimo die æternæ beatitudinis præmia parauiſſe, qui mi-
ſericordiæ opera in pauperes & egenos exercuerunt; ipſis namq; dicturus eſt:
Venite Benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi: Eſuriui enim, & dedi- Matth. c. 25.
ſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere: hoſpes eram, & collegiſtis me: nudus, & operuiſtis me:
infirmus, & viſitaſtis me: in carcere eram, & veniſtis ad me: & rurſus; *Amen dico vobis, quamdiu feci-*
ſtis vni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Quæ quidẽ nos attentius conſiderãtes, ac re-
colentes in quadam aliquando Synodo piè conſtitutũ fuiſſe, vt vnaquaq; Ciuitas pau-
peres & egenos incolas ſuos alimentis congruentibus paſceret, ſecundum vires, vt tam
vicini presbyteri, quàm ciues omnes ſuum pauperem paſcerent, quò fieret, ne pau-
peres ipſi per alienas Ciuitates vagarentur, atq; olim huiuſmodi Hoſpitalia, in quibus
pauperes & mendici alerentur, in multis Ciuitatibus extitiſſe, & in aliquibus etiam in
Italia adhuc vigere; ſimulq́; egenorum calamitates, quorum ingens quotidie numerus
nobis ante oculos verſatur, paterna charitate miſerati; tum Chriſtianæ pietatis, tum
etiam noſtro paſtorali officio conſentaneum eſſe duximus, in hac Alma Vrbe pietatis Sanctiſſ. D. N.
& charitatis altrice, ad quam ex omnibus totius orbis terrarum regionibus, quaſi com- Sixtus Papa V.
munem patriam & tutiſſimum refugium, in ſinum & gremium Sanctæ Romanæ Eccle- ex cauſis hic
ſiæ plurimi pauperes, fame, frigore, nuditate, rerumq́ue omnium inopia confecti, ac expreſſis Ho-
varijs morbis & incommodis conflictati ſe recipiunt, Domum hoſpitalem inſtituere, ſpitale pauperum Mendicorum in Vrbe
in quam omnes benignè excipiantur, alantur, veſtiantur, paratos habeant lectos, ci- erigit.
bos, potum, aliaq; ad imbecilla corpora confouenda & recreanda opportuna, hac de-
mum ratione prouideatur, ne vlterius mendici per vias & plateas tota Vrbe diſperſi ac
vagantes, victum quæritando defatigentur; ne, non modo publica loca, aut priuatarum
ędium veſtibula, ſed ipſa quoque templa gemitibus & eiulatibus compleant; ne ſuis
clamoribus obſtrepant fidelibus, dum diuinis officijs, aut Miſſæ ſacrificio intenti ſunt;
ne in Eccleſijs, in quibus debet eſſe quieta conuerſatio, querimonijs, lamentis ac voci-
ſerationibus tumultus excitent; ne ipſa diuina officia, & circũadſtantium deuotionem
importunis ac moleſtis vocibus perturbent; ne, quod pręcipuè nobis cordi eſt, dum in-
certis ſedibus Vrbem peragrant, proprium Parochum non agnoſcentes, abſq; alicuius
diuini pręcepti, aut bonorum morum notitia, tanquam bruta animalia rationis exper-
tia, cibo tantum quærendo, & ventri paſcendo intenti, aberrent: ita vt nemo illis Sa-
cramenta Eccleſiaſtica miniſtrandi, nemo eorum ſalutis ſpiritualis curam ſpecialem ge-
rat. Poſtremo, vt eadem opera, cunctis quos in publicum quæſtum incerta mendici-
tas vocauerit, inſpectis, exploretur, in ſingulis integritas corporum & robur annorum;
atque inertes quidam & ſine vlla debilitate internoſcantur; eorumq́; ignauię & nequi-
tiæ via præcludatur, qui ſimulata infirmitate, ſeu prætextu fictæ, aut per ſocordiam &
otium affectatæ paupertatis, alimoniam verè infirmis ac pauperibus præripiant, ac
ſimulandi morbi infamem quandam, doloſam & fraudulentam artem factitant, mox be
nè valentes, robuſta & valida totius corporis firmitate, ludis, comeſſationibus, aut illi-
citis alijs rebus vacant, cum ſalutis ſuę diſpendio, multorumq́; ſcandalo & offenſione.
Vt igitur eorundem Mendicorum animę & corporis ſaluti conſulatur, hocq́; tam ſalu-
tare & neceſſarium opus, aliàs a nonnullis prędeceſſoribus noſtris inchoatum, ſemper

tamen,

tamen, ex eo quòd certos redditus pro alimentis inopum non aſſignarunt, inefficaci conatu relictum & dimiſſum; nunc demum noſtra auctoritate, noſtraque ingenti, pia tamen impenſa, vt proſperiores ſucceſſus, optatumque effectum ſortiatur, & perpetuò ſubſiſtat, ſcandaliſque & incommodis prædictis occurratur, ac Sedis Apoſtolicę, quæ omnes afflictos materno ſinu ſemper complectitur, pietas & benignitas in dies magis eluceſcat: habita ſuper hoc cum Venerabilibus fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus deliberatione matura, de eorum conſilio & aſſenſu, ad Dei Omnipotentis gloriam, pauperum Mendicorum commodum & ſalutem, ac piorum operum incrementum, in eadem Alma Vrbe, in ædibus prope Pontem Sixtum ad Tyberis ripam ſitis, quas ad hoc noſtris pecunijs magno pretio emimus, & ad vſum eorundem pauperum, inſtauratione & fabrica opportuna accommodari curauimus, vnum Hoſpitale pauperum Mendicorum vtriuſque ſexus, in quo tamẽ ſeorſum viri à mulieribus manere & commorari debeant, pro ipſorum perpetuis receptione, habitatione, & ſuſtentatione, cum ſuis Oratorio, Sacriſtia, Cœmeterio, humili Cãpanili & Campanis, ac diſtinctis & ſeparatis, pro eisdem vtriuſq; ſexus perſonis, refectorijs, dormitorijs, hortis, areis, cellis & officinis, congrua ſupellectili, vtenſilibus, alijſque rebus neceſſarijs, non mediocri noſtro ſumptu comparatis, ſufficienter inſtructum, per quatuor viros Clericos, aut Laicos idoneos & probatos, quorum duo à Populo Romano in publico conſilio, & duo reliqui à dilectis filijs Confratribus Archiconfraternitatis Sanctiſſimę Trinitatis Conualeſcentium & Peregrinorum, cuius Oratorium ibi proxima via intermedia conſtitutum exiſtit, ex ſuo corpore annis ſingulis eligantur & deputentur, regendum, adminiſtrandum, & gubernandum, ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, tenore præſentium erigimus, & inſtituimus; Ac ipſi Hoſpitali pauperum Mẽdicorum ſic erecto & inſtituto, dotis nomine, & ad ſuſtentandos pauperes, redditum annuum nouem millium ſcutorum monetæ Romanę, iulij decem pro quolibet ſcuto, huiuſmodi computatis, ita conſtituimns & aſſignamus, vt videlicet pro nunc, in præſentis operis inchoatione, ſuper exactione, ſeu gabella lignorum combuſtilium, ac redditibus ex ea annuatim prouenientibus, ad hunc potiſſimum vſum à nobis nuper deſtinata, quinque millia ſcuta annuatim perpetuò percipiantur: reliqua verò quatuor millia ſcuta annua, ex penſionibus per conductores alterius nouę gabellę ſuper attractione ſeu conductione nauium & nauicularum, quæ per Tiberim flumen cum bubalis, iumentis, vel alijs animalibus deducũtur, annuatim perſoluendis, quoniam noſtris ſumptibus tam dicta vtenſilia & ſupellectilia, vt præfertur, pro vſu ipſius Hoſpitalis, quàm etiã alia impræſentiarum neceſſaria, pro victu & veſtitu eorundem Mendicornm empta iam, & comparata, ac ſatis abundè prouiſa ſunt; tũc demum in eiuſdem Hoſpitalis vſus erogari, & conuerti volumus, & mandamus, vbi, & quando ad vrgentes illuc confluentiũ neceſſitates maiori impẽſa opus eſſe compertum erit: ac emolumenta, tam ex primo dicta; quàm ſi opus erit, ex ſecũdo dicta gabellis prouentura, Mendicorum huiuſmodi neceſſitatibus perpetuò dicamus, applicamus, & appropriamus. Inhibentes in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub pœna excommunicationis per ſingulos contrauenientes, eo ipſo incurrenda, prędictis Theſaurario, & Commiſſario generalibus, nunc & pro tempore exiſtẽtibus, & alijs ad quos ſpectat, ne prędictos ex huiuſmodi gabellis, ſic per nos aſſignatos, & applicatos annuos redditus, ĩ alios quãuis pios & neceſſarios vſus erogare, aut cõuertere audeãt, vel prę ſumãt; & quod nobis licere nõ patimur, idipsũ noſtris ſucceſſoribus indicamus. Eandem aſſignationem, & applicationẽ iuramẽto à nobis pręſtito, de rebus Eccleſiæ nõ alienãdis, nequaquã aduerſari arbitrãtes, tum quia prouenit ex gabellis de nouo inſtitutis, quas dicta Camera hactenus nũquã habuit, & in quarũ redditũ percipiendorum, ſeu exigendorum poſſeſſione, vel quaſi nunquam fuit: tũ quia quod pauperibus erogatur, Deò ipſi, qui nobis omnia tribuit, dari cenſendum eſt. Volumus autem Hoſpitale Pauperum Mendicorum prędictum, ac illius pro tempore exiſtentes adminiſtratores, officiales, miniſtros, & alios ſeruientes, ratione ipſius Hoſpitalis dumtaxat, pauperesſque in eo degentes, necnon eiuſdem Hoſpitalis pauperum Mendicorum bona mobilia & immobilia, cuiuſcũque qualitatis, & quantitatis in dicta Vrbe, &

Miniſtros quatuor ad eius regimen ſingulis annis eligi mãdat.

Redditusq;, & annuos prouentus aſſignat.

Hoſpitale & eius officiales, paupereſque in eo degentes & eorum bona, a iuriſdictione & ſuperioritate, Iudicum & officialium Vrbis eximit.

extra, ac aliàs vbiq; locorum conſiſtentia, exempta eſſe ab omni iuriſdictione, correctione, viſitatione, dominio, ſuperioritate, & poteſtate pro tempore exiſtentium dictæ Vrbis Gubernatoris, Senatoris, Conſeruatorum, Reformatorumq;, ac noſtri, & Romani Pontificis pro tempore exiſtentis in dicta Vrbe in ſpiritualibus Vicarijs, necnon cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generalis Auditoris, & cuiuſuis ordinarij locorum, aliorumve quorumcunque Iudicum & officialium in ipſa Vrbe, vel aliàs vbilibet conſtitutorum: Ipſumq; Hoſpitale pauperum Mendicorum, & quoſcunq; in proprijs eorum rebus & bonis cum eo contrahentes, à ſolutione & exactione quorumcunque, vt vocant, pedagij, gabellæ, bolettini, decimarum & cuiuſuis alterius, tam ordinarij, quàm extraordinarij oneris, ex quacunq; cauſa impoſitorum, & imponẽdorum, eximimus & prorſus liberamus, ac ſub beati Petri & Sedis Apoſtolicæ, atq; noſtra protectione ſuſcipimus & collocamus, nobiſq; & dictæ ſedi immediatè ſubijcimus, ac liberos, immunes & exemptos declaramus. Necnon S.R.E. Camerario, Vicecamerario, Præſidentibuſq; & Clericis Cameræ Apoſtolicæ, Senatori, Conſeruatoribus, Reformatoribus, alijſq; Officialibus, Iudicibus, & perſonis prædictis, & quibuſuis ad exactionem decimarum & aliorum onerum prædictorum pro tempore deputatis, ne quarumcunq; litterarum, eis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis conceſſarum prætextu, Hoſpitale pauperum mendicorum Adminiſtratores, Officiales, miniſtros & ſeruientes prędictos, perſonaſq; in eo degentes ſuper præmiſſis, quouis modo moleſtent, ſeu moleſtari permittant, diſtrictius inhibemus. Præterea pauperibus mendicis in eodem Hoſpitali pro tempore degentibus, quorum infirmitas, vel nimis imbecilla valetudo, aut corporis habitudo, ieiunium, ſeu carnium & lacticiniorum abſtinentiam ferre non poterit, vt de vtriuſq; medici conſilio, quibuſuis quadrageſimalibus, & quatuor anni temporibus, ac vigilijs, & alijs diebus, in quibus ieiunium ab Eccleſia indictum, aut carnium, ouorum, & lacticiniorum eſus, de iure, vel conſuetudine, ſeu aliàs prohibitus exiſtit, vel fuerit, carnibus, ouis, butyro, lacticinijs, & alijs cibis prohibitis huiuſmodi vti, & veſci; Singuli quoq; presbyteri ſeculares, & cuiuſuis ordinis regulares, qui ad hoc à Gubernatoribus, & Adminiſtratoribus, ſeu Deputatis pro tempore exiſtentibus Hoſpitalis Mendicorum huiuſmodi electi, & à prædicto in Vrbe Vicario approbati fuerint, ſingulos pauperes, miniſtros, & ſeruientes eiuſdem Hoſpitalis Mendicorum, à quibuſuis excommunicationis etiam maioris, ſuſpenſionis & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris & pœnis, à iure vel ab homine, quauis occaſione vel cauſa latis, quibus innodati fuerint, necnon quibuſcumque eorum peccatis, criminibus, exceſſibus, & delictis quantumcunque grauibus, & enormibus, etiam talibus, de quibus dicta Sedes meritò conſulenda foret, videlicet in caſibus, tam Ordinarijs locorum, quàm etiam Sedi Apoſtolicæ quomodolibet reſeruatis, non tamen in iudicium deductis, neque contentis in litteris die Cœnæ Domini legi ſolitis, ſemel in ingreſſu Hoſpitalis, & iterum ab omnibus ſupradictis, nullo prorſus excepto, in mortis articulo, confeſſione eorum diligenter audita, in foro tantum conſcientiæ abſoluere, iniuncta inde eis pro modo culpæ, ſuo arbitrio, pænitentia ſalutari: Quodque pauperibus, miniſtris, & ſeruientibus Hoſpitalis mendicorum huiuſmodi, Sacramenta Eccleſiaſtica adminiſtrare, & defunctorum corpora in proptio Cœmeterio ſepelire liberè, & licitè valeant, eiſdem auctoritate & tenore ſimiliter perpetuò concedimus, & indulgemus. Cæterum volumus, vt in Hoſpitali prædicto, ſic per nos erecto, Pauperes & Mendici aduenæ per Vrbem tranſeuntes, ſi eò diuertere voluerint, benignè recipiantur, ac eis tres refectiones ſubminiſtrentur, & inde cum Dei benedictione ad iter ſuum proſequendum dimittantur. Præcipimus verò quatuor Adminiſtratoribus, ſeu Deputatis prędictis, vt ipſi ſingulis menſibus ab Oeconomis, Procuratoribus, Officialibus, Miniſtris, & quibuſuis perſonis dicti Hoſpitalis pauperum Mendicorum, rationes accepti, & expenſi eiuſdem Hoſpitalis diligenter exigant, & inſpiciant, eoſque ad huiuſmodi rationes reddendas cogant omnino, & compellant, prout eorum vnumquemque, ad id teneri volumus & decernimus. Ac inſuper vt ipſius Hoſpitalis pauperum Mendicorum conſeruationi, bonoque regimini, eorundemque pauperum indigentijs opportunius conſulatur, dilectos filios noſtros, & Cameræ Apoſtolicæ The-

Exẽptioneſq; à quacunq; gabella & decima, d. Hoſpitali, & cũ eo cõtrahẽtibus cõcedit.

Mẽdicos Hoſpitalis circa ieiunia, eſũ carniu, habito vtriuſq; Medici conſilio, diſpẽſat.

Presbyteris in dicto Hoſpitali deputandis, circa adminiſtrationem Sacramentorum pro Mendicis, Miniſtris, & Seruiẽtib⁹ hoſpitalis, facultates hic expreſſas concedit.

Peregrinos in eodem Hoſp. benignè, etiã recipi mãdat.

Rationes computorũ ab Officialibus ſingulis mẽſibus exigi pręcepis

ſaurarium, & Commiſſarium generales, nunc & pro tempore exiſtentes, eiuſdem Hoſpitalis pauperum Mendicorum Gubernatores, & ſuperintendentes conſtituimus, & deputamus, quorum conſilio & ope quatuor Adminiſtratores, ſeu Deputati prędicti curam & gubernium eorundem Mendicorum, ac dicti Hoſpitalis, illiuſque redditnum, prouentuum, iurium, actionum, & bonorum mobilium & immobilium, oblationumq;, & eleemoſynarum adminiſtrationem gerant. Deniq; cętera omnia ad pietatem & charitatem exercendam pertinentia, peragant, ordinent, ac decernant. Mandantes eiſdem Theſaurario & Commiſſario modernis, & pro tempore exiſtentibus, vt vnà cum ipſis quatuor Adminiſtratoribus, ſeu deputatis, tàm iterum prædictas, quàm alias quaſcunque rationes, & computa dicti Hoſpitalis, illiuſq; debitorum, ſaltem tertio quoq; menſe, & præterea quoties opus fuerit, exigant, accuratè videant, examinent, & ſolidentr. Dantes etiam illis, & concedentes plenam & liberam facultatem & auctoritatem, prędictos Oeconomos, Procuratores, Officiales, miniſtros, ſeruientes, debitores, & alios quoſcunque, quorum intererit ad reddendas huiuſmodi rationes, opportunis iuris, & facti remedijs cogendi, & compellendi, & eos qui ſatisfecerunt quietandi, abſoluendi & liberandi: ac ſimiliter cum interuentu eorundem quatuor Adminiſtratorũ, ſeu Deputatorum, pro ſalubri directione, & conſeruatione dicti Hoſpitalis pauperum Mendicorum, illiusq; bonorum & iurium temporalium, & ſpiritualium, quoſcunq; officiales, Procuratores, miniſtros, & ſeruientes in eo deputandi & amouendi, alioſq; eorum loco ſufficiendi; Ordinationes & ſtatuta, licita tamen & honeſta, ſacriſq; Canonibus, & generalis Concilij Tridentini decretis non contraria, faciendi, & edendi, eaq;, cum viſum fuerit, reuocandi, immutandi, corrigendi, aliaq; de nouo condendi. Quę quidem ſtatuta ſic facta, edita, reuocata, immutata & correcta, poſtquam per nos, aut Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem, approbata fuerint, ab omnibus ſupradictis Gubernatoribus, Adminiſtratoribus, ſeu Deputatis, Oeconomis, Procuratoribus, officialibus, miniſtris, ſeruientibus, & alijs quibuſcunq; inibi pro tempore receptis, inuiolabiliter obſeruari volumus; ac iuxta eorundem diſpoſitionem à quibuſuis Iudicibus, ſublata eis quauis aliter iudicandi facultate, iudicari, & diffiniri debere: & ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate, ſcienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum & inane decernimus. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac dictę Vrbis, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis, eiſdem Vrbis Gubernatori, Senatori, Conſeruatoribus, Reformatoribus, Vicario, Auditori cauſarum Curię dictæ Camerę, alijſq; ſuperius nominatis, necnon prędictę Vrbi & Populo Romano, ſub quibuſcunque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis clauſulis & decretis, etiam iteratis vicibus conceſſis, approbatis & innouatis: quibus omnibus, illorum tenores pręſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dũtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cęteriſq; contrarijs quibuſcũq;. Vt autem hoc pium & ſalutare opus, feliciora in dies, Deo fauente, ſuſcipiat incrementa, eoſdem Gubernatores, Adminiſtratores, ſeu Deputatos, Oeconomos, Procuratores, Officiales & miniſtros dicti Hoſpitalis, enixè hortamur & monemus, vt curam ipſius Hoſpitalis, pauperumq; Mendicorum, qui in eo recipientur, ita alacriter & promptè ſuſcipiant, pauperes ipſos Mendicos ſincera in Domino charitate tractent, bona temporalia eiuſdem Hoſpitalis fideliter, & prudenter diſpenſent, & adminiſtrent, ac demum pijs huiuſmodi operibus, ad Dei gloriam, pauperumq; vtilitatem, & ſalutem ſe feruenter exerceant, vt exinde, præter cœleſtis regni præmia, etiam noſtram & Sedis Apoſtolicæ benedictionem & gratiam conſequi mereantur. Et quia difficilè foret præſentes litteras ad ſingula loca, vbi eis opus opus fuerit, deferre; volumus, vt earum tranſumptis, etiam impreſſis, manu publici Notarij ſubſcriptis, & ſigillo perſonę in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra illud vbiq; adhibeatur, quæ adhiberetur ipſis originalibus, ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum erectionis, inſtitutionis, conſtitutionum, aſſignationis, voluntatum, exemptionis, liberationis, ſuſceptionis, collocationis, ſubiectionis, declarationis, dicationis, applicationis, approbationis,

Theſaurariũ, & Commiſſarium generales, eiuſd. Hoſpit. Gubernatores deputat.

Clauſulæ derogatoriæ.

Hortatio ad Miniſtros Hoſpitalis, vt bene miniſtrent.

Digitized by Google

nis, inhibitionis, conceſsionis, indulti, præcepti, decretorum, deputationis, mandati, dationis, derogationis, hortationis & monitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare preſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romȩ Apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicȩ, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſeptimo, quinto Idus Maij. Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

✠ Ego Sixtus Epiſcopus Catholicæ Eccleſiæ ſſ.

✠ Ego A. Card. Farn. Eṗs Oſtieñ Vicecanc.
✠ Ego Iac. Card. Sabellus Epiſc: Portuen:
✠ Ego Io. Ant. Eṗs Tuſcul. Card. S. Georgij.
✠ Ego A. Card. Geſualdus Eṗs Albanenſis.
✠ Ego In. Aualus Card. de Arag. Eṗs Sabin.
✠ Ego M. Ant. Card. Columna Eṗs Præneſt.
✠
✠ Ego M. S. Card. ab Altaeṗs tt. S. Mariæ Trãſtib.
✠
✠ Ego P. Card. Sancta Crucius tt. S. Clementis.
✠ Ego Gabr. tt. S. Laureñ. in Lucina presb. Car.
✠ Fr. Michael Bonellus Card. Alexandrinus tt. S. Mariæ ſuper Mineruam.
✠ Ego Ludouicus Madruccius tt. S. Anaſtaſiȩ.
✠ Nic. Card. Senoneñ. tt. S. Praxedis.
✠ Iul. Ant. tt. S. Bartholomȩi in Inſula presbyt. Card. S. Seuerinȩ.
✠ Ego Hieron. Card. Ruſticucius tt. S. Suſannæ.
✠ Io. Hieronymus Card. Albanus tt. S. Io. ante portam Latinam.
✠
✠
✠ Ego P. Card. Deza, tt. S. Hieron. Illyricorũ.
✠
✠
✠ Ego Ant. tt. SS. Ioannis & Pauli presb. Card.
✠ Ego Io. Ant. Card. SS. Quattuor.
✠ Ego Io. Bapt. Card. tt. S. Marcelli.
✠
✠
✠
✠
✠ Ego Iulius Card. Cananus tt. S. Euſebij.
✠
✠ Ego Ant. Maria Card. Saluiatus, tt. S. Mariȩ de Pace.

✠ Ego Aug. Card. tt. S. Marci.
✠ Ego Vincen. tt. S. Mariæ in Via Card. Montis Regalis.
✠ Ego Phil. Card. Spinula, tt. S. Sabinæ.
✠
✠
✠ Scipio Card. Lancell. tt. S. Saluat. in Lauro.
✠ Vinc. Card. Gonzaga, tt. S. Alexij.
✠
✠ Io. B. Card. Caſtrucc. tt. S. Mariæ in Araçeli.
✠ Ego Fed. Card. Cornelius tt. S. Stephani in Monte Cȩlio.
✠ Ego Hipp. Card. Pap. tt. S. Blaſij de annulo.
✠
✠ Ego Dec. Card. Azzol. tt. S. Matthȩi in Merul.
✠ Ego Hipp. Card. Aldobran. tt. S. Pancratij, Maior Pœnitentiarius.
✠
✠ Ego Hier. Card. de Ruuere, tt. S. Petri ad Vinc.
✠
✠ Ego Fr. Hierony. Card. Aſculanus, tt. S. Thomæ in Parione.
✠ Ego A. Mar. Car. Peruſ. tt. S. Agnetis ĩ Agone.
✠ Ego Fr. Conſtantius Card. Sarnanus, tt. S. Petri in Monte Aureo.
✠ Ego Ferdinandus Medices Card. S. Mariæ in Via Lata.
✠ Ego Philippus Card. Vaſtauill. S. Euſtachij.
✠
✠
✠
✠ Ego A. Car. Mõte Altus, S. Mariȩ in Coſmed.
✠ Ego Hier. S. Agathȩ Diaconus Car. Matthȩius
✠ Ego Benedictus S. Georgii Card. Iuſtinianus.
✠ Ego Aſcanius SS. Viti, & Modeſti, & Creſcentiæ S. R. E. Diaconus Card. Columna.

Tho. Thom. Gualt.

Regiſtrata apud eundem Thomam Secretarium.

A. de Alexijs.

Anno a Natiuitate Domini Milleſimo quingẽteſimo octuageſimo ſeptimo, Indictione decimaquinta, die verò prima Menſis Iulij, Pontificatus Sanctiſsimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Sixti diuina prouidentia Papæ V. Anno eius tertio, Retroſcriptæ litteræ Apoſtolicæ affixæ, lectæ, & publicatæ fuerunt, & per aliquod temporis ſpatium dimiſſæ in Valuis ſiue portis Baſilicarum S. Ioannis Lateranen. & S. Petri Principis Apoſtolorum de Vrbe, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ, & acie Campi Floræ, per nos Claudium, Mongeat & Catherinum Menandi Apoſtolicos Curſ. Publicatio.

Alex. Parabiachus Magiſter Curſ.

LIX.

Confirmatio Erectionis Archiconfraternitatis Chordigerorum in Eccleſia S. Franciſci Aſiſien. inſtitutæ, & aliarum Indulgentiarum, & gratiarum conceſsio.

Erectionem fecit hic idem Sanctiſſ. Pontifex, vt habes ſup. in eius conſt. 14. fol. 40.

SIXTVS Epiſcopus Seruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. DIVINAE Charitatis altitudo eminentiſſima, & ſummi amoris Seraphici inexhauſta bonitas, quæ ab æterno, & ante mundi conſtitutionem, in charitate perpetua dilexit nos, ac, vt nos ſibi obſtringeret in funiculis Adæ, ideſt, naturæ, gratiæ, & gloriæ, ad ſe trahere voluit, videns Protoplaſti culpa peccatorum funibus circumplexos, & ad ſe clamantes: propitius eſto ſorti, & funiculo hæreditatis tuæ, non modò nos vinctos ſuos non deſpexit, ſed in fortitudine educendos, de mendicitate & ferro diiudicans: in funiculis ſecundi Adæ (inquit) traham eos. Et vt inſolubilius noſmet ſibi vinceret, tenaciuſque obſtringeret, filium ſuum Redemptorem noſtrum (cuius diuina diſponente gratia, meritis licet imparibus, in ſacroſancta Eccleſia vices gerimus) filium Adæ factum, quaſi funiculum diuinitate, anima, & carne contextum, ac de Cælis ad Terras protenſum, iuſtitiæ cingulo in omni vita ſua ad lumbos præcinctum, ſuamet ſolius interius charitate vinctum, licet funibus impiorum pro ſua voluntate ligatum, vſq; ad mortem crucis tradidit, & traxit, vt ſic nobis victis, & in peccatorum funibus vinctis, fieret ſapientia, iuſtitia, ſanctificatio, & redemptio. Licèt autem tantæ charitatis ardor inextinguibilis eſſe debuiſſet, refriguit tamen. Vnde frigeſcente mundo, & in funiculis Euæ (quę ſunt concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ) denuo conſtricto, ad denuò inflammanda corda noſtra pater miſericordiarum & luminum, ſamulum ſuum Beatum Franciſcum miſit, & in tam larga dulcedinis benedictione præuenit, vt non modò virtutum prærogatiuis & meritis celebrem fecerit, ſed & in carne ipſius ſacra Chriſti ſtigmata renouauerit, & mira Crucis myſteria, ligamina, & paupertatem multiformiter in eo ad viuum demonſtrauerit, adeo vt verè Chriſtus Franciſco inferre poſſit: Semitam meam, & funiculum meum inueſtigaſti; & omnes vias meas præuidiſti: vnde & factum eſt, vt meritis dicti Beati Franciſci, ſacroſancta mater Eccleſia fœtu nouæ prolis amplificata, ac multorum ſanctorum eius inſtituti meritis, virtutibus, doctrinis, exemplis, & miraculis aucta, necnon quamplurimis Epiſcopis, Archiepiſcopis, Patriarchis, Cardinalibus, Regibus, & Summis Pontificibus decorata, non poſſit ad eius deuotionis, & imitationis ſectanda veſtigia non eſſe propenſa. Nos pariter, qui à teneris annis ſingularem erga eundem Beatum Franciſcum (gloria noſtra) ſemper geſſimus deuotionis affectū, & in dies ſemper accreuit, & mirè accreſcit, & cuius cinguli, & ammictus inſtituti, & Ordinis pro Dei gratia, & noſtra voluntate pro poſſe imitatores, alumni, & ſerui fuimus, ac fuiſſe gloriamur; conſiderantes populorum deuotionem, & propenſionem, erga tantum virum, & quo deuotionis affectu æmuletur, & paſſim anhelet plebs omnis geſtamen ſaltim funiculi eius, & quaſi non contenta, quòd tot tantique vtriuſq; ſexus Chriſtifideles ad inſtituta trium Ordinum ipſius, ob deuotionem ad tantum patrem, relicto mūdo, tranſierint, totam velit in S. Franciſci imitatione, deuotione, & amore immergere. Idcirco cum pro aliquali repenſione amoris noſtri erga tantum patrem, nuper ad ampliorē decorem, inſignis & celebris Eccleſiæ domus eiuſdem S. Franciſci Aſſiſien. Ordinis fratrum Minorum Conuentualium nuncupatorum, in qua quidem Eccleſia, ſub illius altari maiori, corpus eiuſdem S. Franciſci requieſcit, ac diuini cultus, & piorum operum augmentum, ipſiuſq; Sancti Franciſci honorem, & venerationem, ac animarum Chriſtifidelium ſalutem, vnam Archiconfraternitatem vtriuſque ſexus Chriſtifidelium, qui

Sanctiſs. D.N. Sixtus V. qui Ord. S. Frāciſci alumnus fuit S. Franciſci laudes & merita hic enarrat.

Et ad magis decorandā Eccleſiam Aſiſien. in qua corpus S. Franciſci requieſcit, in ea Archiconfraternitatem Chordigerorū erexit. vt ſup. fol. 40.

chordam

chordam per fratres dicti Ordinis geſtari ſolitam, ex illorum deuotione à ſuperioribus eiuſdem Religionis cinctam, & ſuſceptam deferent, & illa cingentur, ſub eiuſdem Sancti Franciſci inuocatione in ipſa Eccleſia, & ad dictum Altare Motuproprio ereximus, & instituerimus, ac vt Confratres chordigeri dictæ Archiconfraternitatis, ad pia opera propenſiores redderentur, ac ad Eccleſiam & altare huiuſmodi deuotionis cauſa confluerent; Eiſdem vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus verè pęnitentibus, & confeſſis, dictam chordam, quę prius a ſuperioribus dicti Ordinis benedici debeat, ad reuerentiam & memoriam eiuſdem Sancti Franciſci gerentibus, ſacraq; communione refectis, Archiconfraternitatem ipſam ingredientibus, prima die illorum ingreſſus, ac in mortis articulo ipſorum, nomen Ieſu ore, vel corde inuocantibus, ac etiam verè pęnitentibus, & confeſſis, plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem, per alias noſtras litteras conceſſerimus. Necnon dilecto filio Clemēti Bontadoſio moderno, ac pro tempore exiſtenti dicti Ordinis Miniſtro Generali, vt quaſcunq; Confraternitates vtriuſq; ſexus Chriſtifidelium chordigerorum huiuſmodi, in quibuſcunq; Eccleſiis domorum, Ordinum fratrum, tam Minorum Conuentualium, quàm de Obſeruantia, & Capuccinorum nuncupatorum, vbicunque, & quibuſuis mundi partibus erigere, & inſtituere, aliaſq;, poſtquàm erectę fuerint, præfatæ Archiconfraternitati cū omnibus & ſingulis Indulgentiis, & peccatorum remiſſionibus, ac relaxationibus aggregare, ipſaſque Indulgentias Confratribus illarum communicare, & concedere valeret, plenam, & omnimodam facultatem, & auctoritatem conceſſerimus, eaſdemq; Confraternitates erigendas, ex tunc, prout ex ea die, & è contra, dictæ Archiconfraternitati aggregauerimus, & Indulgentias huiuſmodi Confratribus illarum communicauerimus, ac litteras prædictas, nullo vnquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio vel intentionis noſtræ, ſeu quopiam alio defectu notari, impugnari, retractari, aut reuocari nullatenus poſſe; ſed ſemper validas, & efficaces futuras, ſuoſq; effectus plenarios ſortiri debere decreuimus, aliàs prout in dictis litteris plenius continetur. Ne autem de præmiſſorum validitate vllo vnquam tempore dubitari contingat: noſtram denuò in pręmiſſis auctoritatem interponere, ipſiuſq;. Archiconfraternitatis auctoritatem extendere, ac pium dictorum Confratrum Chordigerorum propoſitum amplius promouere, eoſq; ſpiritualibus muneribus, Indulgentijs videlicet, & peccatorum remiſſionibus, proſequi cupientes; ſupplicationibus dicti Clementis hac in parte inclinati, Inſtitutionem huiuſmodi, Apoſtolica auctoritate præfata, tenore præſentium perpetuò approbamus & confirmamus, ſupplentes omnes, & ſingulos tam iuris, quàm facti defectus, ſi qui interuenerint in eiſdem; Ipſam Archiconfraternitatē in caput omnium Confraternitatum Chordigerorum huiuſmodi, vbilibet inſtitutarum, & inſtituendarum, etiam perpetuò, auctoritate & tenore præmiſſis erigimus, & inſtituimus, Omneſq; & ſingulas Indulgentias, & peccatorum remiſſiones & relaxationes Religioni, & Ordini Fratrum Minorum huiuſmodi per quoſcunq; Romanos Pontifices prędeceſſores noſtros, ac nos conceſſas, quoad eas dumtaxat, quæ hactenus non ſunt reuocatę, nec ſub vllis reuocationibus comprehenſæ eiſdem, auctoritate, & tenore ſimiliter perpetuò approbamus & confirmamus, ac illis perpetuæ & inuiolabilis firmitatis robur adiicimus, Illaſque Archiconfraternitati & Confratribus Chordigerorum huiuſmodi, ſub eiſdem modo & forma, quibus illæ Religioni, & fratribus præfatis conceſſæ fuerunt, dummodo (vt pręfertur) non fuerint reuocatæ, etiam perpetuò concedimus, elargimur, & communicamus. Necnon de Omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi, vtriuſq; ſexus Confratribus Chordigerorum huiuſmodi, præter Indulgentias Religioni pręfatæ conceſſas, in mortis articulo, necnon quoties proceſſionibus Archiconfraternitatis Chordigerorum huiuſmodi, ſingulis menſibus fieri ſolitis, interfuerint, eiſdem quidem Confratribus plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam & remiſſionem perpetuò concedimus. Alijs verò non Confratribus, qui proceſſionibus huiuſmodi interfuerint, centum annos de iniunctis eis, vel aliàs quomodolibet debitis pænitentijs miſericorditer in Domino relaxamus; ac pręfatis Confratribus, qui aliis dictæ Archiconfraternitatis proceſſionibus, aut dum Beatæ Mariæ, vel quoduis aliud diuinum officium per ipſos Confratres Chor-

Archiconfraternitatem q; ingredictibus Indulgentias conceſsit, vt ibidem.

Generaliq; Miniſtro Conuentualium facultatem cōceſsit Confraternitates Chordigerorū, in eccleſiis Conuentualium Capuccinorum, & de Obſeruātia inſtituēdi, & Indulgentias cōmunicandi, vt ibidem.

et modo dictā erectionem, & alia pdicta confirmat.

Indulgētiaſq; omnes Religioni Fratrum Minorum conceſſas, & nō reuocatas, Confratribus Chordigerorum communicat.

Aliaſq; multas hic expreſſas concedit.

tres Chordigeros recitabitur,interfuerint, ac quoties Sanctiſſimũ Chriſti corpus,dum infirmis defertur, vel defunctum ad ſepulturam aſſociauerint, aut alicui miſerabili perſonæ ſubnenerint, vel pacem inter inimicos compoſuerint, ſeu aliquod horum fecerint, toties centum dies, de eis iniunctis, ſeu aliàs, quomodolibet debitis pœnitentiis etiam miſericorditer in Domino relaxamus, eiſdemque Confratribus Chordigeris, vt Indulgentias & peccatorum remiſsiones præfatas, per modum ſuffragij, pro fidelibus, qui in gratia Dei deceſſerint,conſequi,& impertiri valeant. Necnon quaſcunque Confraternitates vtriuſq; ſexus Chriſtifidelium Chordigerorum huiuſmodi, in quibuſcunque Eccleſiis domorum, tam Minorum Conuentualium, quàm de Obſernantia,& Capuccinorum nuncupatorum fratrum præfatorum, in quibuſcunque mundi partibus, & locis pro tempore erigendas,& inſtituendas, poſtquàm erectæ, & inſtitutæ fuerint Archiconfraternitati illorum aggregandi. Illiſq; omnes, & ſingulas eorum Indulgentias, & peccatorum remiſsiones, & relaxationes communicandi, & concedendi plenam, liberamq; facultatem præfato, ac pro tempore exiſtenti Generali dicti Ordinis Minorum Conuentualiũ, auctoritate, & tenore præſatis concedimus. Non obſtantibus præmiſſis, ac noſtra de Indulgentiis ad inſtar non concedendis, & quibuſuis aliis conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſq; contrariis quibuſcunq; præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem quòd præſentiũ tranſumptis, manu alicuius Notarii ſubſcriptis, & ſigillo pro tempore exiſtentis Miniſtri, vel Procuratoris Generalis Ordinis Fratrum Minorum Conuentualium huiuſmodi, vel cuiuſuis perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ,aut Canonici alicuius Cathedralis Eccleſiæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur vbiq; locorum & gentium, in iudicio, & extra, quæ ipſis originalibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ approbationis, confirmationum, erectionis, conceſſionum, aggregationis, elargitionis, communicationis, relaxationis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum.

Clauſulæ derogatoriæ.

Datum Romæ Apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, *Milleſimo* quingenteſimo octuageſimo ſexto, Non. Maii. Pontific. Noſtri Anno Secundo.

L X.

Facultas Arbentij del Citraro Clerici Eremitæ, eiuſque Sociorum, ædificium aliquod in Alma Vrbe conſtruendi, pro Eremitis ad ipſam Vrbem, loca ſacra viſitandi cauſa accedentibus, aliiſque pauperibus, hoſpitio excipiendis.

SIXTVS Epiſcopus Seruus ſeruorum Dei. Dilecto filio noſtro in Vrbe Vicario in ſpiritualibns generali, Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

CVM Noſtræ ſolicitudinis cura, inter cętera perſonarum quarumlibet, præſertim ſub ſanctimoniæ habitu Altiſſimo famulantium ſtatui, conſulere nos admoneat, & quandam illis, ad animarum ſalutis periculum, ac pernicioſum exemplum & ſcandalum enixè euitandum, à reliquis perſonis miſcellanę connerſationis diſcretionem conſtitnere, decorum eſſe cenſeamns: Hinc nos dilectos filios Arbezium aliàs Arbentium del Citraro Clericum Eremitam,nunc degentem in Vrbe, eiuſq; Socios, ſpecialibus fauoribus & gratiis proſequi volentes, ipſoq; Arbezium & Socios,ac eorum ſingulos a quibuſuis excommunicationis, ſuſpentionis & interdicti, aliiſq; eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris & pęnis, à iure vel ab homine quauis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum pręſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes; Motuproprio & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Diſcretioni tuæ per Apo-

Sixtus V. Pont. Max. ex cauſis hic expreſsis, mandat eius in Vrbe Vicario, ut licentiã concedat Arbezio Eremitæ & Sociis, aliquod ędificiũ in Vrbe conſtruẽdi, Eremitaſque & alios egenos hoſpitio excipiẽdi.

Apoſtolica ſcripta mãdamus, quatenus eidẽ Arbezio & Socijs fundum vnum, ſeu ædificium aliquod in dicta Vrbe acquirendi, ac in fundo vel ædificio huiuſmodi vnam domum pro Eremitis, ad ipſam Vrbem loca ſacra viſitandi cauſa accedentibus, ac documenta ſeu litteras ab ordinario loci, ſeu eius Officiali, vel Vicario in ſpiritualibus generali emanata, deferentibus, in dicta domo, ne eos per tabernas & diuerſoria ſub habitu Eremitarum vagantes, ſcandala quædam potius quàm ædificationem parere cõtingat, & alijs pauperibus & egenis perſonis, Hoſpitio excipiendis, & ſpatio octo dierum tantum, niſi alia gerenda negotia habuerint, arbitrio curam & regimen domus huiuſmodi habentis ibi moraturis; documenta vero ſeu litteras huiuſmodi non habentibus, tanquam apoſtatis & vagabundis in dicta domo non recipiẽdis, ſed ab ea expellendis conſtruẽdi, & ædificandi, ſeu conſtrui & ædificari faciendi, facultatẽ, & licentiam perpetuò concedere & elargiri, ac eis deſuper indulgere, auctoritate noſtra procures. Ita quòd liceat Arbezio & Socijs huiuſmodi, fundi, ſeu ædificij, ac domus huiuſmodi, poſtquam acquiſita fuerint, illorumque iurium & pertinentiarum, corporalem poſſeſſionem, per ſe vel alium ſeu alios, eorum nominibus, propria auctoritate liberè apprehendere & perpetuò retinere. Decernens eadem auctoritate noſtra præſentes litteras, nullo vnquam tempore de ſubreptionis vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, ſeu quouis alio defectu notari, vel impugnari, aut inualidari, ſeu ad terminos iuris reduci, aut in ius vel controuerſiam reuocari, vel aduerſus eas quodcunque iuris vel facti remedium impetrari poſſe, neque ſub quibuſuis ſimilium vel diſſimilium gratiarum reuocationibus, ſuſpenſionibus, vel alijs contrarijs diſpoſitionibus, tam per nos, quàm alios Rom. Pontifices ſucceſſores noſtros, ac ſedem Apoſtolicam, ſeu illius etiam de latere Legatos, vel Nuntios pro tempore emanatis, minimè includi, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenariè reintegratas, ac de nouo etiam ſub Dat. per pro tempore exiſtentem Rectorem & ſocios huiuſmodi eligenda, conceſſas eſſe. Sicque per quoſcunque iudices & commiſſarios, ſublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari & diffiniri debere. Contradictores quoſlibet & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo; necnon legitimus ſuper his habẽdis, ſeruatis proceſſibus, ſententias, cenſuras & pœnas huiuſmodi, etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit, brachij ſecularis auxilio. Non obſtãtibus felicis recordationis Bonifacij PP. viij. de nouis locis ad inhabitãdum per mendicantes non acquirendis, & Pij PP. v. prędeceſſorum noſtrorum, quatenus opus ſit, ac eiuſdem Bonifacij prædeceſſoris de vna, & concilij generalis de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas, quis auctoritate præſentium ad iudicium non trahatur, alijſque conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Vrbis, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus contrarijs quibuſcunq; ; aut ſi aliquibus communiter vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem.

Clauſulæ præſeruatiuæ.

Decretum irritans.

Clauſulæ derogatoriæ.

Datum Romæ Apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſeptimo, Tertio Cal. Iunij, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Io. Iacobus Gallaterius gratis pro Deo. † Exp. nihil T.
Io. Baptiſta Latinus. B. Paulinus pro ſigillo

Montis

LXI.

Montis Sixti vacabilis quingentorum millium ſcutorum Erectio, cum fructibus ſcutorum decem pro centenario.

SIxtvs Papa Quintus.

QVANTIS ærumnarum, & calamitatum fluctibus, Chriſtianæ Reipublicæ nauis, peccatis hominum promerentibus, iampridem iactetur, quantæ viciſſim, & quàm graues periculorum tempeſtates, & procellæ vndique immineant, cum prudentes omnes rerum æſtimatores facilè intelligunt, tum nos potiſſimum, qui in hac ſublimi Apoſtolicæ Vigiliæ puppi, Deo ita diſponente, ad gubernaculum conſiſtimus, animo & oculis in omnes partes intenti, apertè nimis, non ſine maximo doloris ſenſu perſpicimus, atque intuemur.

Summus hic Pont. pro Chriſtianæ Reip. ſuique Status defenſione, & trãquillitate, preces cum lacrymis Deo emittit.

Quare & de communi Chriſtianæ Reipublicæ ſalute anxij, & de populorum noſtrorum, & Prouinciarum Apoſtolicæ Sedis, quæ ſub peculiari tutela noſtra ſunt, tranquillitate ſolliciti, ſæpe noctes inſomnes ducimus, ſæpe manus cum lacrymis & genitu ad Patrem miſericordiarum ſuſtollimus, eum orantes qui concludit oſtijs mare, & ei dicit; vſq; huc venies; & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos, vt ipſe pro ſua ſumma clementia, in qua ſola confidimus, & conquieſcimus, & ſedet commotas, & impendentes repellat tempeſtates:

Et pro neceſſario humano præſidio, pecunias cõparat.

ſæpe etiam, ne vllas paſtoralis officij noſtri partes prætermittamus, ad humanæ prouidentiæ remedia, & præſertim pecuniæ ſanè pernecesſarium præſidium cogimur recurrere, vt ea opportunè, & in tempore quàm minimo fieri poteſt ſubiectorum noſtrorum incommodo, comparata, ad omnes dubios caſus, & incertos rerum euentus, Deo adiuuante inſtructiores, & paratiores ſimus.

Maximè quia ab ipſo initio Pontificatus multas pecunias erogare, neceſſe fuit ad ſceleſtos comprimẽdos, annonæ inopiam tollendã, & ærariũ inſtruendum.

Notum eſt omnibus in quæ tempora, in quam exauſti pænè Apoſtolici Aerarij anguſtiam, in quam facinoroſorum hominum licentiam, in quam annonę inopiam Pontificatus noſtri initia inciderint: notum eſt etiam quantę pecuniæ vis, in ſceleſtis hominibus coercendis, & quiete hac, quæ ex Dei benignitate conſecuta eſt, conſtituenda, & rei frumentarię caritate ſubleuanda, & Aerario inſtruendo, & paranda, & eroganda neceſſariò fuerit, vt interea eos ſumptus taceamus, quos ad Dei cultum augendum, & ad Vrbis commoditatem, & ornamentum, Baſilicis reficiendis, ædificijs conſtruendis, aquis inducendis, ingentes fecimus.

Ad reficiendaſq; in Vrbe Baſilicas, aquas inducendas, ædificiaq; conſtruenda, magnos etiam ſumptus fecit, & facit, pro Dei cultu, & Vrbis ornatu augen.

Certè maiora quotidie ad Dei gloriam, & illuſtriora eius diuina gratia audiutrice meditamur, vt iam nemo non videat, ad res magnas gerendas, & ad cętera, quę iam duximus præſtanda, multum quoque pecunię requiri, eamq; non ſolum frugalitate noſtra priuata, quam à principio adhibuimus, ſed alijs compluribus rectis vijs, quas, & prędeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum exemplum, & ratio ipſa ſuadet, comparari, & colligi oportere.

Ideo coactus fuit vectigal vnius quatreni imponere ſuper Vino minutatim in ei° Statu vendendo.

Quas ob cauſas Nos proximis diebus de conſilio, & aſſenſu Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, conſtituimus, & mandauimus, vt in vniuerſa ditione, & ſtatu Eccleſiaſtico, nobis mediatè vel immediatè ſubiecto (Alma Vrbe, & Ciuitate Bononien. dumtaxat exceptis) ex ea Vini quantitate, quę ſiue in tabernis, ſiue domi minutatim vbique locorum venditur, quatrenus vnus pro qualibet (vt vocant) foglietta, Camerę noſtrę Apoſtolicę ſiue deputatis ab ea, pendatur ac perſoluatur, prout in litteris noſtris deſuper confectis latius continetur.

Locauitq; Antinoro pro annuis 70. mill. & centũ ſcutis.

Cum autem Dilectus filius Philippus Antinoritus mercator Florentinus in Romana Curia Vectigal vini eiuſmodi, à nobis, & Camera Apoſtolica conduxerit pro ſcutis lxx. millium, & centum monetæ Iul. decem, annis ſingulis locationis, & reſponſionis nomine ſoluendis, vt ea pecunię ſumma, quam cauſę ſupra explicatę, & alię animum noſtrum meritò mouentes expoſcunt, nobis repræſentetur, ac ſine longioris morę interuallo in promptu ſit: idcirco montem vnum vacabilem inſtituere, atq; erigere decreuimus.

Super quibus erigit nũc Mõtem Sixtum.

Habita igitur cum Venerabilibus Fratribus noſtris, in Conſiſtorio noſtro ſecreto, deliberatione matura, ac de illorum Conſilio, & aſſenſu, deq; tradita nobis Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, vnum Montem, Sixtum nũcupan

dum

dum, quingentorum millium ſcutorum, cuius loca, ſeu portiones reſignabilia, ſeu reſignabiles, ac non tamen per promotionem, vel tranſlationem ad Cathedrales etiam Metropolitan. vel Patriarchales Eccleſias, & Monaſteria vacabilia, ſeu vacabiles ad inſtar Romanæ Curiæ officiorum, & aliorum Montium vacabilium exiſtat;

Super quibus erigit nũc Montem Sixtum.

pro tot perſonis, quot pecunias ſuas in illo, vſque ad dictam ſummam quingentorum millium ſcutorum huiuſmodi poſuerint, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium erigimus, & inſtituimus, illique ſic erecto & inſtituto pro eius dote ſummam quinquaginta millium ſcutorum ſimilium, ex redditibus, & iuribus dicti vectigalis, etiam perpetuò applicamus, & appropriamus: necnon Montem Sixtum prædictum, illiuſque futurum Collegium, & perſonas in noſtrum, & Sedis, ac Cameræ prædictarum locum quoad dictam ſummam quinquaginta millium ſcutorum, eiuſque liberam perceptionem, & exactionem ponimus, ſubſtituimus, & ſubrogamus, eandemque ſummam, vt præfertur òbligatam, ab òmnibus oneribus, tributis, ſubſidijs, collationibus, ex quacunq; vrgenti, & publicè, ac etiam fidei Catholicæ tuendæ cauſa impoſitis, ac omnibus, & quibuſcunq; alijs grauaminibus ordinarijs, & extraordinarijs, præſentibus, & futuris eximimus, & liberamus;

Eiuſq; loca reſignabilia, & vacabilia, vt hic eſt decernit. Fructus quoq; ad decem pro centenario aſſignat ſup redditibus dicti vectigalis.

Exemptoſque declarat, a quibuſcunq; ſubſidiis, & impoſitionib.

Ac pro maiori eorundem Montis, & Collegij, ac perſonarum in eo pecunias ponere volentium, cautela, & ſecuritate, totum vectigal huiuſmodi, ac in euentum in quem illud in toto, vel in parte, ac quouis tempore, quauiſuè occaſione, vel cauſa minuatur, aut prorſus ceſſet, in ſupplementum cuiuſque partis dictæ dotis, vnam quindecim millium ſuper Dohana Vrbis, & aliam quinque millium ſuper ſalaria eiuſdem Vrbis, ac aliam etiam quinque millium ſuper gabella quatreni carnis, aliamque decem millium ſuper Theſauraria Prouinciæ Romandiolę, & aliam etiam quinque millium ſuper Theſauraria Ciuitatis Peruſinæ, necnon reliquam ſummas annuas decem millium ſcutorum ſimilium ſuper Dohana Patrimonij, nulli adhuc ſpecialiter obligatas, hypothecatas, aut aliquo pacto alienatas, vel diſtractas, ita quòd illæ, dictumq; vini vectigal per nos, & ſucceſſores noſtros, quauis de cauſa, etiam iuſta, & rationabili vendi, ſeu alienari non poſſint, & quæ eidem Monti Sixto pro dotis huiuſmodi integrali ſatisfactione, ſimiliter perpetuo applicamus, & appropriamus, ſpecialiter ptæ cæteris, necnon omnia & ſingula alia Sedis, & Cameræ præfatarum mobilia, & immobilia bona, iuraque, res, & actiones, præſentia, & futura vbiq; locorum, & gentium exiſten. etiam ſi regalia, vel aliàs talia ſint, quæ in generali bonorum obligatione non comprehenduntur, pręfato Monti Sixto, illiuſque Collegio, & ſingularibus perſonis inſolidum, ac integraliter obligamus & hypothecamus, obligataque, & hypothecata eſſe volumus, atq; decernimus.

Et pro eius aſſecuratione, redditus, & bona Sedis & Cameræ Apoſtolicæ obligat, & hypothecat.

Volentes, & eadem auctoritate Apoſtolica ſtatuentes, quòd quæcunq; vtriuſq; ſexus perſonæ, cuiuſcunq; ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, & præeminentiæ exiſtentes, etiam ſi Cardinalatus honore præfulgeant, & Eccleſijs Cathedralibus etiam Metropolitanis, & Patriarchalibus, ſeu Monaſterijs huiuſmodi præſint, ac quæcunq;, quotcunq;, & qualiacunq; beneficia Eccleſiaſtica obtineant, ac in Sacris, & Presbyteratus ordinibus conſtitutæ, necnõ Sancti Ioannis Hieroſolymitani, vel aliorum Hoſpitalium, & militiarum, ac quorumcunq; non tamen mendicantium ordinum religioſę, quibus à Iure, aut per priuilegium conceſſum eſt proprium retinere poſſe, cuiuſcunq; nominis, qualitatis & conditionis, ac qualitercunq;, præterquam ratione regularis profeſſionis, in aliquo ordine Mendicantium inhabiles, & incapaces exiſtant, in Monte Sixto pręfato quaſcunq; pecuniarum quantitates, non tamen infra centum ſcuta ſimilia, in ſingulas perſonas huiuſmodi, vſque ad dictam ſummam quingentorũ millium ſcutorum poneret, & tam ipſæ perſonæ, quàm alij ab eis cauſam habentes, quoad vixerint, pro pecuniis ſic poſitis ad rationem decem ſcutorum ſimilium pro centenario, ſingulis annis, & quolibet bimeſtri eorum ratam ſine aliquo conſcientiæ ſcrupulo, & ſortis principalis diminutione, vel aliquo reſtitutionis onere etiam ſi aſſaſſinii, ſacrilegii, læſę Maieſtatis, aut alia quęcunque grauiſſima etiam de neceſſitate exprimenda crimina, præterquam in perſonam Rom. Pont. pro tempore exiſtentis, aut alicuius S. R. E. Cardinalis commiſerint, ac propterea ſiue legitimè conuictæ, ſiue in earum non comparentium contumaciam, in pœnam vltimi ſupplicii condemnatæ, ſeu condemnandę, & huiuſmodi pœnę per eas perſoluendę, atq; omnia eorũ

Perſonaſq; etiã Eccleſiaſticas, vt hic, pecunias in hoc Monte ponere poſſe decernit.

Confiſcari aut ſequeſtrari prohib-t ex quocunq; crimine, non tamen in perſonam Pontificis, vel Cardinalium.

Ee bona

bona fiſco,ipſo iure vel ipſo facto applicata, ſeu applicanda fuerint, tam pro ſorte prin-
cipali,quàm pro eorum emolumentis locorum, ſeu portionum Montis Sixti huiuſmo-
di, quæ, ſeu quas nullatenus confiſcari, aut ad inſtantiam quorumcunq; ſuorum credi-

Reſignarique poſſe indulget ſicut alia Rom. Curiæ officia, etiam ad fauorem illegitimorum & incapacium.

torum,vel aliàs modo aliquo ſequeſtrari, aut impediri poſſe decernimus,integrè,omni
prorſus impedimento ceſſante, percipere & habere, ac loca, ſeu portiones huiuſmodi
corpore tamen ſanè, & aliàs,prout in reſignationibus officiorum Romanæ Curiæ, & a-
liorum Montium vacabilium obſeruatur,in vnius,vel plurium, prout eis placuerit,etiã
filiorum ſuorum illegitimorum, & ex quocunque, etiam quantumuis damnato coitu
procreatorum, aut aliarum etiam magis incapacium perſonarum fauorem, in manibus
Dilecti filij Guidonis Pepuli moderni, & pro tempore exiſtentis noſtri, & dictæ Ca-

Theſaurarium Generalẽ deputat adminiſtratorẽ hu° Montis.

meræ Theſaurarij generalis, quem Protectorem, ac Adminiſtratorẽ dicti Montis Six-
ti cum libera, & abſoluta poteſtate, ea omnia peragendi, quæ ad eiuſdem Mõtis Six-
ti vtilitatem pertinere cognouerit, conſtituimus, & deputamus, reſignare, & de locis,
ſeu portionibus huiuſmodi, dummodo in perſona vnius de minori, quàm centum ſcu-
torum ſimilium ſumma,non diſponatur,nulla alia deſuper obtenta diſpenſatione,in to-
to, vel parte, ſimul, vel ſeparatim, per viam reſignationis huiuſmodi liberè diſponere
poſſint, ita vt reſignatarij in pecuniis, per eos, vel a quibus cauſam habuerint, poſitis,
ac locis, ſeu portionibus,& emolumentis præfatis per eandem reſignationem ſuccede-

Montiſtis facultatẽ tribuit Collegiũ conſtituendi,&c.

re, & ad illa admitti debeat. Quòdq; perſonæ Montis Sixti huiuſmodi Collegium in-
ter ſe conſtituere, ac eiuſdem Montis Sixti huiuſmodi, illiuſque perſonarum defenſo-
res, cum ſalario beneuiſo deputare, necnon Collegialia iura habere, ac ſuper eiſdem
locis, & portionibus, quaſcunque ſocietates, ad rationem decem ſcutorum pro cen-

Securitateſque officiorũ ſuper huiuſmodi locis contrahẽdi ad decem pro cent.

tenario, & anno, ad ſummum, peracto tamen triennio, quo durante portiones, & lo-
ca huiuſmodi, tam quoad fructus, quàm quoad proprietatem, vt infra dicetur, mini-
mè vacare decernimus, ad inſtar aliarum ſocietatum, quæ ſuper officiis dictæ Curiæ
ineuntur, pari modo,& abſq; vlla prorſus differentia in omnibus, & per omnia inire, &
contrahere, ac quæcumque ſtatuta, & ordinationes licita, & honeſta, ſacriſque Ca-
nonibus,& Concilij Tridentini decretis non contraria, proſperum ſtatum Montis Six-
ti huiuſmodi concernentia, condere, & condita mutare, corrigere, & reformare, &
alterare, necnon quaſcunq; pœnas, etiam pecuniarias Monti Sixti, ſeu Collegio hu-
iuſmodi, vel quibus eis placuerit, & videbitur applicandas, in quoſcunque ſtatutis,

Priuilegia, & gratias aliis Mõtibus conceſſ. huic Monti cõcedit.

& ordinationibus præfatis contrauenientes infligere. Necnon omnibus Priuilegiis, fa-
cultatibus, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, gratiis, litteris, & indultis,
quibus cætera Collegia Montium, etiam non vacabilium, videlicet durante triennio
præfato, in omnibus, & per omnia, tam quoad fructus, quàm quoad proprietatem, &
ſucceſſionem, poſt ipſum verò triennium, excepta illius locorum, & portionum pro-
prietate, & ſucceſſione, quoad reliqua omnia vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti
potiri,& gaudere poſſunt,& poterunt,quomodolibet in futurum,pariformiter, & abſq;
vlla prorſus differentia, etiam perinde, ac ſi ea omnia, hic de verbo ad verbum inſerta
forent, vti, potiri, & gaudere libere, & licitè poſſint, & valeant, Quòdq; Mons Sixtus,
illiuſq; Collegium, & perſonæ, ratione pecuniarum in eo poſitarum, ab omni decima-

Exemptionẽq; tribuit a Decimis &c.

rum, ac etiam menſatæ nuncupatæ, aliorumque onerum per nos, & pro tempore exi-
ſtentes Rom. Pontifices, etiam pro defenſione fidei, & augmento cultus diuini, & al-
tera ſubleuatione, & conſeruatione ſtatus Romanæ Eccleſiæ, quomodolibet impoſito-
rum ſolutione,libera, Immunia, exempta exiſtant, & cenſeri debeant, nec ſuper annuis
redditibus, introitibus, ac emolumentis eis aſsignatis, illorumue perceptione, & exa-
ctione, etiam per nos, & ſucceſſores noſtros præfatos, quouis modo perturbari, in-
quietari, vel moleſtari, aut illa aliquo grauamine, ſeu onere, etiamſi euidens vtilitas,
& vrgens neceſſitas id ſuaſerit, onerari poſſint, & ad probandum, quòd pecuniæ in di-
cto Monte Sixto poſitę, vel aliqua earum pars in vtilitatem,aut neceſsitatem Romanę
Eccleſiæ,vel ſedis,& Cameræ præfatarum conuerſæ fuerint,minimè teneantur. Quòd-
que pręſentes litterę,vim,& robur veri, & validi contractus,ac obligationis inter Nos,
& Sedẽ,ac Cameram præfatas, & eos, qui pecunias ſuper ipſo Monte Sixto poſuerint,
& ab eis cauſam habuerint,ex altera partibus legitimè initi,& ſtipulati obtineant,& ob-

tinere

Depoſitarij Officium.

tinere debeant. Quòdq; ipſius Montis Sixti Depoſitarius pro tempore exiſtens, introitus, & emolumenta illi applicata huiuſmodi exigere & recuperare, ac inter perſonas eiuſdem Montis Sixti, pro rata pecuniarum, & portionum, quas ipſæ in illo habuerint, quolibet bimeſtri diſtribuere & diuidere, ac Secretarium, & Computiſtam ipſius Montis Sixti, cum ſalarijs, & emolumentis per nos declarandis deputare, ipſeque Secretarius perſonis pecunias ſuas in dicto Monte, tam à primæua eius erectione huiuſmodi, quàm aliàs ponentibus, vt præfertur, pro earum ſecuritate, litteras, patentes conceſſionum, & reſignationum locorum, ſeu portionum huiuſmodi, ſub eiuſdem Theſaurarij pro tempore exiſtentis nomine, & quæ illius manu ſubſcriptæ, ac ſigillo eiuſdem Montis munitæ ſint, tam hac prima vice, quàm quoties loca, ſeu portiones huiuſmodi, per reſignationem, vel obitum, aut aliàs vacare contigerit, conficere, & tradere. Collegium verò Montis Sixti huiuſmodi, ſeu illius Officiales, & Miniſtri pro tempore exiſtentes, ad quos id ſpectabit, ſtatim viſis huiuſmodi litteris, eos, pro quibus illæ emanauerint, nulla alia ab eis petita vel recepta ſolutione, in numerum participantium dicti Collegii recipere, & ad emolumentorum pro rata locorum, ſeu portionum huiuſmodi eis debitorum perceptionem, admittere teneantur. Decernentes Montem Sixtum, illiusq; loca, & portiones huiuſmodi, reſpectu fructuum, & emolumentorum eidem Monti Sixto aſſignatorum, nullis omnino reductionibus, diminutionibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus, etiam prætextu enormiſſimę læſionis, vrgentis neceſſitatis, ſeu etiam euidentis vtilitatis, aut alia quacunque cauſa, ſiue in genere, ſiue in ſpecie faciendis, obnoxia eſſe, ſed firma perpetuò, & inuiolata perſiſtere, nec quemquam ex ipſius Montis deſcriptis creditoribus, aut ab eis cauſam, & ius haben. ſuper integris fructibus, & emolumentis pręfatis, quocunque modo turbari, vel impediri poſſe; ac præfatum Philippum iuxta inſtrumentum, deſuper cum eo in plena Camera confectum, & alios futuros dicti vectigalis conductores, ad ſoluendum eidem Monti Sixto, ac illius futuro Depoſitario, & perſonis ſummam quinquaginta millium ſcutorum huiuſmodi, anno quolibet, & de bimeſtri in bimeſtre illius ratam teneri, ac obligatum eſſe, & ad id iuris, & facti remediis cogi, & compelli poſſe, facultate tamen redimendi dictum Montem pro eodemmet pretio, quod in primæua integri Montis, ſeu illius locorum, & portionum huiuſmodi venditione contigerit reperiri, quingentorum millium ſcutorum nobis, & ſucceſſoribus noſtris perpetuò, nullo etiam centenario, & quantumuis alio diuturnioris, ac immemorabilis temporis lapſu, ac præſcriptione obſtante: Sicque in omnibus, & ſingulis præmiſſis per quoſcumque Iudices ordinarios & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, in quauis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere; irritum quoque, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Vt autem perſonæ pecunias ſuas in dicto Monte Sixto ponentes aliquod commodum, ex noſtra liberalitate conſequantur, volumus, & dicta auctoritate ſtatuimus, eiſque indulgemus, quòd ipſius Montis Sixti loca, ſeu portiones, quæ, ſeu quas perſonæ ipſæ emerint, per triennium à proximis Calen. Iulii computandum, per mortem ciuilem, aut naturalem perſonarum ipſarum, vel ab eis cauſam dicto triennio durante habentium, non vacent, ſed illa ad hæredes morientium eodem triennio durante, deueniant, ipſique hæredes loca, ſeu portiones huiuſmodi retinere, vel reſignare, illorumque, ſeu illarum pretium recipere poſſint, & reſignationes huiuſmodi admitti debeant: Quodque perpetuis futuris temporibus, quæcunque perſonæ, tàm eiuſdem Montis Sixti creditrices, quam etiam aliqua ex illius locis, per ceſſionem, vel aliter, etiam per primæuam pecuniarum in illo impoſitionem acquirentes, ad loca, ſeu portiones ipſius Montis Sixti quaſuis alias perſonas, ſub quarum nominibus loca, & portiones huiuſmodi rętent, nominare, & ſibi ipſis, quoad perſonę nominandę vixerint, tam locorum ſeu portionum huiuſmodi, quàm eorum fructuum, & emolumentorum omnimodam diſpoſitionem, illa interim perſonis ſic nominatis penitus interdicta, ac cum aliis ſibi beneuiſis aliàs tamē licitis, & honeſtis pactis, & cōditionibus reſeruare poſſint, ita tamē quòd per

Admiſsionis Montiſtarū forma.

Promiſsio preſeruandi Montem, & fructus a quibuſcunq; reductionibus, &c.

Decretum irritans.

Securitas Montiſtarū p trienniū à Cal. Iulij 1587.

Facultas Montiſtarum nominandi alios ad loca Montis, reſeruata ſibi eorum, & fructuum diſpoſitione.

obitum ſic nominatarum perſonarum poſt triennium prædictum, niſi prius reſignauerint, omnino vacent. Quòdq; ſi dictum Montem Sixtum aliquo tempore, quauis occaſione, vel cauſa in toto vel parte extingui contig erit, eadē Camera ad reſtitutionem pecuniarum in eo poſitarum, nō niſi ad rationem pretij, quod in primęua integri Montis, ſeu illius locorum, & portionum huiuſmodi venditione repertum fuerit, vt pręfer, tutte neatur, & obligata exiſtat, etiam quòd perſonę ipſę poſtmodum à dicta Camera, ſeu ius ab ea habentibus, illa, ſeu illas pretio longè maiori emiſſent. Non oſtantibus pręmiſſis, & fel. rec. Symmachi, Alexandri vj. Pauli ij. Pauli iiij. & Pij v. aliorumq; Rom. Pontificum prędeceſſorum noſtrorum, de rebus Eccleſię non alienandis, & alienatis recuperandis, ac etiam contra illegitimos, necnon quatenus opus ſit pię me. Pij Papę iiij. etiā prędeceſſoris noſtri de gratijs dictę Camerę intereſſe, vel minimum concernentibus, in eadem Camera inſinuandis, pręſentandis, & regiſtrandis, alijſq; Apoſtolicis, ac in Prouincialibus, ſynodalibus, & vniuerſalibus Cōcilijs editis, ſpecialibus, vel generalibus cōſtitutionibus, & ordinationibus, etiam pręfata fieri ſpecialiter, & expreſsè prohibentibus, & facta irrita eſſe decernen. dictęq; Camerę Apoſtolicę Iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, conſuetudinibus, ſtabilimentis, vſibus, & naturis, Priuilegijs qnoque Indultis, & litteris Apoſtolicis, eidem Camerę, illiuſq; Agentibus, & perſonis ſub quibuſcunq; ten. & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarū derogatorijs, alijſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſq; & alijs decretis, etiam Motu proprio & ex certa ſcientia, deq; conſilio, aſſenſu, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac pro conſeruatione ſtatus, dignitatis, extimationis S. R. E. conceſſis, confirmatis, ac etiam iteratis vicibus innouatis, extenſis, & moderatis. Quibus omnibus, etiam ſi de illis, illorumq; totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, integra, atq; indiuidua mentio habenda eſſet, illorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus; illaq; quatenus præmiſſis obſtent, tollimus, abrogamus, & etiam abolemus. Vt autem præſentium litterarum exempla ad manus eorum, qui eas inſpicere, aut illis vti voluerint de facili peruenire poſſint, volumus illarum exemplis, & impreſſis, manu Secretarij dicti Montis Sixti, aut alterius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo Collegij Montis Sixti huiuſmodi, ſeu perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ obſignatis, eadem prorſus fides in iudicijs, & extra adhibeatur, quæ his noſtris litteris, ſi oſtenderentur, vel exhiberentur, adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo, &c.

Clauſulæ derogatoriæ.

Datum Romæ Apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicę, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſeptimo, tertiodecimo Cal. Iunij, Pont. Noſtri Anno III.

✠ Ego Sixtus Epiſcopus Catholicæ Eccleſiæ ſſ.

✠
✠ Ego Iac. Card. Sabellus Epiſc. Portuen.
✠ Ego Io. Ant. Eṗs Tuſcul. Card. S. Georgij.
✠
✠ Ego In. Aualus Card. de Arag. Eṗs Sabin.
✠ Ego M. Ant. Card. Columna Eṗs Præneſt.
✠
✠ Ego M. S. Card. ab Altaeṗs tt. S. Mariæ Trāſtib.
✠
✠ Ego P. Card. Sancta Crucius tt. S. Clementis.
✠ Ego Gabr. tt. S. Laureñ. in Lucina presb. Car.
✠
✠ Ego Ludouicus Madruccius tt. S. Anaſtaſię.
✠ Nic. Card. Senoneñ. tt. S. Praxedis.
✠ Iul. Ant. tt. S. Bartholomęi in Inſula presbyt. Card. S. Seuerinę.
✠ Ego Hieron. Card. Ruſticucius tt. S. Ioan. ante Portam Latinam.

✠
✠
✠
✠ Ego P. Card. Deza, tt. S. Hieron. Illyricorū.
✠
✠
✠ Ego Ant. tt. SS. Ioannis & Pauli presb. Card.
✠ Ego Io. Ant. Card. tt. SS. Quattuor.
✠ Ego Io. Bapt. Card. tt. S. Marcelli.
✠
✠
✠
✠
✠
✠
✠ Ego Ant. Maria Card. Saluiatus, tt. S. Marię de Pace.
✠ Ego Aug. Card. tt. S. Marci.
✠ Ego Vinc. tt. S. Mariæ in Via Car. Mōtis Regl

✠ Ego

✠ Ego Phil. Card. Spinula, tt. S. Sabinæ.
✠
✠
✠ Scipio Card. Lancell. tt. S. Saluat. in Lauro.
✠ Vinc. Card. Gonzaga, tt. S. Alexij.
✠
✠ Io. B. Card. Castrucc. tt. S. Mariæ in Araçęli.
✠ Ego Fed. Card. Cornelius tt. S. Stephani in Monte Cęlio.
✠ Ego Hipp. Card. Pap. tt. S. Blaſij de annulo.
✠
✠
✠ Ego Hipp. Card. Aldobran. tt. S. Pancratij, Maior Pœnitentiarius.
✠
✠
✠

✠ Ego Fr. Hierony. Card. Aſculanus, tt. S. Thomæ in Parione.
✠ Ego A. Mar. Car. Peruſ. tt. S. Agnetis I Agone.
✠ Ego Fr. Conſtantius Card. Sarnanus, tt. S. Petri in Monte Aureo.
✠
✠ Ego Philippus Card. Vaſtauill. S. Euſtachij.
✠
✠
✠
✠ Ego A. Card. Monte Altus, Sanctæ Marię in Coſmed.
✠ Ego Hier. Sanctæ Agathę Diaconus Cardinalis Matthęius.
✠ Ego Benedictus S. Georgii Card. Iuſtinianus.
✠ Ego Aſcanius SS. Viti, & Modeſti, & Creſcentiæ S. R. E. Diaconus Card. Columna.

Tho. Thom. Gualt.

LXII.

Deputatio & Facultates ſex Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. S. R. E. Cardinalium cognoſcendi & decidendi cauſas & negocia quorumcunq; Regularium, & omnium Religioſorum extra clauſtra degentium; Necnon & Epiſcoporum cauſas audiendi, ipſiq; Pontifici referendi.

De Materia Apoſtatarum & extra clauſtra vagantium vide ſup. in Pauli iiij. conſt. 29. fol. 610. vbi notaui concord.

SIXTVS Papa V. Ad futuram rei memoriam.

ROMANVS Pontifex, cuius humeris maxima negotiorum moles eſt impoſita, cum per ſe ipſum eiſdem negotijs ſatis eſſe non poſſit, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, tanquam eius corporis partes adhibet, vt per eorum miniſterium ad Apoſtolicum præſidium recurrentibus, opportuna prouiſio exhibeatur; & vt facilius negotia explicari poſſint, alia alijs diſtribuit, prout ipſorum negotiorum, & perſonarum qualitate penſata, conſpicit expedire. Nos igitur conſiderantes nihil minus religioſis viris, quibus Dei tantum cultus eſſe cordi debet, conuenire, quàm litibus, controuerſijs, diuerſiſque externis negotijs implicatos, per varia tribunalia, diuerſoſque Iudices vagari; & cupientes quorumcunq; vtriuſq; ſexus quorumuis ordinum regularium, intra clauſtra degētium tranquillitati, ac etiam quorumcunq; extra clauſtra quomodolibet degentium, quieti, & omnium conſcientiæ quantum cum Deo poſſumus conſulere, ac aliàs quibuſuis negotijs regulares perſonas, illorumque bona, & iura quomodolibet tangentibus opportunè prouidere: Motu proprio, de, & ex certa ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, dilectos filios noſtros Michaelem Sanctæ Mariæ ſupra Mineruam Alexandrinum, & Ioannem Baptiſtam Sancti Marceli, Philippum Sanctæ Sabinæ Spinulam, & Vincentium Sanctæ Mariæ in Via Montis regalis, ac Hippolytum Sancti Pancratij Aldobrandini, titulorum presbyteros, & Ferdinandum Sancti Euſtachij Diaconum de Medicis nuncupatos Cardinales, de eorundem fide, integritate & doctrina, ac longo rerum omnium vſu in Domino confiſi, ad omnia & ſingula negotia, cauſas, & accidentia vtriuſque ſexus, ac quorumuis ordinum regularium perſonas Eccleſiaſticas, loca, bona, & iura quomodolibet concernentia, & dependentia ab eiſdem, cum ſuis annexis, & connexis, quæ à ſede Apoſtolica, pro parte ipſorum regulariumt, ſeu contra ipſos, actiuè, vel paſſiuè, etiam quoad Epiſcopos ſeu aliàs quomodolibe deſerentes: necnon etiam ad omnes & ſingulas

Cauſæ huius deputationis.

Deputatio Cardinaliũ ad cognoſcen. & decidendũ quæcumq; negotia & cauſas, quorumcunq; Regulariũ, & omnium religioſorũ extra clauſtra degẽtium.

ſingulas Religioſorum omnium, qui extra clauſtra Monaſteriorum ſuorum, tam à ſuis Superioribus eiecti, quàm forſan ex propria temeritate, aut aliàs ſine eorundem Superiorum licentia vagantes, ſeu ſub quauis ſpecie Religioſorum commorantes viuunt, petiones, ſupplices libellos, lites, quæſtiones, & controuerſias, illorumq; cauſas, & merita, priuatiuè quoad omnes ſimpliciter, & de plano, ſine proceſſu, ſeu aliqua figura iudicij, etiam extra iudicialiter audiendum, examinandum, cognoſcendum, & quæ illis decidenda videbuntur, decidendum, fineq; debito terminandum, exceptis præfatis Epiſcoporum cauſis, quas audiendi, examinandi, & referendi facultatem (reſeruata nobis penitus illarum deciſione) tantummodo eis concedimus, ac omni, & quacunq; appellatione, reclamatione, vel recurſu remotis, & quæ decernenda, & ordinanda eis videbuntur exequen. ſeu exequi mandan. abſoluendumq;, diſpenſandum, & rehabilitandum: quæ verò ad nos referenda iudicauerint, referendum, & quicquid ſuper ad nos relatis decreuerimus, iuxta ordinationem per nos eis, etiam viuæ vocis oraculo, de quo eis credi volumus, facien. exequi, & fieri mandandum, tenore præſentium conſtituimus, & deputamus. Super quibus omnibus & ſingulis, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, plenam, & liberam prænominatis Cardinalibus impartimur facultatem, & auctoritatem, ita vt quæ illi in cauſis, & negotijs præfatis quibuſcunq; decreuerint, ſtatuerint, & ordinauerint, iuſſerintque, eandem vim, idemq; robur obtineant in iudicio, & extra illud, ac ſi à nobis ipſis decreta, ſtatuta, ordinata, & iuſſa eſſent. Sicque per quoſcunque Iudices ordinarios, & delegatos, ſacrique Palatij Apoſtolici cauſarum Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere; ac ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac cuiuſuis ordinis regularium, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis & conſuetudinibus; priuilegiis quoq; indultis, & litteris Apoſtolicis eiſdem ordini ac regulis, earumue Prælatis, & particularibus perſonis, ſub quibuſcunq; tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſq; efficacioribus & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis huiuſmodi, in genere, vel in ſpecie, ac aliàs quocunq; modo conceſſis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dũtaxat, ſpecialiter & expreſsè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Vt autem facilius hæ litteræ ad eorum, quorum intereſt notitiam, perueniant; volumus, & eadem auctoritate decernimus, vt illarum exemplis etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadẽ prorſus fides habeatur in iudicio & extra, quæ haberetur ipſis præſentibus ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. Romæ Apud Sanctum Marcum, ſub annulo Piſcatoris, Die xiij. Iunij, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſeptimo, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Margin notes:
- Epiſcoporũq; cauſas audiẽdi ipſiq; Pontifici referendi. (beside "fatis Epiſcoporum cauſis…")
- Decretum irritans. (beside "& iuſſa eſſent…")
- Clauſulæ derogatoriæ. (beside "ne decernimus. Non obſtantibus…")

Tho. Thom. Gualteruttius.

A. Ruloſſius.

Facultates

LXIII.

Facultates Illuſtriſſ. D. Dominici Blondi de Monte Alto, Prouinciç Marchiç, Almæ Vrbis Senatoris, procedendi & iudicandi in cauſis criminalibus, iuxta facultates Reuer. Gubernatoris Vrbis, ac non ſeruata forma Statutorum nuper editorum, ſeu confirmatorum.

Has Guber. facultates vide ſup. in Leon x. conſtit. 7. fol. 185. Statutorumq; confirmationem vide ſup. in Greg. xiij. conſt. 63. fol. 1287.

SIXTVS Papa V. Motu proprio, &c.

CVM in Curia Capitolii Almæ Vrbis noſtræ multi delinquentes, prauique & facinoroſi homines, quotidie carceribus mancipentur, qui propter ſerioſam dictæ Vrbis ſtatutorum in procedendo obſeruantiam, leuiſſimaſque per eadem ſtatuta impoſitas & inflictas, ſceleriſque grauitate non condignas in iudicando pœnas, quodammodo impuniti euadere ſoleant, nec etiam per eadem ſtatuta, cautionibus de non offendendo inter partes dandis, quandoque per eiuſdem Vrbis Senatorem pro tempore exiſten. prouideri valeat. Vnde facinoroſi homines ad grauiſſima ſcelera frequẽter perpetranda, audaciores redduntur.

Cauſæ conceſſionis iſtarũ facultatum.

Nos qui inter cætera cordis noſtri deſiderabilia, a tempore quo diuina fauente clementia ad ſummi Apoſtolatus apicem aſſumpti fuimus, illud ſinceris ſemper exoptauimus deſideriis, vt in toto noſtro ſtatu Eccleſiaſtico, & præcipue Alma Vrbe noſtra prædicta, ne vtique delicta impunita remanerent, quin potius vt aliquando temerarii flagitiorum auſus hominum ſi non virtutis amore, ſaltim formidine pœnæ arctius reprimerentur, ac cuncti delinquentes, vt cæteris in exemplum tranſirent, condignis ſuorum ſcelerum plecterentur pœnis, in præmiſſis, pro noſtri Paſtoralis officii debita opportunè prouidere volentes.

Conceſſio facultatum procedendi & iudicandi in cauſis criminalib' nõ ſeruata forma ſtatutorum, & iuxta facultates Guber. Vrbis.

Motu ſimili, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Dilecto filio Dominico Blondo de Monte Alto, Prouinciæ Marchiæ, per nos creato, & deputato moderno Vrbis Senatori, de cuius fide & probitate in prçmiſſis exequen. multum confidimus, vt in caſibus quibuſcunq; criminalibus, tam in procedendo, quàm iudicando, Statutorum Vrbis forma aliter non ſeruata, contra delinquentes quoſcunq; in ipſius Curiç Carceribus nunc & pro tempore detentos, etiam cuiuſcunq; ſtatus, gradus, conditionis, & prçeminentiæ exiſten. prout ſibi beneuiſum fuerit, ac etiam iuxta facultates in ſimilibus noſtro, & pro tempore exiſten. Vrbis prædictæ Gubernatori, hactenus quomodolibet conceſſas, procedendi, & iudicandi, pœnaſq; ſtatutarias ſecundum delictorum & perſonarum qualitates, eius arbitrio augendi, plenam, amplam, liberam, atq; omnimodam facultatem, auctoritatem, atq; poteſtatem, prçſentium tenore concedimus;

Decretum irritans.

Omneſq; & ſingulos proceſſus, acta, ſententias, & decreta, deſuper ſtatutorum huiuſmodi, etiam vt præmittitur minimè ſeruata, per Senatorem prædictum, in poſterum formatos, facta, latas, & habita, in omnibus & per omnia, perinde ac ſi eadem ſtatutorum forma huiuſmodi, in eis & eorum quolibet ſeruata foret, valida & efficacia perpetuò exiſtere, ſuóſq; plenarios effectus ſortiri: Sic & per quoſcunq; Iudices, &c. ſublata, &c. iudicari, &c. deberi. Irritum quoque, &c. decernimus.

Clauſulæ derogatoriæ.

Non obſtantibus dictæ Vrbis ſtatutis, ac etiam iuramento, &c. roboratis, priuilegiis quoq; indultis, & litteris Apoſtolicis; per quoſcunq; Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac etiam nos, pro illorum corroboratione, hactenus quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis, ac concedendis. Quibus omnibus etiam ſi de illis, &c. illorum tenores, &c. latiſſime, &c. hac vice, & ad effectum præmiſſorum dumtaxat, derogamus, illiſq; ſufficienter derogatum eſſe, & cenſeri ſimiliter decernimus, cæteriſq; contrariis quibuſcunque.

Placet F.

Deputatio

LXIV.

Deputatio Commiſſarij, ſuper reſtauratione, & conſeruatione Pontium, Fontium, & Viarum publicarum, Status Eccleſiaſtici.

Similem deputationem fecit etiam Pius V. vt ſup. in eius conſt. 168. fol. 1172.

SIxtvs Papa V. Dilecte fili, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. CVPIENTES pro officij noſtri debito, ad publicam vtilitatẽ, & commoditatem vias, pontes, & fontes publicos, ſtatus noſtri Eccleſiaſtici, ſartos ac tectos conſeruari, de tua fide, integritate, diligentia, & experientia plurimum in Domino confiſi; Te ſuper viis, fontibus, pontibus, cõfinibus, tranſitibus, in toto Statu noſtro Eccleſiaſtico, noſtrum, & Sedis Apoſtolicę Commiſſarium, cũ omnibus & ſingulis honoribus, oneribus, emolumentis & facultatibus, facimus, conſtituimus, & deputamus.

Commiſſarii deputatio.

Dantes tibi plenam, & liberam facultatẽ, per te, vel alium, ſeu alios à te deputandos, pontes, fontes, vias, ac tranſitus quoſcunq; dicti Status noſtri Eccleſiaſtici viſitandi, & quos, & quas reſtauratione, reparatione, reſtitutione, ſabricatione, directione, & ad commodiorem locum tranſlatione indigere cognoueris, reſtaurari, reparari, reſtitui, ſabricari, ac dirigi, ſterni, ac ad commodiorem locum transferri ab iis, ad quos ſpectat, per pœnas pecuniarias, arbitrio tuo imponendas, & dictæ Cameræ applicandas, ac alia opportuna remedia curandi, & faciendi.

Commiſſarii Iuriſdictio, & facultates.

Necnon contra Communitates, & Vniuerſitates, quæ iam obligatæ ſint, pontes ſuper fluminibus, & torrentibus manutenere, id minimè curan. paſſus, & traiectus huiuſmodi vendunt, in præiudicium viatorum; Necnon contra quoſcunq; viarum publicarum, aut partis earum, ac tranſituum prędictorũ, & rerum ad Cameram prędictam pertinentium alienatores, venditores, occupatores, detentores, & ſeu demolitores, & vaſtatores inquirendi, & procedendi, atq; ad reſtituendum in priſtinum vaſtata, & occupata, ac reficiendum, ſeu fabricandum pontes, vbi fabricandi fuerint; eoſq; manutenendum, per pœnas pecuniarias tibi viſas, & alia opportuna iuris, & facti remedia reſpectiuè cogendi, & compellendi, ac ſi opus fuerit, pro cõmoditate viarum, pertinentiarum, terrenorum, iuxta eaſdem vias publicas exiſtẽtium, in vſum dictarum viarum conuertendi, ſoluto prius eorundem terrenorum dominis honeſto pretio, ſeu alia recompẽſa tradita per Communitatem, & Vniuerſitatem loci, ſeu per eos, quorum intererit, proclamata ſuper præmiſſis omnibus, & ſingulis neceſſaria ſub pœnis pecuniarijs tibi viſis faciendi, & edendi, eaſdemq; pœnas & mulctas, pro vna dictæ Cameræ, pro alia accuſatori, pro reliquis tribus partibus tibi applicandi: necnon alia faciendi, agendi, ſtatuendi, mandandi, & exequendi, quæ in præmiſſis omnibus, & ſingulis, & circa ea neceſſaria fuerint, ſeu quomodolibet opportuna. Mandantes dilectis filijs Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Poteſtatibus, Magiſtratibus, Officialibus, ac iuſtitiæ miniſtris quibuſcunq; dicti Status, vt tibi, ſeu a te deputatis, circa præmiſſorum executionem aſſiſtant, atq; omnem opportunum fauorem, & auxilium præſtent, & exhibeant.

Salarii aſſignatio.

Cum autem æquum ſit, vt pro laboribus tuis, debitum capias emolumentum; volumus, ſtatuimus, & mandamus, vt tibi, ſeu à te pro tempore deputato, ab vnaquaq; Communitate, & Vniuerſitate, in quorum diſtrictibus pro tempore occaſione reſtaurationum, & fabricarum præfatarum fueris, & deputatus huiuſmodi fuerit, pro expenſis, tam victus, quàm laboris, ſeu pro ſalario ſcutum vnũ pro qualibet die dũtaxat, abſq; aliqua contradictione, & retardatione perſoluatur.

Clauſulæ derogatoriæ.

Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis; ac quarumcunq; Ciuitatum, Terrarum, & locorũ dicti Status noſtri Eccleſiaſtici ſtatutis, ac conſuetudinibus; priuilegiis quoq; indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, illorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro expreſſis habentes, ad effectũ præmiſſorum, ex certa noſtra ſciẽtia, ſpecialiter & expreſsè derogamus, cæteriſq; contrarijs quibuſcunq;. Dat. Romæ Apud S. Marcum, ſub Annulo Piſcatoris, die x. Octob. 1587. Pont. Noſtri Anno III.

Tho. Thom. Gualterutius.

Priuile-

LXV.

Priuilegiorum & immunitatum conceſsio, pro Ædificantibus, vel habitantibus in Via Felici, & in Monte Quirinali Almæ Vrbis.

Similem conceſsionem fecit Pius IV. Aedificantibus in nouo Burgo Sancti Petri, vt ſup. in eius conſt. 135. fol. 884.

SIxtvs Epiſcopus Seruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. DECET Romanum Pōtificem poſt multas, & graues Paſtoralis ſui officii curas, hanc quoq; non negligere, vt Alma Vrbs Roma, in qua non ſine Dei voluntate à Vicario ſuo B. Petro Apoſtolorum Principe, ſancta Sedes Apoſtolica, ad omnium Chriſtifidelium commoditatem, Religioniſq; incrementū conſtituta extitit, & ad quam olim Orbis nunc etiam Chriſtianę Religionis caput, magnus fit concurſus, non modo ſalutaribus legibus, boniſq; moribus in meliorem ſtatum reformetur, ſed nouis etiam Viarum, Vicorum, Regionum, atque Aedificiorum incremētis, ad Populi in dies, benedicente Domino excreſcentis, & cōfluentium aduenarum commodum aſſiduè dilatetur. Quod dum ab initio noſtri Pōtificatus ſedulò meditaremur, ſimul etiam, vt ad venerandas eiuſdem Vrbis Baſilicas, toto Orbe terrarum celebres, commodius & decentius adiri poſſet, atq; in eis frequentius viſitandis Populi deuotio augeretur, pręſertim veteri more ſanctorum Pontificum noſtrorum prędeceſſorum, in Stationibus, & Pontificalibus Capellis, noſtra pręſentia celebrādis, per nos renouato, vias complures latas, & directas ad eaſdem Baſilicas patefecimus, necnon vberrimum, & copioſiſſimum nitidę, & ſaluberrimę aquę fontem, quę Felix nuncupatur, noſtra ſolicitudine, & ingenti impenſa, difficili & laborioſo opere, magnaq; induſtria ad ſuperiores partes Collium ipſius Vrbis, cum maximis totius populi gaudio & applauſu, ad publicam vtilitatem, Deo fauente perduci curauimus, vt Ciues & Incolæ eiuſdem Vrbis viarum, & fontium commoditate, ſimul etiam aeris ſalubritate, atq; ipſius loci eminentioris, & patentioris amœnitate perfrui poſſint, conſtruendiſq; ædibus ad commodiorem habitationem, ſpatia habeant latiora, ac nobiliſsima pars Vrbis nō modo ſumptuoſis veterum ſubſtructionum veſtigijs, ſed Religioſis etiam Chriſtianæ antiquitatis monumentis inſignis, nouis ædificijs, & incolarum frequentia, in priſtinum decus & celebritatem, noſtris potiſsimum temporibus reſtituatur. Cupientes igitur eorundem Incolarum, & Ciuium, necnon Curialium, & quorumcunq; peregrinorum eò concurrentiū cōmodis plenius conſulere, eoſq; ad huiuſmodi partē Vrbis, cum omni quiete, & tranquillitate inhabitandam, nouiſq; domibus replendam Apoſt. benignitas fauoribus, & gratijs inuitare. Motuproprio, & ex certa noſtra ſcientia, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium perpetuò ſtatuimus, & ordinamus, quòd quæcunq; domus, & ædificia quæ per quaſuis perſonas, cuiuſcunq; ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtētes, in via noua, Felici nuncupata, ab Eccleſia S. Mariæ Maioris vſq; ad Eccleſiam ſanctiſſimæ Trinitatis in Mōte Pincio, per nos ſtrata ac directa, necnon in via Pia per nos etiā ęquata à Palatio noſtro in Monte Quirinali, vſque ad Eccleſiam S. Suſannæ, & in vicis propè dictas vias dirigendis pro tempore conſtruentur, ex quocunq; delicto quantumuis graui (criminibus tamen diuinæ, & humanæ Maieſtatis læſæ tantū exceptis) confiſcari non poſſint, ſed eorum Dominis, vel in eis ius habentibus, & ſucceſſoribus ſuis, perinde ac ſi delicta non cōmiſiſſent, firma, & illæſa remanere debeant. Ac propterea quòd ij qui per biennium continuum dictas domos, ſeu ædificia in vijs prædictis conſiſtentia inhabitauerint, iiſdem immunitatibus, & exemptionibus, quibus veri, & originarij Ciues Romani, de iure, vel cōſuetudine, vel ex priuilegio, aut aliàs quomodolibet vtuntur, potiuntur, & gaudent, vel vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, non ſolum eorum inſtar, ſed pariformiter, & æquè principaliter, ac abſq; vlla prorſus differentia vti, potiri, & gaudere, liberè, & licitè valeant. Quòdque ij, qui domos, ſeu ædificia in dictis vijs conſtituta pro tempore habitabunt, ratione æris alieni, aut cuiuſuis contra-

Sanctiſſ. D.N. Sixtus V. pro comodiori aditu, ad venerandas Vrbis Baſilicas, quā plures vias latas aperuit & ſtrauit, & antiquū ritū de Cappellis in eiſdem Baſilicis ipſo Pont. præſente celebrandis renouauit, vt habes etiam ſup. in cōſt. 24. f. 63

Fontemque aquę Fęlicis ad ſuperiores Colles Vrbis maxima cum impenſa, & populi applauſu perduci fecit, vt ibi Incolæ libentius inhabitent, nouiſq; ædificiis Vrbem decorent.

at modo eadem cauſa ædificantib⁹ in Via Felici, & Via Pia priuilegiū concedit, quod ædificia conſtruēda, ex quocumq; præterquam læſæ Maieſtatis delicto confiſcari nequeant.

Hoc idem conceſsit Pius IV. ædificantib⁹ in Burgo S. Petri, vt iudicaui ſup. in rub.

Inhabitantibuſq; per biennium ædificia prædicta quæcumq; Romanorum Ciuiū priuilegia concedit.

Habitatores eorundem ædificiorum, pro debitis & obligationibus extra Statū Eccleſiaſtícu cōtractis, moleſtari non poſſe decernit.

Priuilegiumq; fori Capitolini iuxta formam Statutorum, & litterarū Apoſt. deſuper confectarū elargitur.

Hoc ſtat. eſt in li. 1. c. 41. iſtęq; litteræ Apoſt. ſunt i prin. ſtatuti, & etiam ſup. in cōſt. 32. fol. 177.

Artifices eadē ædificia incolentes, a Collectis per Conſulatus imponendis, ac ab onere excubias tēpore peſtis &c. faciendi, eximit.

Decretum irritans.

ctus, obligationis, inſtrumenti etiam iurati, etiam ſub Cameræ Apoſtolicæ, vel alia quauis forma, & conceptione verborum, extra tamen loca ditioni noſtræ Eccleſiaſticæ in temporalibus ſubiecta, initi, & celebrati, ſeu contracti, quamdiu ædificia, vel domos huiuſmodi inhabitabunt, vigore mandati cuiuſcunque Iudicis, Curiæ, vel Tribunalis, in perſonam, vel in rem moleſtari, minimè poſſint, nec debeant. Ac inſuper priuilegio fori Capitolini Ciuibus Romanis competenti, perinde ac ſi veri Originarij, & indubitati Ciues Romani forent, in omnibus, & per omnia gaudeant, atque inſtar Ciuium Romanorum, cauſas ſuas coram quocunque Iudice, Tribunali, aut Curia pro tempore motas, iuxta formam ſtatutorum eiuſdem Vrbis nouiſſimè editorum, ac litterarum Apoſtolicarum deſuper confectarum, ad Curiam Capitolinam trahere, ac reaſſumi facere valeant; Motu ſcientia, auctoritate, & tenore prædictis, perpetuò concedimus, & indulgemus. Demum vniuerſos, & ſingulos Artifices, ſeu Opifices cuiuſcunque artis, domos, ſeu ędificia huiuſmodi in viis prædictis pro tempore incolentes, ab omni & quocunque onere, ſeu Collecta, aut grauamine per Conſules eiuſdem artis ratione ipſius Conſulatus pro tempore impoſitis, ſimiliter perpetuò eximimus, & liberamus, eiſque pariter indulgemus, quòd nec præmiſſis contribuere, nec quicquam, vel minimum tali de cauſa perſoluere teneantur. Ac tempore peſtis, aut belli (quod Deus auertat) aut cuiuſcunque alterius ſiniſtri, & excogitati caſus fortuiti, ad cuſtodias, ſeu excubias faciendas nequaquam ſint obligati, neque ad præmiſſorum quippiam cogi, vel compelli poſſint, aut debeant, liberique, immunes, & exempti ab omnibus ſupradictis ſint, & cenſeantur. Decernentes omnia, & ſingula præmiſſa valida perpetuò, & efficacia fore, ſuoſque plenarios effectus ſortiri debere, ac in ſingulis, quos illa concernunt, ſuffragari. Sicque per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios, ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate iudicari, & diffiniri debere; irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilecto filio noſtro Henrico tituli Sanctæ Pudentianæ presbytero Cardinali Caietano nuncupato, moderno, ac pro tempore exiſtenti prædictæ Romanæ Eccleſię Camerario, & Cameræ Apoſt. Præſidentibus Clericis, per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes litteras, & in eis contenta quæcunque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte alicuius prædictorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, ac domorum, ſeu ædificiorum huiuſmodi conductoribus, habitatoribus, incolis, dominis, eorumque hæredibus & ſucceſſoribus, artificibus, & quibuſuis aliis ſupradictis, in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra, præſentes litteras, & in eis contenta quæcunque per eos, ad quos ſpectat, & ſpectabit in futurum, perpetuò firmiter, & inuiolabiliter obſeruari, illaſque debitę executioni demandari procurent. Contradictores, per cenſuras Eccleſiaſticas, aliaque opportuna iuris & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo: Inuocato ad hoc vel adhibito, ſi opus fuerit auxilio brachii ſæcularis. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Vrbis, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis & conſuetudinibus, etiam nouiſſimè reformatis, priuilegiis, indultis, & litteris Apoſtolicis eidem Populo Romano, eiuſque Magiſtratibus, ac Conſulatibus Artium, aut illarum Conſulibus pro tempore exiſtentibus, vel quibuſlibet aliis perſonis, Ciuibus, Prouinciis, Terris, & locis, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, etiam Motu, & ſcientia ſimilibus, ac de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine conceſſis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio, ſeu quęuis alia expreſſio ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, infererentur, pręſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti, ordinationis, conceſſionis, indultorum, exemptionis,

Executorum, & defenſorum deputatio, & facultates.

Clauſulæ derogatoriæ.

ptionis, liberationis, decreti, commiſſionis, mandati, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ Apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſeptimo, Idus Septembris. Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

E. Dat.

Tho. Thom. Gualterutius.

Regiſtrata apud eundem Thomam Secr.

Anno a Natiuitate Domini, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſeptimo, Indictione decimaquinta, die vero ix. Menſis Octobris, Tempore Pontificatus Sanctiſſ. in Chriſto Patris, & D.N. Domini Sixti diuina prouidentia Papæ Quinti, Anno eius Tertio. Retroſcriptæ litteræ Apoſtolicæ, & omnia, & ſingula in eis contenta affixæ & publicatæ fuerunt ad valuas Eccleſiarum Baſilicarũ Sancti Ioannis Lateranen. Sancti Petri de Vrbe, ac Caucellariæ Apoſtolicæ, & acie Campi Floræ, vt moris eſt, per nos Alemanum de Alemanus, & Octauium Tagliettum S.D.N. Papæ Curſ. Publicatio.

Alexander Parabiachus Magiſter Curſ.

LXVI.

De conſtitutionibus Pij IV. & Pij V. circa Confidentias Pontificiales editis, etiam in Regno Galliæ exequendis, cum moderatione quarundam pœnarum in eis contentarum.

Circa huiuſmodi Confidentias habes dicti Pij IV. conſtit. 109. ſup. fol. 820. & Pii V. conſtit. 87. fol. 1051.

Ad extirpandum iſtud Confidentiæ crimen, hic idem Sanctiſſ. Pont. Six. V. erexit in Alma Vrbe, officium Auditoratus cauſarum Confidentiarum, cum ampliſſima Iuriſdictione, & priuilegijs, vt habes ſup. in conſtit. 51. fol. 171.

SIxtvs Epiſcopus Seruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. PASTORALIS officii ſolicitudo nos admonet, vt quæ ad Dei laudem, animarumq; ſalutem à prędeceſſoribus noſtris prouidè ſtatuta fuiſſe noſcuntur, debitæ executioni demandari curemus; & ſi quando opus ſit, illa etiam moderemur, prout perſonarum, & locorum qualitate penſata id in Domino conſpicimus ſalubriter expedire.

Sanè fel. rec. Pius Papa IV. prædeceſſor noſter, ad tollendam fiduciariæ mancipationis beneficiorum Eccleſiaſticorum corruptelam, ſtatuit & decreuit, vt ipſo iure vacarent Eccleſiæ, Monaſteria, cæteraq; beneficia Eccleſiaſtica, in confidentiam cuiuſuis perſonæ, contemplatione, vel intuitu recepta, liberam illorum diſpoſitionē ſibi, & Apoſtolicæ Sedi reſeruando, nec valerent ipſorum collationes, ſeu conceſſiones, nec fructuum, nec penſionum reſeruationes, nec facultates illas transferendi, ſed Eccleſias, Monaſteria, & beneficia huiuſmodi ipſo iure vacare, ac prædictæ diſpoſitioni reſeruata eſſe, ſicque per quoſcumque, etiam per præſumptiones, & coniecturas legitimas, & aliàs eorum arbitrio procedendo, cum alioquin confidentias huiuſmodi in lucem erui, & probari non poſſe conſtaret, iudicari, & diffiniri debere; necnon irritum, & inane, quicquid contingeret attentari.

Pius IV. Beneficia in Cōfidentiam recepta, a die receptionis uacare decreuit, eorumque diſpoſitionē Sedi Apoſt. reſeruauit, ut ſup. in eius conſt. 109. fol. 820.

In illarumque cauſis, per cōiecturas & pſumptiones, a Iudicibus Iudicari poſſe decreuit, ut ibidem.

Et deinde recolendæ memoriæ Pius Papa Quintus, etiam prædeceſſor noſter, ad tam nefarium crimen facilius detegendum & profligandum, ſimiliter ſtatuit, & decreuit; Vt ſi quis quacumque auctoritate, Eccleſiam, vel Monaſterium, aut aliud benefi-

Pius V. deinde certos cas. Cōfidentiarũ, certaſque præſumptiones & cōiecturas deſuper attendēdas declarauit, ut hic & in illius conſti. 87. f. 10. 51.

beneficium Eccleſiaſticum qualecumque, ex reſignatione, vel ceſsione cuiuſcumque perſonæ ſimpliciter, aut cum circuitu retroceſſionis, cum regreſſu, vel acceſſu, etiam, ſola dimittentis intentione reciperet, vt illa vel illud, etiam in euentum regreſſus, vel acceſſus eidem dimittenti, vel alteri poſtea conferretur, aut illius fructus, vel eorum pars alij, vel alijs concederetur, vel penſiones ſoluerentur, ex eiſdem hæc confidentia cenſeretur. Itidem ſi ordinarius, vel alius collator contuliſſet antea, aut conferret in futurum beneficium Eccleſiaſticum, quouis modo vacās, ea conditione tacita, vel expreſſa, vt poſtea in alterum pro arbitrio collatoris, ſeu alterius cuiuſcumq; contra iuris communis ordinationem diſponeret; ſiue, vt de eo prouiſus, fructus illius, vel partem ad vtilitatem, vel libitum conferentis, vel cedentis, aut alterius relinqueret & remitteret, ſeu penſionem illi vel illis, quem, vel quos idem collator, aut cedens, vel alius per ſe vel alium ſcripto, aut verbo iuſsiſſet, aut ſignificaſſet, perſolueret. Et pariter ſi à patrono, etiam laico, vel alteri præſentatori, ſeu electori contigiſſet, aut contingeret id fieri. Ad hęc ſi Clericus Cameræ Apoſtolicæ, aut quiſuis alius etiam Cardinalatus dignitate præfulgens, à ſolutione iurium ipſius Cameræ, vel etiam Cancellariæ Apoſtolicæ exemptus poſt reſignationem, vel ceſſionem alicuius extranei, de Eccleſia, Monaſterio, vel alio beneficio Eccleſiaſtico, in ſe, Apoſtolica, vel alia auctoritate factam, & admiſſam, illam, vel illud etiam confectis litteris Apoſtolicis, & poſſeſſione apprehenſa in eundem, reſignationem, vel cedentem modico ſpatio interiecto, veluti duorum, aut trium Menſium retroceſſiſſet, aut retrocederet in futurum, & ex illa retroceſsione fructus Eccleſiæ, vel Monaſterij, aut beneficij, vel eorum pars, ſeu penſio, ſeu quid aliud ſuper illis reſeruatum eſſet, fuiſſetve conceſſum. Poſtremò ſi quis crimine aliquo abſolutus, aut cum quo ſuper irregularitate diſpenſatum eſſet, denuo reciperet, quacumque auctoritate Eccleſiam, Monaſterium, vel aliud beneficium Eccleſiaſticum, quod ante vel poſt commiſſum delictum, aut contractam irregularitatem dimiſiſſet, in quibuſuis horum caſuum confidentię prauitas eſſet contracta, caſuſque huiuſmodi litteris dicti Pii Papę Quarti compręhenderentur, ac ſi illis ſpeciatim expreſsi fuiſſent, licèt ipſum confidentię crimen alterius tantum partis conſcientia eſſet admiſſum. Ad probandum verò plenè confidentiarum abuſum, inter alias, etiam has pręſumptiones, & coniecturas idem Pius Papa Quintus voluit haberi legitimas, videlicet, ſi quis poſt ceſſam ab eo Eccleſiam, vel Monaſterium, aut beneficium, & publicatam reſignationem, ſeu ceſsionem, captamq; à ſucceſſore poſſeſsionem, ſeſe in illa, vel illa, ſeu rebus illius per ſe, vel alium, ſeu alios de facto ingeſſerit, aut fructus perceperit, aut quicumq; ſucceſſor illi, vel eius propinquis, ipſos, aut partem aliquam remiſerit, eorundem. Si recipiens beneficium conſtituerit dimittentem, vel eius parentes, vel aut propinquos procuratores, ad percipiendum, vel locandum fructus beneficij dimiſſi, & illi vel illis de fructibus perceptis, aut percipiendis donationem fecerit. Si vel ſola procuratoris depoſitione, vel libris rationalibus Menſariorum ex parte dimittentis, expeditio, quę perſonam recipientis concernit, proſequuta ſit, ſimulq; expenſę pro ea neceſſariæ ab illo factę fuerint. Denique ſi quis pro conceſſione alicui facta, quacumq; auctoritate, de beneficio Eccleſiaſtico, per ſe, vel alium, ſeu alios interceſſerit, vel aliàs in negocio conceſſionis ſeſe immiſcuerit quoquomodo. Deinde aliquid de fructibus talis beneficij de facto, etiam per manus poſſeſſoris, ac etiam ſimplicis donationis titulo perceperit, ſeu de illo poſtmodum ad voluntatem interceſſoris fuerit diſpoſitum quandocunque. Teſtes autem de quaque re ſingulares, ſingulas probare valerent præſumptiones, & coniecturas, pluresque huiuſmodi præſumptiones, & coniecturę plenam probationem facerent in prędictis. Cæterum criminoſi, & cęteri omnes, qui ad perhibendum in caſibus Simonię teſtimonium recipi poſſunt, ad prędicta omnia admitterentur. Sed ne quiſquam etiam vana fiducia fretus, non intendendi contra ſe iudicij, in crimine perſeueraret, vtque hoc malum grauioris cenſurę ſtimulo vſquequaque prohiberetur, omnes, & ſingulos, qui couſque Eccleſias, Monaſteria, beneficia, fructus, penſiones, aliaſue res, intercedente hoc confidentię vitio, receperant, aut retinebant, niſi ſtatim ad ſe reuerſi, & reſipiſcentes celeri dimiſsione ſibi proſpicerent, & qui quid tale admitterent in futurum, etiam omnibus & ſingulis aliis Eccleſiis, Monaſteriis, dignitatibus, adminiſtratio-

Et cōtra Confidentiæ criminis reos, impoſuit pœnas, de quibus hic, & in dicta illius conſt. 87.

ſtrationibus, officijs, & beneficiis obtentis; quæ pariter ſub dicta reſeruatione comprehendi voluit, necnon fructibus, penſionibus, &aliis rebus Eccleſiaſticis, ac etiam Romanæ Curiæ, & aliis Officiis temporalibus Apoſtolica auctoritate priuauit, & ad futura inhabiles decreuit, & in iuris ſubſidium excommunicationis ſententia innodauit, à qua nullus, niſi in mortis articulo conſtitutus, ab alio quàm à Romano Pontifice abſolutionis beneficium valeret obtinere, prout in eorundem prædeceſſorum ſuper his confectis litteris, plenius continetur.

Cum autem ſicut accepimus, litteræ prædictæ in Regno Galliæ, ob temporum iniuriam, aliaſque varias ſubortas difficultates, diuerſaque impedimenta, adhuc debitæ executioni non fuerint demandatæ, ac propterea tam pernicioſum Confidentiæ vitium, quod celeriter extirpari, & eradicari oportuerat, in dies magis ſerpere, ac propagari noſcatur, in maximum animarum periculum, ac ſcandalum plurimorum. Nos ad hanc corruptelam è Regno illo, quod non ita dudum omni Chriſtianarum virtutum genere florebat, & adiuuante Domino etiam in poſterum florebit, tollendam, ac proruſus eliminandam, animarumque ſaluti in primis conſulere volentes; omnibus, & ſingulis dicti Regni Archiepiſcopis, & Epiſcopis, eorunque Officialibus, & ad quos de iure & conſuetudine pertinent, per præſentes mandamus, ac ſub interminatione diuini Iudicii diſtrictius iniungimus, vt in ſuis quiſque Eccleſijs, Ciuitatibus, Diœceſib. & locis, etiam exemptis, ad prædicta ſtudioſè attendant, & in eos quos in Confidentiæ crimine, præſertim verò in aliquo ex caſibus ſuperius expreſſis, etiam per præſumptiones, & coniecturas prædictas deliquiſſe conſtiterit, ſeuerè animaduertant. Qui ſi in premiſſis exequendis negligentiores fuerint, eorum negligentiam ſuppleri volumus à Capitulis Eccleſiarum Metropolitanarum, & Cathedralium, ac etiam Collegiatarum, vbi de beneficijs ipſarum Collegiatarum Eccleſiarum agatur, ac etiam ab Abbatibus, ſeu Prioribus Clauſtralibus, & Conuentibus Monaſteriorum, aliorumque regularium locorum, vbi de eorundem Monaſteriorum, ſeu locorum officiis, & beneficiis queſtio extiterit. Et nihilominus appellationes à ſententiis, quas contra delinquentes huiuſmodi fieri contigerit, ad proximos ſuperiores, iuxta Canonicas ſanctiones deuolui; Executionem tamen ſententiarum prędictarum minimè impedire, aut retardare, Beneficia verò occaſione Confidentię huiuſmodi ad pręſens vacantia, & in poſterum vacatura, ab ipſorum beneficiorum ordinariis Collatoribus, perinde ac ſi diſpoſitioni dictę Sedis Apoſtolicę minimè reſeruata fuiſſent, liberè conferri, & de illis prouideri poſſe, & debere decernimus; dum tamen talium criminum participes, aut conſentientes non fuerint. Quo caſu, ac etiam vbi iidem Ordinarii Collatores, per ſex menſes, à die detectę, & comprobatę, ſeu conuictę Confidentię, beneficia ipſa vt præfertur, vacantia canonicè conferre, & de illis prouidere neglexerint, beneficiorum eorundem Collatio & prouiſio ad proximos ſuperiores deuoluatur, Quæ verò beneficia, de Iure patronatus laicorum fuerint, ad eorundem patronorum præſentationem, dummodo in crimine huiuſmodi non fuerint participes, conferri: De Eccleſijs verò, ac Monaſterijs, alijſque beneficiis Eccleſiaſticis, ad Chariſsimi in Chriſto filij noſtri Henrici III. Francorum Regis Chriſtianiſsimi nominationem ſpectantibus, nouam ipſius Regis nominationem iuxta Concordata, ſeu indulta à Sede Apoſtolica ei conceſſa, volumus expectari. Fructus verò ex Eccleſiis, Monaſterijs, & alijs beneficiis prædictis malè, & indebitè perceptos, in vſum, ac reparationem Eccleſiarum, Monaſteriorum, & beneficiorum prædictorum, ſuper quibus Confidentia huiuſmodi contracta, & commiſſa fuerit, per Archiepiſcopos, Epiſcopos, ſeu Officiales, alioſque prædictos conuerti, & applicari poſſe volumus, ac decernimus; Magnoperè hortantes, & enixè in Domino requirentes eundem Regem Chriſtianiſſimum, vt omne ſtudium, operam, & auctoritatem ad prædicta peragenda, & exequenda præſtare, & impertire velit. Abſolutionem autem à cenſuris, & pœnis, ac irregularitatibus, propter crimen Confidentiæ huiuſmodi quomodolibet incurſis pro tempore exiſtenti noſtro, & Sedis Apoſtolicę apud Regē prędictum Nuncio, & quo ad Prouincias ſub Legatione Auinioneñ. comprehenſas, eidem Auinioneñ. Legato, cum facultate etiam alios ſubdelegandi, de quorum pietate & prudentia magis confidant, per præſentes cōmittimus, & demandamus. Non

Hic vero Sanctiſſ. Pont. Six. V. præcipit Epiſcopis & aliis &c. Regni Franciæ, ubi conſtitutiones Pii 4. & Pii 5. prædictæ adhuc executæ non fuerunt, vt in futurum ad illarum executionem omnino procedant.

Appellationeſque ab eorum ſententiis ad proximos ſuperiores ſiue retardatione executionis, deuolui, decernit.

Beneficiorum ob Cōfidentias uacan. collationē Ordinariis Collatorib⁹, ut hic concedit.

In hoc iſte Pōtif. modificat d. conſti. Pii 4.

Fructuſq; inde male pceptos in vſum, & reparationem Eccleſiarū, & beneficiorum ſuper quibus Cōfidentiæ cōmittuntur, cōuerti poſſe declarat.

In hoc etiā iſte Pōt. modificat d. conſt. Pii 4.

Regem Galliæ hortatur, vt p̄dictorū executioni operam præſtet.

Abſoluendiq; a cēſuris ob Cōfidentias incurſis, Nūcio apud d. Regem, & reſpectiue legato Auinion. concedit.

In hoc etiam iſte Pōt. modificat d. cōſt. Pii 4. & etiā Pii 5.

Digitized by Google

Clauſulæ derogatoriæ.

Non obſtantibus Pij iiij. & Pij v. prædeceſſorum prædictorum litteris,(quas quoad dictum Regnum in ſuperius expreſſis duximus relaxandas, & moderandas) illis nihilominus,quoad alia Regna & loca in ſuo robore duraturis, alijſque Apoſtolicis conſtitutionibus, priuilegiis quoque, & indultis generalibus, vel ſpecialibus quorumcunq; tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, aut in totum non inſerta, præſentium effectus & executio impediri valeat quomodolibet, vel differri; & de quibus eorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, vt præſentium exempla etiam impreſſa edantur, eaq; Notarij publici manu, & cuiuſcunq; Curiæ Eccleſiaſticæ eiuſvè Prælati ſigillo obſignata, eandem illam prorſus fidem, in Iudicio & extra, vbiq; locorum faciant, quam ipſæ præſentes facerent, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum mandati, iniunctionis, decretorum, hortationis, requiſitionis, commiſſionis, demandationis & voluntatum infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ Apud Sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo Septimo, Id. Auguſti, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Hippolytus Card. Prodat.

Tho. Thom. Gualterutius.

LXVII.

Rectoratus Studij Almæ Vrbis Officium, Collegio Aduocatorum Conſiſtorialium confertur, cum antiquorum Priuilegiorum concesſione, aliarumq; gratiarum conceſsione.

Huic Collegio, Doctorandi in Alma Vrbe facultatem conceſsit, Iul. III. vt ſup. in eius conſt. 20. fol. 520. Comitibus verò Palatinis, & aliis huiuſmodi facultates abſtulit Pius V. vt ſupra in eius conſt. 59. fol. 1015.

Doctorum autem, & Studentium in Alma Vrbe priuilegia, vide ſup. in Bonif. viij. conſtit. 2. fol. 33.

SIXTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. SACRI Apoſtolatus miniſterio, meritis licet inſufficientibus, ſuperna diſpoſitione præſidentes, inter cæteras curas quæ animum noſtrum delectāt illam libenter ſuſcipimus, per quem noſtræ prouiſionis auſpiciis, officia ſingula, præſertim in hac Vrbe noſtra conſiſtentia, illorumque regimina, viris committantur idoneis, quorum opere & auxilio adoleſcentes, ſtudii bonarum artium cauſa, & diuerſis Mundi partibus ad ipſam Vrbem confluentes, eorum animos, virtutibus, & bonis moribus felicius excolere valeant; ac deſuper officii noſtri partes interponimus, prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. Sanè licèt aliàs officium Rectoratus Gymnaſij Almæ Vrbis, vni ex Prælatis Romanæ Curiæ, ad eius vitam concedi, & aſſignari ſolitum fuerit; & fel. rec. Gregorius Papa Decimustertius prædeceſſor noſter, Dilectis filiis Annibali & Cæſari de Graſsis, aut nonnullis aliis, etiam per viam Coadiutoriæ cum futura ſucceſsione, ac clauſulis efficaciſsimis, necnon irritantibus, & aliis decretis, aut aliàs, ſub certis modo & forma tunc expreſsis, illud conceſserit, & aſsignauerit. Noſque Dilecto filio Magiſtro Simoni Cecchino Audientiæ Litterarum Contradictarum Auditori, & in vtraque ſignatura noſtra Referendario, familiari, & continuo commenſali noſtro, idem officium cum ſimilibus clauſulis, etiam ad eius vitam, auctoritate Apoſtolica conceſserimus, prout in dicti prędeceſſoris, ac noſtris deſuper

Rectoratus Studii Almæ Vrbis officiū, non ex Prælatis Romanæ Curiæ, concedi cōſueuit.

ſuper

ſuper confectis litteris, plenius continetur. Nihilominus attendentes quòd ſi dictum Officium Collegio dilectorum filiorum ſacrę Aulę noſtrę Conſiſtorialis Aduocatorum perpetuò vniretur, annecteretur, & incorporaretur, idem officium ſelicius gubernaretur, ac vtilitati publicæ, & ipſius Gimnaſii plenius conſuleretur, cum in dicto Collegio ſemper adſint viri litterarum ſcientia, rerum experientia, ac vſu & prudentia pręſtantes, Idcirco quaſlibet conceſsiones, aſsignationes, ac alias diſpoſitiones de dicto officio per Nos, ac prędictum, ac quoſuis alios prędeceſſores noſtros, dictis & aliis quibuſuis perſonis hactenus factas, præmiſsis & certis aliis rationabilibus cauſis adducti, harum ſerie ſpecialiter & expreſſe reuocantes, caſſantes, irritantes, & annullantes, illaſque prorſus & omnino reuocatas, caſſas, irritas, & annullatas eſſe, & cenſeri debere declarantes, eaſdemque perſonas à prędicto officio penitus amouentes, ac vtilitati publicæ proſpicere, & Collegii huiuſmodi, qui pro ſubleuandis in aliqua parte noſtris, etiam ſedis Apoſtolicę neceſsitatibus, ſummam Sex Millium ſcutorum auri in auro, Dilecto Filio Depoſitario Datariæ noſtræ, & in eius manibus ſoluere promiſerunt, promptam erga Nos, & eandem Sedem reuerentiam, ac obſequia, ad ſubleuanda onera noſtra huiuſmodi, plurimum in Domino commendantes, ipſumq; Collegium, ac illius ſingulares perſonas, à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, à iure vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, ac dictarum litterarum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes; Motu proprio, non ad Collegij prædictorum, vel aliorum pro ipſis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, & ex certa ſcientia noſtra, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, officium Rectoratus Gimnaſii Vrbis huiuſmodi, per ipſos Collegium tenendum, regendum, & gubernandum, iuxta prouidam diſpoſitionem, & ordinationem per eos, vel eorum maiorem partem faciendam, & toties quoties eis, vel eorum maiori parte expedire videbitur, mutandam, cum omnibus, & ſingulis illius fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, obuentionibus, & emolumentis vniuerſis, & quibuſcunque, tam ordinarijs, quàm extraordinarijs, & qua alij qui pro tempore fuerũt Rectores dicti Gimnaſij quouiſmodo habuerunt, ſeu habere potuerunt, ac quibuſuis cauſis, & rationibus, necnon cum quibuſuis honoribus, oneribus, præeminentijs, antelationibus, prærogatiuis, iuriſdictionibus, auctoritatibus, facultatibus, libertatibus, immunitatibus, & exemptionibus, priuilegijs, & indultis ſolitis, ac conſuetis; & quibuſuis alijs conceſſionibus & gratijs, quibus tam vltimus, quàm alij Rectores dicti Gimnaſij, quauis ratione, vel cauſa, vſi, gauiſi, & potiti fuerunt, ac vti, gaudere, & potiri potuerunt, Collegio Aduocatorum huiuſmodi, Ita quòd liceat ipſis Collegio, per ſe, vel alium, ſeu alios, eorum, & Collegij huiuſmodi nominibus, corporalem, realem, & actualem poſſeſsionem dicti officij appręhendere, ac perpetuò retinere, illiuſque fructus, redditus, prouentus, iura, obuentiones, & emolumenta percipere, erigere, & leuare, & in ſuos, ac Collegij & officii huiuſmodi vſus, & vtilitatem conuertere; Ipſumque officium, per ſe & quemlibet eorum exercere, regere & gubernare, ac omnia, & ſingula, quoad huiuſmodi officium, eiuſque liberum exercitium ſpectant, & pertinent, gerere, & facere, cuiuſuis licentia deſuper minimè requiſita, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium perpetuò vnimus, annectimus, & incorporamus. Et inſuper dictos Collegium & Aduocatos, amplioribus fauoribus, & gratiis proſequi, eorumque vtilitati, & minori quo fieri poterit diſpendio, ipſi ſummam Sex Millium ſcutorum huiuſmodi congerere valeant, prouidere volẽtes. Motu, & auctoritate ſimilibus, eiſdem Collegio & Aduocatis, vt vnum Montem à quibuſcunque grauaminibus, omnino liberum, immunem, & exemptum, vſque ad ſummam Sex Millium ſcutorum huiuſmodi, cuius loca vacabilia non exiſtant, ſuper fructibus, redditibus, & prouentibus Collegii huiuſmodi, etiam per nos eidem Collegio, vt præfertur conceſſis, & applicatis, ad rationem illorum fructuum, quam dictum Collegium, ſecundum eius liberam voluntatem ſtatuerit, & ordinauerit, pro quolibet centenario, ad inſtar Pacis, & aliorum Montium dictæ Vrbis, & Prouinciarum, aliàs erectorum,

Sed Sãctiſ. D. N. Sixtus V. pro fœliciori eius regimine, ipſum officium cum ſuis oneri bus honoribus & emolumẽtis, Collegio Aduocatorũ Conſiſtorialiũ aſsignat.

Montemque unum pro ſcutis ſex millib⁹ ſuper emolumẽtis dicti offi cii, erigendi facultatem elargitur.

Digitized by Google

erectorum, modo & forma per dictum Collegium ſtatuendis, & ordinandis, regendum, & gubernandum; Ita vt Depoſitarius, Secretarius, & officiales quoſcunq; eligere, ac deputare, ac reſignationes pro tempore faciendas, admittere, ac patentes, aliaſque litteras deſuper neceſſarias facere, liberè & licitè valeat, per Collegium prædictum, ſeu perſonam ab eodem Collegio deputandam erigere, & inſtituere; Necnon pro ſecuritate, & indemnitate emptorum dictorum locorum, omnia & ſinnula dicti Collegij bona, illorumque fructus, redditus, & prouentus, etiam in ampliori forma Cameræ Apoſtolicæ obligare, & hypothecare; ac obligationes, & hypothecas, quæ etiam futuros ſucceſſores in officijs aduocationis Conſiſtorij huiuſmodi, ſiue per ceſſum, vel deceſſum, aut ex quacunque alia vacatione ligent, & afficiant, perinde ac ſi ab illis perſonaliter factæ, & præſtitæ fuiſſent, cum quibuſuis promiſſionibus, fideiuſſionibus, cautionibus, cautelis, conuentionibus, clauſulis, & decretis omnibus, neceſſarijs, & opportunis præſtare, cæteraque ad hæc neceſſaria facere liberè, & licitè valeant, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium huiuſmodi permittimus, ac deſuper licentiam, & facultatem concedimus, & impartimur; Ita vt ipſum Collegium Montem huiuſmodi infra octo annos proximos, integrè, & totaliter extinguere omnino teneatur: Ac vt Collegium, & Aduocati huiuſmodi, qui maioribus occupationibus detinentur, maioris etiam dignitatis titulo decorentur; omnibus & ſingulis prædictæ Aulæ Conſiſtorialis Aduocatis, vt ipſi vniuerſos, & quoſcunque Aduocatos, Procuratores, Doctores etiam antiquiores, & quoſcunque alios, tam in Romana Curia, quàm extra eam præcedant, omniaque & quæcunque priuilegia eiſdem Collegio, & Aduocatis, per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, & præcipuè per piæ memoriæ Iulium Papam Tertium, etiam prædeceſſorem noſtrum, ſuper facultate Doctores creandi, etiam priuatiuè quoad alios, quę priuilegia, & litteras Apoſtolicas deſuper confectas, eorum tenorum præſentibus etiam pro expreſſis habentes, auctoritate & tenore prædictis confirmamus, & innouamus, & quatenus opus ſit de nouo concedimus, Motu, ſcientia, ac poteſtatis plenitudine prædictis. Ac vniuerſis & ſingulis cuiuſcunque conditionis, ſtatus, gradus, dignitatis, & honoris, ne ſub indignationis noſtræ, aliiſque arbitrio noſtro imponendis pœnis, eoſdem Collegium Aduocatorum, in præmiſſis vel circa ea, aut in eorum aliquo quomodolibet impedire, moleſtare, perturbare, ſeu inquietare, contra præſentium continentiam & tenorem, vllatenus audeant, vel præſumant, diſtrictius inhibemus; Necnon omnibus, & ſingulis ad quos ſpectat, & ſpectabit quomodolibet in futurum, vt hæc omnia plenè obſeruent, & obſeruari faciant, præcipimus. Decernentes vnionem, annexionem, incorporationẽ, applicationes, indultum, inhibitionem, ac præceptum prædicta, præſenteſq; litteras, nullo vnquam tempore, etiam ad prædictorum, & aliorum quorumuis inſtantiam, etiam ex quacunque, & inexcogitata cauſa, etiam ſub prætextu quòd in forma iuris facta non fuerint, reuocari, alterari, limitari, modificari, aut ad terminos iuris communis reduci, vel quępiam aduerſus illa in integrum reſtitui, ſeu de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, aut alio quouis defectu notari, vel impugnari poſſe; dictoſque Collegium ad cauſam, ſeu cauſas, propter quas illa emanarint, coram quocunque verificandum non teneri: nec propterea, aut ex eo quod intereſſe prætendentes vocati non fuerint, per ſubreptionem, vel obreptionem obtenta præſumi, aut aliàs viribus carere, ac illorum quaſuis reuocationes, ſuſpenſiones, derogationes, vel limitationes, pro tempore factas & emanatas, pro noua illorum conceſſione haberi, ac quoties illę emanabunt, toties renouata, & de nouo conceſſa, etiam ſub datum per eoſdem Collegium eligenda cenſeri, ac Collegium huiuſmodi eorundem locorum emptores, & quoſcunque alios, in præmiſſis intereſſę quomodolibet prætendentes, ad probandum, ſeu verificandum præmiſſa, & in quos vſus prædicta ſumma conuerſa fuerit, nullo vnquam tempore tenen. nec locorum huiuſmodi prouentus, in ſortem principalem computari. Sicque per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores huiuſmodi, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, ac alios quoſcunque, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, in quauis inſtantia

Præcedentiam ante alios Aduocatos & Doctores etiã antiquiores concedit.

Doctorandi facultatem, & alia quæcumq; priuilegia confirmat.

Clauſulæ præſeruatiuæ.

Decretum irritans.

inſtantia iudicari,& diffiniri debere ; ac irritum & inane ,'ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis aúctoritate,ſcienter,vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca Dilecto Filio Magiſtro Euangeliſtę Pallotto Datario, & Prælato domeſtico noſtro, Motu ſimili,per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus ipſe , per ſe, vel alium , ſeu alios faciat auctoritate noſtra,Collegium , ac illius Aduocatos prædictos vnione , annexione , incorporatione , permiſsione , conceſsione , impartitione , confirmatione , innouatione , inhibitione, & decreto,aliiſque præmiſsis, pacificè frui,& gaudere : Non permittentes eos, & eorum quemlibet deſuper,cotra pręſentium tenorem,quomodolibet,per quoſcunq; indebitè moleſtari. Contradictores , per cenſuras & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna iuris & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo . Non obſtantibus præmiſſis , ac noſtra , de non tollendo iure quæſito , & alijs Cancellariæ Apoſtolicæ regulis , ac quatenus opus ſit Lateranen. Concilij nouiſſimè celebrati , vniones perpetuas , niſi in caſibus à iure permiſſis fieri prohiben. & alijs conſtitutionibus , & ordinationibus Apoſtolicis , necnon Vrbis , & Aduocatorum,ac Gimnaſij,etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis , & conſuetudinibus , priuilegijs quoque , indultis, & litteris Apoſtolicis eiſdem Vrbi Collegijſque , & Tribunalibus , ac Gimnaſij illius , ipſorumque ſuperioribus , & perſonis , ac dilectis filijs Populo Romano,'ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs,alijſque efficacioribus,& inſolitis clauſulis,irritantibuſq;, & alijs decretis, per quoſcunque prædeceſſores noſtros,etiam iteratis vicibus, aut aliàs qũodolibet in contrarium conceſſis, approbatis, & innouatis ; Quibus omnibus & ſingulis, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus,ſpecialis , ſpecifica , & expreſſa , ac de verbo ad verbum , non autem per clauſulas generales idem importantes , mentio , ſeu quæuis alia expreſſio habenda , aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret , illis aliàs in ſuo robore permanſuris,hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque . Volumus autem quòd præmiſſa omnia valeant, ſuumque robur obtineant,licèt non omnium Aduocatorum Collegij huiuſmodi, ſed eorum tantum maioris partis conſenſus accedat, perinde ac ſi eorũ omnium quoad præmiſſa omnia,expreſſus accederet aſſenſus.Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginã noſtræ abſolutionis,vnionis, annexionis, incorporationis,permiſſionis, conceſſionis,impartitionis,cõfirmationis,innouationis, nouæ cõceſſionis,inhibitionis, præcepti,decreti,mandati,derogationis,ei voluntatis infringere,ſeu ei auſu temerario cõtraire . Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei , ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum .

Executoris, & deféſoris deputatio, & facultates.

Clauſulæ derogatoriæ.

Datum Romæ Apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſeptimo , Decimo Cal. Septembris , Pontificatus Noſtri Anno Tertio .

LXVIII.

Montis Fidei ampliatio eiuſq; fructuum ad ſex pro centenario reductio.

Hunc Montem erexit Clemen. VII. vt ſupra in eius conſt. 17. fol. 314. & auxit Paul. III. cum reductione fructuum ad ſeptem cum dimidio pro centenario vt ſup. in conſt. 33. fol. 423.

SIxtvs Epiſcopus Seruus ſeruorum Dei , Ad perpetuam rei memoriam.

HVMANI plerunque ſic fallitur incertitudo iudicij,dum futuris euentibus modum , & formam præſcribere nititur, vt quæ prouida etiam deliberatione conſtituuntur , operę precium ſit poſtea immutare; vnde nemini mirum videri debet , ſi Romanus Pontifex ea quæ ab ipſo ex certis apparentibus cauſis emanarunt , ne cuiquam ſint incommodo , aut diſpendio,prouidè reuocat , & ad debitum priſtinumque ſtatum reducit , ac aliàs deſuper diſponit , prout rerum , & perſona-

rum circumſtantijs debitè penſatis, conſpicit in Domino ſalubriter expedire. Aliàs ſi quidem, poſtquam felicis recordationis Clemens Papa vij. prædeceſſor noſter pro immenenti Apoſtolicæ Sedis neceſſitate, ac fidei defenſione, Montem Fidei, vſque ad ſummam ducentorum millium ducatorum, decem iulijs pro quolibet ducato huiuſmodi computatis, per quaſdam perpetuò erexerat & inſtituerat, eidem Monti ſic erecto dohanam mercium Vrbis, Sancti Euſtachij nuncupatum, etiam perpetuò applicauerat, ac illis, qui pecunias in dicto Monte poſuiſſent, dohanam ipſam, illiuſque liberam adminiſtrationem, ac ſuper ea annuum redditum viginti millium ducatorum ſimilium, & ſic ad rationem, decem pro centenario, quolibet Menſe, pro ſua cuiuſque rata perſoluendum conceſſerat, & aſſignauerat, cum priuilegijs, iuribus, exemptionibus, & indultis tunc expreſſis, & ſucceſſiuè pro potiori perſonarum prædictarum eorumque Collegij cautela, erectionem, & inſtitutionem prædictas confirmauerat, ac tam in erectione, quàm confirmatione huiuſmodi, inter cætera voluerat, quòd ſi Mons prædictus ab eiuſdem Clementis ſucceſſoribus Romanis Pontificibus extingueretur, ſucceſſores ipſi, & Camera Apoſtolica ad ſoluendum, & ſatisfaciendum eiſdem perſonis deintegra ſumma pecuniarum, per eas eidem prædeceſſori ſolutarum, & in dicto Monte poſitarum tenerentur, ac obligati eſſent: piæ memoriæ Paulus Papa iij. etiam prædeceſſor noſter, ex certis tunc expreſſis cauſis, per aliàs ſuas litteras, dictum Montem ad quatuor millium ducatorum ſimilium, vel aliam veriorem ſummam ſuper dohanarum, & Gabellarum Graſciæ, ac Ripæ, & Ripettæ eiuſdem Vrbis redditibus, & emolumentis auxit, eiuſdemque Montis redditus, & prouentus, ad rationem ſeptem cum dimidio pro quolibet centenario ſingulis annis reduxit, & deinde ob certas neceſſarias ab eo tunc adductas cauſas, Montem prædictum ad aliam annuam ſummam duodecim millium ducatorum ſimilium etiam auxit, ac illos pariter ſuper earundem Dohanarum, & Gabellarum Graſciæ Ripæ, & Ripettæ, alijſque dictæ Cameræ redditibus tunc expreſſis, annuatim aſſignauit, perſoniſque ipſis, & eorum Collegio annuum redditum, ad dictam rationem ſeptem cum dimidio pro quolibet Centenario, cõceſſit. Et poſtremo nos, ex certis ſimiliter tunc apparentibus cauſis, per quandam cedulam manu noſtra Motu proprio ſignatam, & forſan deſuper confectas litteras, prædictum Montem Fidei, cum aſsignationibus reddituum illi applicatorum, ac facultatibus, & iuribus in litteris prædeceſſorum huiuſmodi conceſſis, ſaluis tamen conditionibus, & reſeruationibus infradicendis perpetuò ſuppreſſimus, & extinximus, ac ſuppreſſum, & extinctum eſſe, & cenſeri debere, dictique extincti Montis Creditores, vſque ad Cal. Septembris proximè præteriti tantum, dictos Prouentus aſſignatos prætendere poſſe decreuimus, necnon loco Montis extincti prædicti, vnum alium Montem etiam Fidei nuncupandum non vacabilem, pro tot perſonis, quot pecunias ſuas in eo vſque ad ſummam Sexcentorum Millium ſcutorum monetæ, ad rationem decem Iuliorum pro quolibet ſcuto huiuſmodi ponerent, ereximus, & inſtituimus, ac ex eiſdem ſexcentis Millibus ſcutis Quadringenta & octuaginta Millia in redemptionem, & extinctionem prædictæ ſummæ antiquæ, reliqua verò Centum & Viginti millia ſcuta huiuſmodi in ſubuentionum, neceſsitatum Sedis, & Cameræ prædictarum conuerti, & erogari voluimus, eidemque nouo Monti ſic erecto, & inſtituto, ac perſonis qui in eo ſuas pecunias ponerent, annuam ſummam Trigintaſex Millium ſcutorum in locum totidem aliorum, qui prius exigebantur, ac prędicti extincti Montis Creditoribus, pro eorum annuo redditu, ſoluebantur ſuper redditibus & emolumentis Dohanarum Mercium Vrbis, & Graſciæ Ripæ, & Ripettæ huiuſmodi, ac alijs eiuſdem Cameræ introitibus, eiſdem modo & forma, quibus per Clementem & Paulum prædeceſſores prædictos conceſſa, applicata, & aſsignata fuerant, etiam cum omni iure Prioritatis, & anterioritatis, ac omnibus priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus, & prærogatiuis eiuſdem veteris Montis creditoribus, competentibus, conceſsimus, applicauimus, & appropriauimus, ipſumque nouum Montem Fidei, & illius perſonas, ac futurum Collegium, in noſtrum & ipſius Cameræ locum, quoad dictam ſummam trigintaſex millium ſcutorum, ex dictis redditibus, & emolumentis, vt præfertur applicatis & aſsignatis percipiendam, ac illius exactionem, & perceptionem, donec nouus Mons pręfatus duraret, etiam cum

Clem. 7. Montem Fidei erexit cum fructibus ad rationẽ decem pro centenario, ut hic, & in illius conſti. 17. ſup. f. 314

Paul. iij. dictũ Montẽ auxit, eiuſq; fructus ad ſeptem, cum dimidio reduxit, ut hic, & in illius conſt. 32. fol. 423.

Hic vere Sanctiſſ. D.N. Sixtus V. dictum Mõtem extinxit, & ſuppreſſit, nouumque Montem etiã Fidei nũcupandum, ut hic erexit.

cum anteriotate, potioritate, & reſeruatione prędictis ſubſtituimus, & ſurrogauimus; pręterea, vt reſtitutio pretij dicti Montis, per nos ſic extinti, aliaque pręmiſſa quàmprimùm facilius, ac promptius ad effectum perducerentur, dictum nouum Montem ſex millia loca ad rationem centum ſcutorum dictæ monetæ continentem, cum annuo redditu trigintaſex millium ſcutorum illi, vt pręfertur aſsignatorum, & applicatorum, à Kal. Septembris proximè pręteriti incipiente, & ex tunc de cętero decurrendo, ac omnibus alijs iuribus, priuilegijs, & pręrogatiuis ſupradictis, dilecto filio Ioanni Auguſtino Pinello noſtro, & Cameræ prędictę Depoſitario generali, pro ſe, ac eius hęredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque, pro pretio ſexcentorum Millium ſcutorum huiuſmodi, per eundem Ioannem Auguſtinum, certis modo & forma tunc expreſsis, ſoluendum conceſsimus, vendidimus, & tranſtulimus, ac Ioannem Auguſtinum, illiuſq; hæredes, ac ſucceſſores prædictos, in omne ius, locum, & priuilegium noſtrum, & dictæ Camerę, quoad nouum Montem, ac eius iura huiuſmodi poſuimus, & ſurrogauimus, ſibique illorum poſſeſsionem ex tunc à Cal. Septembris prędictis inchoandum conceſsimus, & interim eius nomine, nos eam tenere conſtituimus, eundemque Ioannem Auguſtinum, ex cauſa venditionis huiuſmodi, Depoſitarium dicti noui Montis fecimus, & deputauimus, ac dilecto filio Tyberio Ceuli, & aliis appaltatoribus, ſeu adminiſtratoribus earundem Dohanarum, nunc & pro tempore exiſtentibus, mandauimus, quatenus prędicto Ioanni Auguſtino Depoſitario, de dictis triginta ſex millibus ſcutis monetę quolibet anno, & in terminis ſolitis, ac modò & forma, quibus illa eo vſque ſoluere conſueuerant, à dictis Cal. Septembris in antea, & de cętero, abſque alio à nobis, & Camera prędicta deſuper expediendo mandato, re ipſa perſoluerent, & numerarent, ſoluique & numerari facerent cum effectu, inſuper Ioanni Auguſtino, ac illius hæredibus, & ſucceſſoribus prædictis, Secretarium, & Ratiocinatorem, ſeu Computiſtam dicti noui Montis, cum ſalarijs, & emolumentis, quæ idem Ioannes Auguſtinus duceret ſtatuenda, eligendi, & deputandi, ac ad eorum beneplacitum, & nutum ponendi, & amouendi; dictaque ſex millia loca quibuſuis perſonis pro quocunque prętio vendendi, alienandi, & aliàs de illis diſponendi facultatem, & auctoritatem conceſsimus, ac pro præmiſſorum omnium obſeruatione, omnia & ſingula eiuſdem Cameræ bona mobilia, & immobilia obligauimus, ac expreſsè, & ſpecialiter hypothecauimus, necnon dilectis filijs Camerario, Vicecamerario, Theſaurario, Clericis, & Præſidentibus dictæ Cameræ, inter alia dedimus in mandatis, vt perſonis in dicto extincto Monte pecunias habentibus, vel eorum defenſoribus, ſeu aliis officialibus, etiam ſi eis videretur, per ędictum publicum, in locis per eos declarandis, affigendum, intimari facerent, quatenus in Vrbe pręſentes intra quindecim dies incluſiuè, abſentes verò infra vnum, alij autem vltra Montes exiſtentes infra duos Menſes ſimiliter à dictis Kal. Septembris inchoandos, declarare deberent, an vellent pecunias ſuas in eodem nouo Monte, iuxta illius erectionem & inſtitutionem à nobis ſuperius factam dimittere, vel eas à dicto Ioanne Auguſtino, centum ſcutis pro quolibet loco, quem in dicto veteri Monte habebāt, vt præfertur computatis, recipere, & recuperare: alioquin dictis terminis elapſis; & eiſdem Montiſtis non declarantibus, vel pecunias ſuas non repetentibus, nulli amplius fructus & prouentus dicti extincti Montis, eis de cætero deberentur, & factis ſolutionibus illis Montiſtis, qui pecunias ſuas recuperare, vel compenſationibus reſpectu illorū qui in ipſo nouo Monte Creditores eſſe vellent, ex tunc prout ex ea die & è contra, eundem Ioannem Auguſtinum quietauimus, abſoluimus, & per acceptilationem perpetuam liberauimus; irritanti & alijs decretis etiam vim contractus inducentibus, necnon nihilominus mandatis, præceptis, & clauſulis deſuper appoſitis, prout in noſtra cedula Motus proprij, & deſuper forſan confectis; necnon ſingulis Clementis, & Pauli prædeceſſorum litteris huiuſmodi plenius continetur. Nunc verò ſuppreſſionis, & extinctionis antiqui Montis huiuſmodi, maturius & exactius perpenſo, magis expediens, & operę pretium fore cenſemus, vt pro minori dictorum Montiſtatorum damno, & incommodo, fructibus ſingulornm locorum antiqui Montis huiuſmodi, ad rationem ſex ſcutorum dictę monetę, vt præfertur, reductis, eiuſdem antiqui Montis, illiuſque Collegij, ac Miniſtrorum, & Offi-

Nouum Montem ſic erectū, d. Io. Auguſtino Pinello pro ſcutis ſexcētis millibus vendidit.

Depoſitarium eiuſdem Montis eund. d. Pinellum deputauit;

Facultatemq; Secretarii, & Computiſtę dicti Montis eligendi d. Pinello conceſsit, & loca dicti Montis aliis perſonis vendēdi licentiam dedit.

Intimari etiā fecit Mōtiſtis, dicti antiqui Montis, an pecunias in d. Nouo Mōte dimittere, an vero ſcuta centum pro quolibet loco recipere vellent.

 cialium

cialium, ſtatus ſaluus, & illęſus remaneat, & Mons ipſe in tot aliis locis, quot ex redditu annuo, ratione reductionis huiuſmodi ſupercreſcente, conſtitui poterunt, augeatur. Quocirca nos ipſius antiqui montis conſeruationi, illiuſq; Collegij, ac perſonarum commodis, & indemnitatibus more pij patris prouidere volentes, ipſiuſq; Montis, & illius Collegij huiuſmodi ſingulares perſonas, ac dictum Ioannem Auguſtinum à quibuſuis excõmunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliſq; Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à iure vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes; necnon cedulæ noſtræ, & deſuper forſan confectarum, ac ſingularum Clementis, & Pauli prædeceſſorum litterarum huiuſmodi, necnon priuilegiorum, indultorum, exceptionum, immunitatum, facultatum, conceſſionum, & quarumcunq; aliarum gratiarum Monti Fidei, illiuſq; Collegio, & perſonis prędictis quomodolibet conceſſorum, tenores, ac fructuum, redditum, prouentuum, & aliorum emolumentorum illis aſſignatorum qualitates, quantitates, ſituationes, denominationes, & veros etiã annuos valores, pręſentibus pro ſufficiẽter expreſſis, & inſertis habentes; Motu ſimili, non ad Collegij, & perſonarum Montis, ac Ioannis Auguſtini prædictorum, ſeu alicuius eorum, vel alterius pro ipſis, nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa noſtra ſcientia, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ſuppreſſionem & extinctionem antiqui, ac erectionem & inſtitutionem noui Montis Fidei huiuſmodi, necnon conceſſionem, & venditionem de dicto nouo Monte, illiuſq; fructibus, prouentibus & emolumentis in fauorem dicti Ioannis Auguſtini, ac conſtitutionem & deputationem in Depoſitarium eiuſdem noui Montis de eius perſona per nos, vt pręfertur factas, ac facultatem Secretarium, & Ratiocinatorem, ſeu Computiſtam dicti noui Montis eligendi, & deputandi, ac certa alia tunc expreſſa faciendi, eidem Ioanni Auguſtino conceſſam, necnon cum omnibus, & ſingulis in eis contẽtis clauſulis, obligationibus, hypothecis, & decretis cedulam noſtrã, & deſuper forſan confectas litteras huiuſmodi, ac inde ſecuta quęcumq;, ſaluis dumtaxat reductione, & augmento, ac alijs infraſcriptis, eiuſdem Ioannis Auguſtini ad hoc etiam accedente conſenſu, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium perpetuò reuocamus, caſſamus, irritamus, abrogamus & annullamus, viribuſq; & effectu omnino euacuamus, ac pro reuocatis, caſſis, irritis, abrogatis, annullatis, & infectis, viribuſq; & effectu vacuis haberi, & cenſeri, nulliuſq; roboris vel momenti exiſtere, nec amplius attendi, nec cuiquàm ſuffragari volumus;

Sed modo, dicti Antiqui Mõtis Fidei extinctionẽ, nouãq; eius erectione, & eiuſdẽ venditionẽ d. Pĩnello factam, ex cauſis ſic expreſſis reuocat.

Necnon antiquum Montem, illiuſq; Collegium, & perſonas huiuſmodi aduerſus illa omnia, ac in priſtinum, & eum in quo antea quomodolibet erant ſtatum, in omnibus & per omnia, perinde ac ſi nunquam emanaſſent, reſtituimus, reponimus, & plenariè reintegramus. Et nihilominus omnia & ſingula loca eiuſdem Montis, ad rationem Sex ſcutorum ſimilium pro quolibet loco, ſeu centenario de Bimeſtri in Bimeſtre, pro eorũ rata à Calendis menſis Septembris proximè præteriti computando, reducimus & moderamus, ac eundem Montem vltra illius quatuor mille & octuaginta loca prædicta, in mille & ducentis alijs locis, ſeu portionibus ex huiuſmodi reductione ſupercreſcentibus, augemus, extendimus, & ampliamus, ita vt in ſimul Sex mille loca conſtituat, & tam antiqui quàm moderni emptores locorũ Montis huiuſmodi, eorumq; hæredes & ſucceſſores, ac ab ipſis vel eorum aliquo cauſam pro tempore habentes, vnum corpus, vnicumque Collegium dumtaxat inuicem faciant, nec inter ſe aliqua differentia etiam verbalis exiſtat, ſed tam antiqua, quàm noua loca huiuſmodi pro tempore obtinentes, pari paſſu ambulent, tam in exactione, quàm diſtributione prouentuũ iurium, & emolumentorum, dicto Monti illiuſq; Collegio aſsignatorum, quæ expenſis, & oneribus, ac alijs deducendis deductis, iuxta ordinationem ipſius Collegij, in vnam maſſam reducta, ęquis portionibus, tam quoad pręterita quàm futura credita, diuidi debeant, ac aliàs eodem Monte, vnè cum illius Collegio, eſſentia vſu, exercitio, inſignibus, Depoſitario, Secretario, ac alijs officialibus & miniſtris, ad ipſius Collegij nutum toties quoties ponendis, & amouendis, necnõ obligationibus, hypothecis, ac cautionum etiam banchariatum præſtationibus, cautelis, declarationibus, decretis, facultatibus, indultis, exemptionibus, priuilegijs, pręrogatiuis, gratijs, conceſſionibus, ordinationibus,

Antiquũ Montem eiuſq; collegium in priſtinum ſtatum reponit.

Fructus ipſius Montis ad ſex pro cẽtenario reducit.

Mõtem ipſum ad millẽ & ducenta alia loca extendit.

Montiſtas tam antiquos quã modernos, omnibus gratijs & priuilegijs à Clẽ. 7. & Paul. 3. ac alijs Pontif. eis conceſſis, æqualiter gaudere decernit.

nibus,ſtatutis & conſuetudinibus,necnon quocumq; iure potioritatis,& anterioritatis, ac alijs omnibus ad fauorem dicti Montis,illiuſq; Collegij,& perſonarum,tam per Clementem,& Paulum, quàm alios quoſcumq; Roman.Pontifices prædeceſſores noſtros, dictamq; Cameram, & Sedem Apoſtolicam conceſsis, & eis competentibus,ſaluis,firmis, & inuiolatis in cęteris omnibus remanentibus, ac in ſuo robore,vigore,& efficacia perſiſtentibus:quibus omnibus, & ſingulis, per nos in nullo alio præiudicatum,innouarum,alteratum,& immutatum exiſtere; ſed illa omnia & quæcumq; prorſus intacta, & illibata permanerę, ac prout hactenus,etiam impoſterum obſeruari;ipſumq; Montem, ac illius Collegium, & perſonas,præſentes & futuras eis omnibus vti,frui,potiri,& gaudere debere, nec deſuper à quoquam quouis prætextu,cauſa,ratione,vel colore moleſtari, perturbari, vel inquietari poſſe. Declaramus inſuper,mille & ducenta loca ſic per nos aucta pręd icta, quorum fructus, & emolumenta ad rationem Sex pro quolibet loco & centenario annuatim, de Bimeſtri in Bimeſtre, pro eorum rata à dictis Calen. Septembris proximè præteritis incipiendo, ac aliàs, modo & forma præmiſsis perſolui debeant,cum omnibus ſuis iuribus,priuilegijs, & prerogatiuis huiuſmodi,prædicto Ioanni Auguſtino pro ſe,eiuſq; hæredibus & ſucceſſoribus, ac alijs cauſam ab eo, ſeu eis habituris,pro pretio centum & viginti millium ſcutorum,decem Iulijs pro quolibet ſcuto huiuſmodi computatis,per eum illi, vel illis, quibus à nobis ordinatum fuerit,per totum menſem Decembris proximè venturi, omni & quacumq; exceptione remota,etiã in ſcutis aureis,ad rationem Iuliorum vndecim & bolendinorum octo pro quolibet ſcuto,computatis,prout ſic in dicta prima venditione computatum fuerat,ſoluendorũ,concedimus, vendimus & aſsignamus; ipſumq; Ioannem Auguſtinum ac illius hęredes, & ſucceſſores prędictos, ſeu cauſam ab eo vel eis pro tempore habentes,in noſtrũ dictęq; Camerę locum,ius, & actionem,quoad augmentum mille & ducentorum locorum huiuſmodi,illorumq; fructus,& emolumenta ponimus,& irrogamus; Eidemq; Ioanni Auguſtino dicta mille & ducẽta loca, vt pręfertur aucta,quibuſuis perſonis pro quocumq; pretio maiori, vel minori,ad ſui beneficium, & detrimentum reſpectiuè,etiam in pluribus vicibus,abſque aliqua noſtra,ſeu Sedis & Cameræ prędictarum,vel alterius requiſita licentia,& ſine aliqua ſolutione cuiuſcumq; compoſitionis, aut regaliorum faciendа, vendendi,alienandi,& aliàs de illis diſponendi,facultatem & auctoritatem concedimus;ipſumq; Ioannem Auguſtinum, aut dictam Cameram,ſeu eius vel Romani Pontificis pro tempore exiſtentes officiales, vel alium quemcunq;, niſi ſolum Collegiũ Montiſtarum huiuſmodi, & eorum deputatos,in fructuum, reddituum, & emolumentorum dicto Monti aſsignatorum, adminiſtratione, ac Depoſitarij, Secretarij, Computiſtæ, aliorumq; officialium, & miniſtrorum eiuſdem Montis,illiuſque Collegij electione, & deputatione, ac alijs rebus ad Montem, & Collegium huiuſmodi pertinentibus, dicti Ioannis Auguſtini, cui dicta facultas, vt præmittitur conceſſa fuerat, ſimiliter ad hoc expreſso accedente conſenſu, ſe intromittere nullatenus poſſe, necnon ſi vllo vnquam tempore,Montem prædictum à nobis,vel ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus extingui, aut perſonas ipſius Collegii, quominus fructus, redditus, & emolumenta eis aſsignata, integrè & liberè percipere poſsint, quomodolibet impediri contigerit, nos, & ſucceſſores noſtros, ac Cameram præfatam, ipſiuſque Cameræ bona quæcunque, perſonis Collegii huiuſmodi pro tempore exiſtentibus,ad integram pecuniarum ſummam,per eos, vel illos à quibus idem habuerint,ſuper dicto Monte Fidei poſitam, eiuſdem valoris, quantitatis, & bonitatis, quibus tempore erectionis, augmenti, & reductionum reſpectiuè,illa prędictæ Camerę perſoluta fuit, abſque eo, quod in illis, iura & emolumenta ab ipſis inde percepta, vllatenus computari poſsint, ſtatim ſoluendum, & ſatisfaciendum teneri,ac validè & efficaciter obligatos,ac hypothecata eſſe; necnon pręſentes litteras nullo vnquàm tempore, etiam ex eo quod intereſſe forſan habentes, ad id legitimè vocati non fuerint, & in eis tractatus diligentię, ac quęcumq; alię ſolemnitates,cęteraq; de iure,conſuetudine, vel priuilegio,ſeu iuxta ſtatuta decreta, ordinationes,& reformationes ipſius Camerę, aut rec.mem. Pij Papę IV. ſub datum decimoſexto Cal. April. primo, & ſub Cal. Nouemb. quinto, Pontificatus ſui Annis, ac quorumcunque aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum

Prædicta loca mille & ducentũ vt ſupra aucta, d. Io. Auguſtino Pinello ꝓ pretio cẽtũ viginti millium ſcutorum vendit.

Illaque loca alus perſonis vẽdendi facultatem d. Pinello concedit.

Aſſecurationẽq; Montiſtis circa fructuum perceptionem, & Officialium deputationem promittit.

Pii 4. conſtitutiones iſtas habes ſup fo. 680 & fol. 882.

rum

tum noſtrorum litteras, & conſtitutiones, ſuper ſolemnitatibus, diligentijs & formis in locationibus, & venditionibus bonorum, & reddituum dictæ Cameræ ſeruandis, editas, vel aliàs quomodolibet requiſita, & in ſimilibus neceſſaria non interuenerint, ſeu etiam enormis, vel enormiſſimæ, & totalis læſionis, aut alio quouis prætextu, cauſa, vel occaſione quantumcunq; notabili & iuridica, etiam neceſſario exprimenda, de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel alio quopiam defectu notari, impugnari in toto, vel in parte reſcindi, retractari, annullari, inualidari, in ius, vel controuerſiam renocari, ad terminos iuris reduci, ſeu aduerſus eas quodcũque iuris, facti, vel gratiæ remedium impetrari poſſe, minuſq; ſub quibuſuis aliis ſimilium, vel diſſimilium conceſſionum, & gratiarum reuocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, derogationibus, modificationibus, vel alijs contrarijs diſpoſitionibus à nobis, ſeu quibuſuis aliis Romanis Pontificibus ſucceſſoribus noſtris, aut dicta Sede pro tempore emanatis, ſeu emanandis, comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptis, & quoties illę emanabunt, toties in priſtinum, & eum in quo antea quomodolibet erant ſtatũ reſtitutas, repoſitas, & plenariè reintegratas, ac etiam ſub data per Collegium, & perſonas Montis huiuſmodi: necnon Ioannem Auguſtinum eiuſq; hęredes, & ſucceſſores prædictos, ac cauſam ab eis pro tempore habentes, ſeu eorum aliquem eligenda, de nouo conceſſas, validaſq; & efficaces fore & eſſe, ac vim validi, efficacis, & onerosi contractus inter nos, & Cameram ex vna, ac Collegium & perſonas Montis huiuſmodi, necnon Ioannem Auguſtinum eiuſq; hæredes, & ſucceſſores prædictos, ac cauſam ab eis pro tempore habentes ex altera partibus, ritè, ac rectè initi, ſtipulati, ac etiã vtrinq; iurati ex titulo oneroſo habere, & obtinere, ſuoſq; plenarios, & integros effectus ſortiri debere, dictamq; Cameram ac Montem, illiuſq; Collegium, & perſonas, necnon Ioannem Auguſtinum eiuſq; hæredes & ſucceſſores, ac cauſam ab eis pro tempore habentes, in iuribus, & alijs prædictis tuendos, ac ab omni incommodo, damno, lęſione, lite, cauſa, & controuerſia immunes, indemnes, & exemptos, conſeruandos teneri, & obligatam eſſe ac fore, nec Collegium & perſonas Montis huiuſmodi, ſeu Ioannem Auguſtinum illiuſq; hæredes, & ſucceſſores, ac cauſam ab eis pro tempore habentes, vel quemcunq; alium, eius nomine ad eaſdem pręſentes litteras in dicta Camera, etiã iuxta formam conſtitutionis Pij prædeceſſoris huiuſmodi, ſub datum octauo Calen. Auguſti Pontificatus ſui Anno ſexto, editæ, infra tres menſes ibi ad id præfixos, ſeu etiã poſtea vllo vnquam tempore præſentandum, & inſinuandum, ac regiſtrari faciendum minimè teneri, nec ad id vlla vnquam neceſſitate cogi, nec propterea ipſas præſentes litteras viribus carere, ſed Collegio & perſonis, necnon Ioanni Auguſtino, eiuſq; hęredibus, & ſucceſſoribus, ac cauſam ab eis pro tempore habentibus, prædictis ſuffragari in omnibus & per omnia, perinde ac ſi iuxta vltimo dictam conſtitutionem in ipſa Camera pręſentatæ, inſinuatæ, & regiſtratæ fuiſſent, & tam ille, quàm omnia & ſingula alia præmiſſa à nobis de fratrum noſtrorum conſilio, & vnanimi aſſenſu, debitiſq; tractatibus, diligentijs, ſolemnitatibus, & alijs ad id requiſitis plenè ſeruatis, & adhibitis emanaſſe nt. Sicq; & non aliter per S.R.E. Camerarium, Vicecamerarium, Auditorẽ, Theſaurarium, Clericos, Pręſidentes, & alios prædictos: necnon quoſcumq; Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac eiuſdem S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, in quauis cauſa, & inſtantia iudicari, ac diffiniri debere; necnon ſi ſecus ſuper his à quoquàm, quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus. Et nihilominus nunc, & pro tempore exiſtentibus Camerario, Vicecamerario, Auditori, Theſaurario, Clericis, Pręſidentibus, Commiſſario, & alijs prefatis, eorumq; ſingulis, Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, in virtute Sanctæ obedientiæ, harum ſerie pręcipimus & mandamus, quatenus ne Collegium illiuſq; perſonas præſentes, & futuras: necnon Ioannem Auguſtinum, eiuſq; hęredes, & ſucceſſores, ac ab eis cauſam pro tempore habentes, vel eorum quempiam, ſuper omnibus, & ſingulis per pręſentes conceſſis, aut eorum aliquo, quauis occaſione, vel cauſa, ſeu quocunq; quęſito colore, per ſe, vel alium, ſeu alios moleſtare, perturbare, vel inquietare audeant, ſeu pręſumant; ſed eaſdem præſentes litteras, ac in eis contenta quęcuque

Clauſulæ præſeruatiuæ.

Pij IV. conſtitutio iſta habetur ſup. f. 173.

Decretum irritans.

ab

ab omnibus ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit inuiolabiliter obſeruari, ac Collegium illiuſq; perſonas pręſentes, & futuras: necnon Ioannem Auguſtinum eiuſque hęredes, & ſucceſſores, ac cauſam ab eis pro tempore habentes, eorumq; ſingulos illis pacificè frui, & gaudere faciant, & permittant, etſi deſuper requiſiti fuerint ipſas pręſentes litteras in dicta Camera admittant, & in illius libris deſcribi, ac regiſtrari faciant, deſuperq; patentes litteras, mandata, & alias ſcripturas opportunas, cum obligationibus, vinculis, ſubmiſſionibus, renunciationibus, clauſulis, decretis, & cautelis pro Collegij illiuſq; perſonarum, pręſentium, & futurarum; necnon Ioannis Auguſtini, eiuſq; hęredum, & ſucceſſorum, ac ab eis cauſam pro tempore habentium pędictorum, plena ac ſufficienti cautela, & ſecuritate neceſſariis & opportunis, expediant, & expediri curent, ac ab eodem Ioanne Auguſtino, circa ſolutionem dicti pretii centum & viginti millium ſcutorum, iuxta pręſentium tenorem faciendam, pro noſtra, & dictę Camerę ſecuritate, obligationem recipiant, prioritamen obligatione per eundem Ioannem Auguſtinū in ipſa Camera facta, de ſimili eiuſdem Ioannis Auguſtini expreſſo aſſenſu caſſata, & annullata, prout ſic illam per ipſos caſſari, & annullari volumus, & mandamus, & nos etiam ex nunc illam caſſamus, & annullamus, ipſiſque Montiſtis, tam præſentibus, quàm futuris, de fructibus & emolumentis prædictis, ad rationem ſex pro quolibet loco, ſeu centenario & Anno, vt pręfertur, reſponderi faciant, necnon pro eorundem fructuum ſolutione, ac præmiſſorum obſeruatione, ad cautelam etiam denuo abſq; hypothecarum, & obligationum in fauorem dicti Montis, illiuſq; Collegij huiuſmodi factarum pręiudicio, & innouatione, redditus, & emolumenta Dohanarum mercium Vrbis, ac Graſcię Gabellę Ripę, & Ripettę huiuſmodi, cęteroſq; eiuſdem Camerę redditus, in genere, & in ſpecie, ita tamen quòd per ſpeciem generi non derogetur, nec è contra, neque vl'a per nos, & Cameram pędictam, quoad cautelas & obligationes dictę Camerę erga Collegium huiuſmodi illiuſq; perſonas, innouatio facta cenſeatur, ſed iura iuribus, & cautelas cautelis addendo, obligent, prout & nos etiam ſi aliqua dictę Camerę obligatio non ſuccedat, ex nunc obligamus, & hypothecamus. Non obſtantibus pręmiſſis, & noſtra de nō tollendo iure quęſito, ac bonę memorię Symmachi, Benedicti xij. Calliſti Pauli ij. Innocentij viij. Pauli iv. & quorumcunq; aliorum Romanorū Pontificum pędeceſſorum noſtrorum, de rebus Eccleſię non alienādis, & male alienatis recuperandis; necnon ſingulis Pij iv. huiuſmodi etiam ſuper gratijs, & cōceſſionibus intereſſe dictæ Cameræ concernentibus in ipſa Camera, infra Trimeſtre, vt præfertur inſinuandis & regiſtrandis, alijſq; conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis; necnon Vrbis, & Cameræ prædictarum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, conſuetudinibus, decretis, & reformationibus eorumque innouationibus, priuilegijs quoq;, indultis, & litteris Apoſtolicis, per prædictos, & quoſcumq; alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos & ſedem prædictā, etiam Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, etiam per viam generalis legis & ſtatuti perpetui, etiam conſiſtorialiter, & de fratrum conſilio, ac ex cauſis quantumuis grauibus, & oneroſis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, aliiſq; efficacioribus, & inſolitis clauſulis, etiam vim contractus inducentibus; necnon irritantibus, & alijs decretis in genere, vel in ſpecie, ac aliàs, etiam iteratis vicibus cōceſſis, approbatis, & innouatis, etiam præmiſſa fieri ſpecialiter & expreſſę prohibentibus, aut quòd ſuper locationibus, & alienationibus prouentuum, membrorum, bonorum, & rerum dictæ Cameræ ſolemnes licitationes pręuiis debitis tractatibus, cum interuallo tēporis, & edictis publicis emiſſis, candela accenſa, ac certis diligentiis, ſolemnitatibus, & formis ſeruatis, etiam ſub excōmunicationis maioris, & aliis grauiſſimis pœnis fieri debeant, & aliter factæ cum inde ſecutis quibuſcumq; nullius roboris, vel momenti exiſtant; quòdq; perſonæ Camerales, & ipſius Cameræ Officiales non participent in contractibus rerum Cameralium, ac aliàs quomodolibet diſponentibus. Quibus omnibus etiam ſi pro ſufficienti eorum derogatione, aliàs de illis eorumq; totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda eſſet tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus

Defenſorum, & executorum deputatio, & facultates.

Pauli 4. conſt. iſta habetur ſupra f. 570 nota ui Pij IIII. coſt. iſta habetur ſupra fol. 873.

Clauſulæ derogatoriæ.

ſequi, atque imitari, & ſub illis magis gratum Deo famulatum exhibere peroptantes, cœperunt ſeipſos, iuxta eandem Regulam, paulatim reformare, nonnullaſque Domos, Conuentus, & loca in Prouincia Marchiæ Anconitanæ, in Etruria, ac in Neapolitan. & Siciliæ Regnis, in quibus ipſam Regulam ſeruare, & ſecundum illam viuere poſſent, acquiſiuerunt, & acceptarunt: licèt autem in domibus, & locis huiuſmodi, ſub obedientia Protectoris, & Superiorum Ordinis Fratrum Minorum Conuentualium huiuſmodi viuant, nec ideo ab aliquo potuiſſent, nec poſſint, vel debuiſſent, aut debeant, ſuper ſic reformato viuendi modo, per quemquam moleſtari, vel impediri; nihilominus in quibuſdam locis, & potiſſimum in prædicto Siciliæ Regno, aliqui locorum Ordinarij, ſub prætextu, quòd hæc Fratrum Reformatorum Congregatio noua, ac nequaquam ab Apoſtolica ſede approbata exiſteret; permiſerunt quidem ipſos Fratres Reformatos Eccleſias, & loca fabricari facere, & acquirere, ſed poſtea eos illis de facto ſpoliarunt; alij verò in alijs locis eoſdem ſuper habitu ipſorum, & ſeu aliàs, ac ſuper alijs moleſtarunt, & inquietarunt. Cum autem ſicut eadem petitio ſubiungebat, dicti Fratres Reformati prouidè, & ne ipſos, eorumque Congregationem ſuper præmiſſis contingat vlterius inquietari, vtque præſens Reformatio magis ſtabilita, non ſolum manuteneatur, ſed incrementum accipiat, ſpeciali noſtro, & Sedis prædictæ priuilegio, vt infra, dilectis filijs Protectore, & Magiſtro Generali dicti Ordinis in hoc etiã conſentientibus, pręfulciri deſiderẽt, ac pro parte eorundem Fratrum Reformatorũ nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus in præmiſsis opportunè prouidere, ac eos in huiuſmodi pio, & laudabili propoſito cõfouere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Cauſæ huius cõfirmationis.

Nos igitur, qui perſonas deuotas, præſertim verò eas, quę relicto mundo, Chriſtum ſequutę ſunt, ſpecialibus libenter proſequimur fauoribus, eoſdem Fratres Reformatos, ac illorum ſingulos, à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum pręſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, reformationem prędictam vbicunque locorum cœptam, & introductam, ac indies introducenda, ac pro ea, & illius felici & proſpera directione facta, ſtatuta, & ordinationes cum inde ſecutis quibuſcunque, ſicuti piè, ac ſanctè ſancita, & ordinata ſunt, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium perpetuò confirmamus, & approbamus; illaque omnia per quoſcunque locorum Ordinarios, & alios, ad quos quomodolibet ſpectat, & ſpectabit in futurum, inuiolabiliter obſeruari debere decernimus, omneſque & ſingulos, tam iuris, quàm facti ac ſolemnitatum, etiam ſubſtantialium defectus, ſi qui forſan quomodolibet interuenerint, in eiſdem aut eorum aliquo, de plenitudine Apoſtolicę poteſtatis ſupplemus: Et nihilominus eiſdem Fratribus Reformatis, quòd nunc, ac deinceps in perpetuum ipſi, ac eorum Congregatio, tam in prędictis, quàm quibuſuis alijs Regnis, & Mundi partibus, Fratres Minores Conuentuales Reformati nuncupari, & pro talibus haberi, & reputari, necnon ſe ipſos ita vbilibet, & in quibuſuis actibus publicis, & priuatis vocare, & inſcribere; & ſecundum veram Beati Franciſci Regulam, Apoſtolico more in communi, ſub dilectorum filiorum nunc, & pro tempore exiſtentium dicti Ordinis Fratrum Minorum Conuentualium Protectorum, & Magiſtrorum, ac Procuratorum generalium, & Miniſtrorum Prouincialium viuere, exceptis dumtaxat Domibus, & Conuentibus Vrbis, & Ciuitatis Neapolitan. quę ſub obedientia Miniſtri, & in eius abſentia Procuratoris generalis Ordinis, vt par eſt, degere, & ſubeſſe tantum intelligantur.

Confirmatio Ordinis Reformatorum, eorumq; Reformationis.

Reformati ſub obediẽtia Protectoris Generalis, Procuratoriſq; & Prouincialium exiſtant.

Cuſtodeſque Prouinciæ in eis reſidere debeant, etiamſi aliqui Eremiticam, aliquiſub obedientia Fratrum Minorum de obſeruantia nuncupatorum, alij verò tanquam Tertiarij, aut aliàs aliam vitam duxerint, ſeque voto vitæ Quadrageſimalis obligauerint, ac etiam ſi poſtea aboliti fuerint, à quibus omnibus votis & profeſſionibus, quatenus opus ſit eos, & illorum ſingulos plenariè abſoluimus, & liberamus, ac habilitamus plenariéque abſolutos, & habilitatos eſſe decernimus.

Cuſtodis Prouinciæ reſidentia:

Ac quòd quicunque ipſorum Fratrum Reformatorum vocati, in quacunque Prouincia, Capitulo, ſeu Congregatione Prouinciali dicti Ordinis Fratrum Conuentualium inter ſint,

Reformati in Capitulis Conuẽtualium interſint faciãtq; Congreg. Vocalium Refor. cui Capituli Præſidens aſsiſtat, cuſtodéq; ex Reformatis eligat.

interſint, in quo particularis fiat Congregatio diuerſorum vocalium Reformatorum, & in ea Præſidens ipſius Capituli exiſtat, ac præſideat, ibidemque Cuſtodem Reformatum inter ipſos eligat.

Cuſtodis officiũ, & auctoritas.

Cuius officium per annum tantum duret, quique viſitandi, corrigendi, incarcerandi, puniendi, priuandi, collocandi, & deponendi, ſiue diſlocandi, necnon reformandi, ac primas cauſas cognoſcendi, ſicut cognoſcit Prouincialis, dummodo ab ipſo Prouinciali non præueniatur, & ab ipſo, eiuſque decretis, ac ſententiis ad ipſum Prouincialem Conuentualium relinquatur recurſus & appellatio, qui vel quæ nunquam impediri queat, quoties opportunum fuerit, ſed tantum in eos poſſit Prouincialis prædictus, quantum in Conuentuales de iure, more, laudabilique conſuetudine, poteſt & debet.

Priuilegiis gratiis & Indulgẽtiis Conuẽtualium, ipſi Reformati potiũtur.

De his priuilegiis vide ſup. i Pii V. coſt. 14. fol. 944. & ibi notat.

Et inſuper eorundem Fratrum Reformatorum quilibet, necnon quæcunque domus, Eccleſiæ, & loca ipſorum, omnibus & ſingulis priuilegiis, immunitatibus, exemptionibus, prærogatiuis, conceſſionibus, facultatibus, indultis, indulgentiis, ſtationibus, cæteriſque gratiis, tam temporalibus, quàm ſpiritualibus, quibus domus, & Eccleſiæ dictorum Fratrum Conuentualium, eorumque Guardiani & fratres, de iure, vſu, & conſuetudine, vel priuilegio, aut aliàs quomodolibet vtuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, frui, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum, pariformiter, & ſine differentia, dummodo contra puritatem regulę eiuſdem Beati Franciſci non ſint, nec ei in aliquo derogent, ſed conſeruationem, & augmentum dictæ Reformationis concernant, vti, frui, potiri, & gaudere poſſint in quolibet actu.

Syndicum pro ſecularibus negocijs agendis Reformati deputare poſſunt.

Itidem, vt in quolibet eorum Conuentu, ſeu domo, Sindicum, iuxta ordinationem felicis recordationis Nicolai Papæ Tertij prædeceſſoris noſtri, ſuper hoc factam, cui per Prouincialem, Cuſtodem, ac Guardianum loci, cum alijs fratribus, negotia ſæcularia domus, ſeu Conuentus, ac computa rationum reuidenda, expenſæ faciendæ, prouiſiones neceſſariæ pro alimentis & veſtimentis, & conſtructiones, reparationes Conuentuum, ne commutent habitum, etiam quantumuis rudem vilium pannorum, ſiue nouum, ſiue veterem, ac de ſaccis, etiam repetiatum & reſarcitum, non enim habitus exquiſitus in qualitate, vel quantitate decet fratrem Reformatum, coloris terrei, ſeu cineritij, ac capucium, ſeu ſcapularium in capite rotundum, & à tunica diuiſim geſtare, ac vbilibet deferre, nudiſque pedibus, aut ſuppoſitis ſolis, (ſiue vt vocant) ſandalijs, incedere liberè, & licitè valeant, ac etiam debeant.

Habitumq; hic deſignatum geſtare debeant.

Super Cõuentibus receptis, & recipiendis, dictiq; habitus delatione, aliiſq; præmiſſis, moleſtari nequeant.

Necnon quòd ab Ordinarijs locorum quorumcunque Regnorum, & Mundi partium, in quibus pro tempore domus, ſeu Conuentus, & loca habuerint, ac introducti fuerint, aut etiam quibuſcunque aliis perſonis, Superioribus, & Prælatis, cuiuſcunq; ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtentibus, in hac ſuper tam iam fabricatis, ac receptis, & acceptis, quàm deinceps quandocunque, & vbicunque (de Ordinariorum locorum licentia) fabricandis, recipiendis, & acceptandis per eos, ac eis oblatis, & donatis domibus, Conuentibus, Eccleſiis, ac locis, illorumque vſu, habitatione, ac retentione liberis, quietis, & pacificis (dummodo tamen de licentia expreſſa Miniſtri generalis pro tempore exiſtentis dictorum fratrum Conuentualium, ac Capitulo Prouinciali, ſic determinante) domos, & loca huiuſmodi receperint, & acceptauerint, habituſque delatione, & aliis præmiſſis, quouis modo, aut quæſito colore, publicè, vel occultè, directè, vel indirectè, vllatenus vnquam moleſtari, perturbari, vel inquietari.

Fratres Cõuentuales de conſ. Generalis licẽtia, alios vero nequaquã recipiant iuxta cõſtit. Pii V. quæ eſt ſup. f. 1039.

Neque item ipſi Fratres Reformati aliquos alios fratres alterius cuiuſcunque ordinis S. Franciſci de obſeruantia, ac Capuccinorum, aut aliorum ordinum, iuxta litteras felicis recordationis Pii Papæ V. etiam prædeceſſoris noſtri, in forma Breuis, ſub die prima Decembris, Milleſimi quingenteſimi ſexageſimi noni, Pontificatus ſui Anno quarto, emanatas, ſed tantum Conuentuales, & cum expreſſa ad hoc habita Miniſtri Generalis ipſorum Conuentualium licentia recipere, minuſque ſic inter Reformatos ex Conuentualibus recepti, profeſsionem alio tempore, vel anticipato, vel non completo anno, vel ante annum ſextumdecimum, vel datis, vel intimatis termi-

nis

nis profeſſionis faciendæ, & hoc etiam in publica Eccleſia, Capitulo, vel Refectorio,
prout ipſi Conuentuales emittunt, ac non niſi iuxta veram, & puram Regulam Bea-
ti Franciſci prædictam emittere; neque poſtquam ad reformatos ex Conuentualibus
ſic tranſiuerint, ad dictos Conuentuales inde reuerti; quin etiam prædicti fratres Re-
formati ex ſæcularibus nullos, niſi qui bonæ vitæ, & famæ, prinſquã in ipſa Congre-
gatione Reformatorum recipiatur, probati fuerint, ac habita prius à Prouinciali dicto-
rum fratrum Conuentualium licentia, quam nec Guardiani, Cuſtodes, vel Commiſ-
ſarij quicunque dare poſſint, in Fratres Reformatos recipere queant. Demum quòd
ipſi Fratres Reformati, & eorum Congregatio, dictis Fratribus Conuentualibus, ac cum
illis ita vniti ſint, & eſſe cenſeantur, vt nullo vnquam tempore liceat illis alios Prote-
ctores generales, vel Prouinciales, quàm dictorum Conuentualium habere, nec in
Proceſsionibus, & alijs actibus, aliam quam Conuentualium Crucem ſequi, vel de-
ferre, niſi fortè ipſi Fratres Reformati in aliquo loco fuerint, in quo non adſunt Con-
uentuales, quo caſu ijdem Reformati per ſeipſos ire, ac incedere, ſub excommunica-
tionis pœna ſeſe à Conuentualibus vnquam ſeparare, aut ſegregare vllo modo, vlloue
tempore valeant.

Cum Conuentualib⁹ ad proceſsiones incedant, ab illiſq; ſe nunquã ſeparare, nec alios Protectores, vel Prouinciales quam Conuentualium habere poſsint.

Præſentes quoque, & deſuper conficiendæ litteræ toti, & ſoli Con-
gregationi Reformatorum, ſub obedientia Conuentualium, in omnibus Prouincijs vi-
uentium ſuffragentur, ac conceſſæ intelligantur, illęque per quoſcunque vniformiter,
etiam ſi aliqui hactenus in quacunque Prouincia priuilegium aliquod, aut facultatem
particularem à nobis, & alijs Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, quomo-
dolibet impetrarint, obſeruari debeant; auctoritate & tenore prædictis, etiam perpe-
tuò concedimus, & indulgemus.

Hæc cõſtitutio reformatis ſub Conuentualiũ obedientiæ viuentibus ſolũmodo ſuffragatur.

Ac etiam ita ſtatuimus, & ordinamus eaſdem præ-
ſentes litteras, nullo vnquã tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vi-
tio, aut intentionis, vel quouis alio defectu notari, vel impugnari, aut aliàs quomodo-
libet infringi, vel retractari nullatenus vnquam poſſe, ſed illas ſemper, & perpetuò
validas, & efficaces exiſtere, ſuoſque effectus ſortiri debere, neque ſub quibuſuis ſi-
milium, vel diſſimilium gratiarum reuocationibus, ſuſpenſionibus, derogationibus,
aut alijs contrarijs diſpoſitionibus, per quaſcunque litteras, vel conſtitutiones Apoſto-
licas, ſeu Cancellariæ Apoſtolicæ regulas, etiam per nos, & ſucceſſores noſtros prędi-
ctos, etiam Motuproprio, & ex certa ſcientia, ac de prædictæ poteſtatis plenitudine,
ac Conſiſtorialiter, necnon ſub quibuſcunque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis
clauſulis pro tempere factis, compręhendi, ſed ſemper ab illis exceptas, necnon quo-
ties illas reuocari, vel limitari, aut ſuſpendi, ſeu eis derogari contigerit, toties in pri-
ſtinum ſtatum, etiam ſub data priori reſtitutas, & plenariè reintegratas, & de nouo
conceſſas eſſe, & cenſeri; ſicque etiam per quoſcunque Iudices, Commiſſarios, & de-
legatos, ac cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Car-
dinales, necnon quoſuis alios Eccleſiarum Prælatos, ac Iudices, tam Eccleſiaſticos
quàm ſęculares, ſublata eis & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretan-
di facultate & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere: ſi ſecus ſuper his à quoquam,
quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane de-
cernimus, & declaramus.

Clauſulæ præſeruatiuæ.

Decretum irritans.

Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apo-
ſtolicis, necnon ſtatutis, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis fir-
mitate alia roboratis; priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis, ſub quibuſcun-
que tenoribus & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſq;
efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & alijs decretis, etiam Motu
ſimili, ac aliàs in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innodatis. Quibus
omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus; ſpecialis, ſpecifica, indiuidua,
& expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem impor-
tantes, mentio, ſeu quæuis alia exquiſita forma, aut aliqua alia expreſſio habenda, ad
hoc ſeruanda foret, illorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo,
& forma in eis tradita, obſeruata, inſerti forent, præſentibus pro expreſſis habentes,
illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſsè dero-
gamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Volumus autem, quòd præſentium co-
piis, ſiue tranſumptis, etiam impreſſis, & manu alicuius Superioris dictorum Fratrum

Clauſulæ derogatoriæ.

Reformatorum ſubſcriptis, plenaria vbique fides adhibeatur in iudicio & extra, ac ſi originaliter exhiberentur. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ abſolutionis, confirmationis, approbationis, defectuum, ſuppletionis, liberationis, habilitationis, conceſsionis, indulti, ſtatuti, ordinationis, decreti, voluntatis, ac derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ Apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſeptimo, Idib. Octob. Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

L X X.

Confirmatio omnium gratiarum, & Priuilegiorum Fratrum Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſeruantia, Monialiumq; S. Claræ, & Tertii de Pænitentia Ordinibus in his quæ Concilio Tridentino non aduerſantur.

Priuilegia iſta, vide in Leon. x. conſt. 20. fol. 221. Pauli IV. conſt. 4. fol. 572. Pij v. conſt. 14. fol. 944. & Greg. xiij. conſt. 35. fol. 1237. & ibi notaui concord.

Aliam conceſsionem fecit hic idem Sanctiſſ. Pont. eiſdem Fratribus, quo ad retentionem Conuentuum, vt ſup. in conſtit. 40. fol. 132.

SIXTVS Papa V. Ad perpetuam rei memoriam.

ET ſi Mendicantium ordines, & præſertim ſacer ordo fratrum Minorum de Obſeruantia, qui ſedulò ad Vineam Domini Sabaoth, Dei gratia ordo ipſe magnos probitatis, & doctrinæ, ac Animarum ſalutis fructus ſemper olim attulerit, & quotidie afferre ſumma diligentia conatur, in eaque immenſum exhibere non ceſſat famulatum, ſummo ſemper ſtudio (etiam cum in minoribus eſſemus) amplexi fuimus: Ad ſummi tamen Apoſtolatus apicem, meritis licèt imparibus, diuina fauente clementia aſſumpti, dum id mente recolimus, facere non poſſumus, quin eundem Ordinem de obſeruantia, propenſiori charitate, & paterno affectu amplectamur, ac exinde pro ſuis ſanctis ſtudijs, honeſtiſque laboribus, ac pro animarum ſalute, ab Apoſtolica Sede (cuius continuè pacem, & dignitatem Ordo ipſe de Obſeruantia fortiter tutatus eſt) tàm ſpiritualia, quàm temporalia ſubſidia, ornamentaque acceperint, & accipient, quibus & ſancta ſua officia, ac vitam ſuam regularem facilius, atque expeditius exequi, & tranſigere poſſint, & cæteræ Religioſæ perſonæ, ordineſque alij exemplo ipſorum promptiores, alacrioreſque ad ſua officia perſoluenda reddantur. Sanè pro parte dilectorum filiorum Franciſci à Tholoſa Miniſtri Generalis, & Thomæ de Maſſa Commiſſarij Generalis Ciſmontanæ familiæ prædicti Ordinis de Obſeruantia, nobis nuper expoſitum fuit, quòd cum ex ipſius Sedis prouiſione, ac benigna dignatione prouenire dignoſcatur, vt Romanus Pontifex quandoque prędeceſſorum ſuorum Romanorum Pontificum geſta innouet, ac Apoſtolica auctoritate innouata, & reſtaurata muniat, & fulciat, & in priſtinum ſtatum reponat, ac reducat; necnon propterea nonnulli Rom. Pontifices prædeceſſores noſtri, nonnullas gratias, conceſſiones, Indulgentias, peccatorum remiſſiones, abſolutiones etiam plenarias, libertates, prærogatiuas, fauores immunitates, exemptiones, declarationes, facultates, multaque alia priuilegia, & indulta, tam prædictis Fratrum Minorum, quàm Sanctæ Claræ, ac Tertio de pœnitentia nuncupato Ordinibus, illorumque ſuperioribus Fratribus, Monialibus, & ſororibus, ac vtriuſque ſexus perſonis, & Monaſteriis, domibus, Eccleſijs, & locis quibuſcunque dictorum Ordinum, nunc, & pro tempore exiſtentibus, in genere, vel

Cauſæ huius cōfirmationis.

vel in ſpecie, etiam per modum communicationis, ſiue extenſionis priuilegiorum alijs ordinibus, eorumq; Domibus, & Eccleſijs, & vtriuſq; ſexus perſonis ordinum Mendicantium, & non Mendicantium exiſten. conceſſorum, conceſſerunt, aut iam conceſſa confirmarunt, & approbarunt, prout in ſingulis conceſſionibus, declarationibus, & litteris eorundem prædeceſſorum expeditis plenius dicitur contineri. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, illa quæ ſæpius Apoſtolica auctoritate prędicta munita exiſtunt, maiorem obtineant roboris firmitatem, pro parte eorundem Franciſci, & Thomæ nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt prædictis Priuilegiis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, fauoribus, conſeruatorijs, declarationibus, facultatibus, diſpenſationibus, gratijs, conceſſionibus, Indulgentiis, & Indultis pro illorum obſeruantia, noſtræ approbationis robur adijcere, aliàsq; in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui omnium votis, præſertim illis, qui ſub ſuaui Religionis Iugo diuinis laudibus, & Chriſtianæ Religionis augmento incumbentium perſonarum tranquillitati, & commoditati conſulitur, libenter annuimus, eaq; fauoribus proſequimur opportunis, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, quæcunq; præmiſſa, ac omnia, & ſingula alia Priuilegia, immunitates, exemptiones, libertates, prærogatiuas, fauores, conſeruatorias, declarationes, facultates, diſpenſationes, gratias, conceſſiones, Indulgentias, & Indulta ſpiritualia, & temporalia, etiam per modum communicationis, & extenſionis inter ſe, & cum alijs Ordinibus Mendicantibus, & non Mendicantibus eiuſdem Fratrum Minorum regularis Obſeruantiæ, & Sanctæ Claræ, & de Pœnitentia Tertio Ordinibus, etiam in congregatione, ſub trium votorum ſubſtantialium profeſſione, & eorundem ſuperiorum Ordinis Minorum regularis Obſeruantiæ huiuſmodi obedientia degentibus, ipſorumq; ſuperiorum Fratribus Monialibus, Sororibus, ac vtriuſq; ſexus etiam ſingularibus perſonis, necnon Monaſterijs, Domibus, Eccleſijs, & locis quibuſcumq; in genere, & in ſpecie, etiam per ſolam ſignaturam, etiam viuæ vocis oraculo, vt præfertur, aut aliàs per eoſdem Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos, & Sedem prædictam, ſub quacumq; forma, & expreſſione verborum conceſſa, ac etiam iteratis vicibus approbata, necnon omnibus & ſingulis in eis forſan contentis clauſulis, decretis, & declarationibus quibuſcunque, ac ſingulas deſuper etiam pluribus vicibus confectas litteras, & in eis contenta, & inde ſequuta quęcunq; illorũ omniũ tenores, & formas, datas, effectas, & decreta in illis appoſita, ac ſi de verbo ad verbũ insererẽtur pręſentibus, & in his eſſent inſerta, pro ſufficienter expreſsis habẽtes, dicta auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, ex certa ſcientia in his omnibus, in quibus decretis Conc. Trid. non aduerſentur, approbamus, & confirmamus, ac innouamus, perpetuamque roboris firmitatem obtinere, & firmiter obſeruari, necnon ordinibus fratrum Minorum regularis obſeruantiæ, & S. Claræ, ac Tertio de Pænitentia nuncupato, etiam in Congregatione ſub obedientia fratrum Minorum de Obſeruantia huiuſmodi degeñ. Superioribus, Fratribus, Monialibus, etiam Tertiariis nuncupatis, Sororibus, perſonis, Monaſteriis, Domibus, Eccleſiis, & locis prędictis, etiam per modum communicationis, & extenſionis huiuſmodi ſuffragari, illiſq; frui, vti, & gaudere, quando, & quoties opus fuerit, poſſe & debere in iudicio & extra, ac etiam in foro conſcientiæ, in omnibus & per omnia, ac ſi ſpecialiter, & expreſsè, eiſdem fratrum Minorum, ac Sanctæ Claræ, & Tertio de Pænitentia ordinibus per nos conceſſa fuiſſent, decernimus: Supplentes omnes & ſingulos Iuris, & facti, ac ſolemnitatum, etiam de Iuris neceſsitate, aut aliàs quomodolibet requiſitarum, forſan omiſſarum, & alios quoſcunque defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdẽ. Quocirca venerabilibus fratribus Calagurritañ. & Leodieñ. Epiſcopis, ac dilecto filio cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori, per eaſdem præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios faciant auctoritate noſtra præſentes litteras, & in eis contenta quæcunque plenum eorum effectum ſortiri, illiſque omnes, quos concernunt, pacificè frui, & gaudere: non permittentes quemquam deſuper contra præſentium tenorem, ſub quouis prætextu, & cauſa, etiam defectu intentionis noſtræ, per quoſcunque quomodolibet indebitè moleſtari; quinimo quicquid in contrarium attentari, vel fieri continget, omnia ſemper in priſtinum

Confirmatio omniũ gratiarum, & priuilegiorũ a Prædeceſſoribus conceſſorũ, in his quæ Concilio Tridẽtino non ſunt cõtraria. Priuilegia iſta vide in conſti. quas iudicaui hic in rubr.

Executorum huius conſtitutionis deputatio, & facultates.

Digitized by Google

num reponi; Contradictores quoſlibet, & rebelles, etiam per quaſcunque, de quibus eis videbitur, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, & alia opportuna iuris & facti remedia, appellatione quacunque poſtpoſita, compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus, etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Sicque per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales; necnon Sacri Palatii Apoſtolici cauſarum Auditores, ſublata eis quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, iudicari, & diffiniri debere. Non obſtan. præmiſſis, ac piæ memoriæ Bonifacij Papę octaui etiam prędeceſſoris noſtri de vna, & in Concilio generali de duabus dietis ędītis, dũmodo vltra tres dietas, aliquis præſentium vigore ad iudicium nõ trahatur, aliiſque Apoſtolicis conſtitutionibus, ac Prouincialibus, & Capitularibus ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis, etiam in forma Breuis, per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac etiam nos, & ſedem prędictam, etiam Motu proprio, ac ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac cum quibuſuis irritatiuis, annullatiuis, caſſatiuis, etiam priuilegiorum eorum reuocatiuis, reſtrictiuis, reſeruatiuis, exceptiuis, reſtitutiuis, declaratiuis, mentis atteſtatiuis, ac derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, quomodolibet, etiam pluries conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſsio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, etiam quod in eis caueatur expreſsè, quòd illis nullatenus, aut non niſi ſub certis modo, & forma derogari poſsit, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata, inſerti forent, pręſentibus pro ſufficienter expreſsis, & inſertis habentes; Motu, ſcientia, & auctoritate ſimilibus derogamus. Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſsint per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem, ceteriſq; contrarijs quibuſcumq;. Verùm quia difficile foret pręſentes litteras, ad ſingula quæq; loca, in quibus fortè opus eſſet, deferri, volumus, & pariter Apoſtolica auctoritate decernimus, quòd illarum tranſumptis manu alicuius ex Secretarijs cuiuſuis prędictorum Prælatorum, Generalium, & ſuorum ſucceſſorum, aut Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo officij alterius eorundem, aut alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, ſeu Curiæ Eccleſiaſticæ munitis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ Apud Sanctum Marcum ſub Annulo Piſcatoris, Die tertia Octobris 1587. Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Decretum irritans.

Clauſulæ derogatoriæ.

Tho. Thom. Gualterutius.

LXXI.

Montis Camerariatus Vacabilis, cum fructibus ad nouem pro quolibet loco erectio, & venditio, priuilegiorumq;, & gratiarum conceſsio.

Camerarius S. R. E. electus fuit ab iſtomet Sanctiſſ. Pontifice Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Henricus tit. S. Pudentianæ Cardinalis Caetanus.

SIXTVS Epiſcopus Seruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. NON ſecus, ac prudens paterfamilias, qui ſuo quoque loco & tempore, de ijs quæ familiæ ſuæ neceſſaria & profutura eſſe iudicat, minori quo fieri poteſt diſpendio, ita prouidere conſueuit, vt quacunque ſiniſtra temporum conditione contingente, nihil in ipſa familia, quod illi neceſſarium eſt, deſideretur. Roma-

Romanus Pontifex, quem diuina Maieſtas Patrem & paſtorem omnium conſtituit, de omnibus quæ numeroſæ familiæ ſuæ neceſſaria, & vtilia eſſe, ex alta quaſi ſpecula conſpicit, prouidere omnibus quibus poteſt & debet modis procurat: Cuius rei gratia, cum nos nuper pro beneficio, & vtilitate Sedis, & Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, ex redditibus, & emolumentis, ac Regalijs, & quibuſcunque obuentionibus Officij Camerariatus, per obitum bonæ memoriæ Philippi tituli S. Euſtachij Diaconi Cardinalis Vaſtauillani nuncupati, vacantis, annuam ſummam ſex millium ſcutorum monetę diſmembrauerimus, illamque ſic diſmembratam & ſeparatam, eiſdem Cameræ & Sedi applicauerimus, dictaque ſex millia ſcuta, omneſque alios fructus & redditus eiuſdem Camerariatus Officij, in manibus dilecti filij Ioannis Auguſtini Pinelli, noſtri & dictæ Cameræ Depoſitarij generalis, quem dictorum ſexmillium ſcutorum, aliorumque dicti Camerariatus officij fructuum & reddituum Depoſitarium conſtituimus & deputauimus, ſolui & cõſignari mandauerimus, vt ex dictis ſex millibus ſcutis, duodecimo Cameræ Apoſtolicæ Clerico per nos creando, quolibet menſe, & prout à nobis, vel Theſaurario noſtro generali iniunctum & ordinatum fuerit, & reſiduum dictorum ſex millium ſcutorum, creditoribus Montis per nos erigendi, reliquos verò fructus & redditus prædictos, qui vltra dicta ſex millia ſcuta ſupererint, Camerarium pro tempore exiſtenti perſolueret, prout in noſtra Motuſproprij cedula deſuper expedita latius continetur. Volentes pro imminentibus dictarum Sedis, & Cameræ neceſſitatibus, & ad ea gerenda quæ pro eiuſdẽ Sedis & totius Chriſtianæ Reipublicæ beneficio aſſiduè cogitamus, pecuniam colligere & comparare, vt eam in ipſis neceſſitatibus paratam habeamus, idq; minori, quàm poſſumus ſubditorum noſtrorum, & ipſius Cameræ incommodo, & detrimento facere ſtudeamus, Vnum Montem vacabilem, ex reſiduo dictorum ſex millium ſcutorum, vt ſupra diſmembratorum, alijſque infra dicendis redditibus erigere, & inſtituere decreuimus. Nos itaque Motuproprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, vnum Montem, quem Camerariatus Montem nuncupari volumus, portionum ſeu locorum ſexcentorum quadraginta quatuor vacabilium, ad inſtar Romanæ Curiæ officiorum, & aliorum Montium vacabilium, non tamen per promotionem, vel tranſlationem ad Cathedrales etiam Metropolitan. vel Patriarchales Eccleſias, & Monaſteria, ad rationem centum & vnius ſcutorum monetæ cum dimidio alterius ſimilis ſcuti pro quolibet loco, à die decimanona menſis Auguſti proximè præteriti inchoandum, Apoſtolica auctoritate, tenore pręſentium creamus, erigimus, & inſtituimus; Illique ſic erecto & inſtituto, ac perſonis qui in eo ſuas pecunias poſuerint, ſummam annuam trium millium & octingentorum ſcutorum ſimilium, ex dictis ſex millibus ſcutis, vt præfertur; ab officio Camerariatus huiuſmodi diſmembratis & ſeparatis, & duo millia ſcuta ſimilia ex nouo Nummulariorum Vrbis, Bancherottorum nuncupatorum appaltu, quotannis percipienda, ſummam quinque millium, & octingentorum ſcutorum conſtituentia, & ad maiorem dicti Montis, & illius creditorum cautelam & ſecuritatem, aliam ſimilem ſummam quinque millium & octingentorum ſcutorum ſimilium, ex appaltu ſalariæ Vrbis, per Depoſitarium dicti Montis inferius deputandum, quolibet anno exigendam, etiam perpetuò concedimus, applicamus, appropriamus, & aſſignamus: Ex quibus quidem ſummis quinque millia ſeptingenta & nonaginta ſex ſcuta pro fructibus dicti Montis, ad rationem nouem pro quolibet loco, ſeu portione illius, de bimeſtri in bimeſtre, ratam quotannis per Depoſitarium dicti Montis, vt infra, reſiduum verò (dictis quinq; millibus ſeptingentis & nonaginta ſex ſcutis, pro fructibus Montiſtarum deductis, quæ quolibet anno, penes ipſum Depoſitarium, ad effectum pręfatum remanere volumus) in manibus Depoſitarij noſtri generalis in fine cuiuſlibet anni ſolui, & conſignari mandamus: Ipſumque Montem, & illius creditores in noſtrum, & ſedis, ac Camerę prędictarum locum, quoad omnes & integras dictas ſummas, in totum vndecim millia & ſexcenta ſcuta ſingulis annis conſtituentes, earumq; liberam perceptionem, exactionem, & conſecutionem ponimus, ſubſtituimus, & ſubrogamus: Eaſdemq; ſummas, vt pręfertur aſſignatas, & applicatas, ab omnibus oneribus, tributis, ſubſidiis, collationibus, ex quacunque vrgenti & publica, ac etiam fidei Catholicę tuendę cauſa, impoſitis, & imponendis, ac omnibus,

& qui-

Sanctiſſ. D. N. Sixti V. diligẽtia, in colligendis hinc inde pecunijs ꝓ Sedis Apoſtolicæ neceſsitatibus.

Montis Camerariatus vacabilis erectio.

Fructuum ad rationem nouẽ pro centenario aſsignatio.

Obligatio omnium bonorũ Sedis & Cameræ Apoſtolicæ pro ſecuritate dicti Montis.

& quibuſcunque alijs grauaminibus ordinariis, & extraordinariis, præſentibus & futuris, eximimus, & liberamus, ac pro maiori eorundem Montis, & perſonarum in eo pecunias ponere volentium cautela, & ſecuritate, omnia & ſingula alia, Sedis, ac Cameræ prędictarum mobilia, & immobilia bona, iuraque res, & actiones, pręſentia, & futura, vbique locorum, & gentium exiſtentia, præfato Monti Camerariatus, illiuſque ſingularibus perſonis inſolidum, & integraliter, & generaliter, ita tamen quòd generalitas ſpecialitati non deroget, nec ècontra, obligamus, & hypothecamus, obligataq; & hypothecata eſſe volumus, & decernimus; Necnon eadem auctoritate Apoſtolica ſtatuimus, quòd quæcunque vtriuſque ſexus perſonæ, cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, & præeminentię exiſtentes, etiam ſi Cardinalatus honore pręfulgeant, & Eccleſijs Cathedralibus, etiam Metropolitan. & Patriarchalibus, ſeu Monaſteriis huiuſmodi pręſint, ac quęcunque, quotcunque, & qualiacunq; beneficia Eccleſiaſtica obtineant, ac in ſacris, etiam presbyteratus ordinibus conſtitutę, necnon S. Ioannis Hieroſolymitani, vel aliorum Hoſpitalium, & Militiarum, ac quorumcunq; (non tamen Mendicantium) ordinum, religioſę, quibus à iure, aut per priuilegium conceſſum eſt, proprium retinere poſſe, cuiuſcunque nominis, qualitatis, & conditionis, ac qualitercunque, pręterquam ratione regularis profeſſionis, in aliquo ordine Mendicantium inhabiles, & incapaces exiſtant, in Monte pręfato quaſcunq; pecuniarum quantitates, non tamen infra dictam ſummam centum & vnius ſcutorum, cum dimidio in ſingulas perſonas, vſque ad ſummam dictorum ſexcentorum & quadraginta quatuor locorum, ſeu portionum, ponere, & tam ipſę perſonę, quàm alij ab eis cauſam habentes, quoad vixerint, pro pecunijs ſic poſitis, ad rationem nouem ſcutorum ſimilium pro quolibet loco, ſingulis annis, & quolibet bimeſtri, eorum ratam ſine aliquo conſcientię ſcrupulo, & ſortis principalis diminutione, vel aliquo reſtitutionis onere; etiam ſi aſſaſſinij, ſacrilegij, læſæ Maieſtatis, aut alia quæcunque grauiſſima, etiam de neceſſitate exprimenda crimina, præterquam in perſonam Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, aut alicuius S. R. E. Cardinalium, commiſerint, ac propterea, ſiue legitimè conuictæ, ſiue in earum non comparentium contumaciam, in pœnam vltimi ſupplicij condemnatæ, ſeu condemnandæ, & pœnæ huiuſmodi per eas perſoluendæ, atq; omnia earum bona, Fiſco, ipſo iure, vel ipſo facto applicata, ſeu applicanda fuerint, tam pro ſorte principali, quàm pro eorum emolumentis locorum, ſeu portionum Montis huiuſmodi, quæ, ſeu quas nullatenus confiſcari, aut ad inſtantiam quorumcunque ſuorum creditorum, vel aliàs modo aliquo ſequeſtrari, aut impediri poſſe decernimus, integrè, omni prorſus impedimento ceſſante, percipere, & habere: Ac loca ſeu portiones huiuſmodi (corpore tamen ſanæ, & aliàs prout in reſignationibus dictæ Camerę officiorum, & aliorum Montium vacabilium obſeruatur) in vnius, vel plurium, prout eis placuerit, etiam filiorum ſuorum illegitimorum, & ex quocunque, etiã quantumuis damnato coitu procreatorum, aut aliarum, etiam magis incapacium perſonarum fauorem, in manibus dilecti filii Guidonis Pepuli moderni, & pro tempore exiſtentis noſtri, & dictæ Cameræ Theſaurarij generalis (quem Protectorem, & Adminiſtratorem dicti Montis Camerariatus, cum libera, & abſoluta poteſtate, litteras patentes dicti Montis, ſub eius nomine & ſigillo expediendi & concedendi, ac omnia alia peragendi, quæ ad eiuſdem Montis vtilitatem pertinere cognouerit, conſtituimus, & deputamus) reſignare, & de locis, ſeu portionibus huiuſmodi, dummodo in perſona vnius de minori quantitate vnius loci non diſponatur, nulla alia deſuper obtenta diſpenſatione, in toto vel parte, ſimul, vel ſeparatim, per viam reſignationis huiuſmodi, liberè diſponere poſſint, ita vt reſignatarij, in pecuniis per eos, vel eis à quibus cauſam habuerint, poſitis, ac locis ſeu portionibus, & emolumentis præfatis, per eandem reſignationem ſuccedere, & ad illa admitti debeant; Eidemque Monti, & perſonis in eo pecunias habentibus, officiales creandi, & deputandi, ordinationes, & ſtatuta quæcunque ad ipſius Montis conſeruationem pertinentia, licita tamen & honeſta, ac ab eadem Camera examinanda & approbanda, condendi facultatem concedimus: Necnon ijs, vt omnibus alijs ſingulis priuilegijs, facultatibus, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, prærogatiuis, gratijs, & indultis, quibus cæteri creditores aliorum Montium vacabilium, & præſertim

Perſonarum, in hoc Monte pecunias ponere valentium, declaratio.

Priuilegium quod loca dicti Montis confiſcari, aut ſequeſtrari nequeant.

Reſignarique poſsint ad fauorem etiã illegitimorum.

Adminiſtratoris deputatio, & facultates.

Montiſtarũ, officiales Montis deputãdi ordinationeſq; circa eum faciẽdi auctoritas.

Priuilegiorũ, Montiſtis cuiuſcumq; Mõtis etiam Sixti nuper erecti datorũ, cõceſsio.

tim Montis Sixti à nobis nuper erecti, vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum, pariformiter, & abſque vlla prorſus differentia, etiam perinde ac ſi ea omnia hic de verbo ad verbum inſerta forent, vti, frui, & potiri liberè, & licitè valeant indulgemns. Volentes, quòd Mons Camerariatus huiuſmodi, illiuſque perſonæ, ratione pecuniarum in eo poſitarum, ab omni etiam menſatæ, & aliorum onerum, per nos, & pro tempore exiſtentes Roman. Pontifices, etiam pro defenſione Fidei, & augmento cultus diuini, & alia ſubleuatione, & confirmatione ſtatus Romanæ Eccleſiæ, quomodolibet impoſitorum ſolutione, liberę immunes, & exemptę exiſtant & cenſeantur, nec ſuper annuis redditibus, & emolumentis eis aſſignatis, illorumue perceptione & exactione, etiam per nos, & ſucceſſores noſtros præfatos, quouis modo pertnrbari, inquietari, vel moleſtari, aut aliquo grauamine, ſeu onere, etiam ſi euidens vtilitas, & vrgens neceſſitas id ſuaſerit, onerari poſſint. Et ad probandum, quòd pecuniæ in dicto Monte Camerariatus poſitæ, vel aliqua earum pars, in vtilitatem, aut neceſſitatem Romanæ Eccleſiæ, vel Sedis, & Cameræ præfatarum, aut Catholicæ Fidei defenſionem conuerſæ fuerint, minimè teneantur. Quòdque præſentes vim, & robur veri, & validi contractus, & obligationis inter nos, & ſedem, ac Cameram præfatas, ex vna, & eos, qui pecunias ſuper ipſo Monte poſuerint, vel ab eis cauſam habuerint, ex altera parte legitimè initi, & ſtipulati, obtineant, & obtinere; Dictuſque Mons Camerariatus, & illius Montiſtæ, in pacifica, & libera dictorum emolumentorum eiſdem aſſignatorum, exactionis & perceptionis poſſeſſione, perpetuò manuteneri, & conſeruari debeant. Quòdque ipſius Montis Depoſitarius, introitus, & emolumenta præfata exigere, & recuperare, ac in inter perſonas, quæ ſuas pecunias in dicto Monte Camerariatus poſuerint, pro rata locorum, & portionum cuiuſliber, quolibet bimeſtre in fine diſtribuere, & diuidere; Reſiduum verò in fine cuiuſlibet anni (demptis, ac deductis ſemper dictis quinque millibus ſeptingentis & nonaginta ſex ſcutis pro fructibus Montiſtarum, vt ſupra) in manibus Depoſitarij noſtri Generalis ſoluere, & reſtituere teneatur. Ac decernentes Montem Camerariatus huiuſmodi, illiuſque loca & portiones præfata, reſpectu fructuum, & emolumentorum pro rata locorum, ſeu portionum huiuſmodi, eidem Monti Camerariatus aſſignatorum, nullis omnino reductionibus, aut alijs contrarijs diſpoſitionibns, etiam prætextu enormiſſimę læſionis, vrgentis neceſſitatis, ſeu etiam euidentis vtilitatis, aut alia quacunque cauſa, ſiue in genere, ſiue in ſpecie faciendis, obnoxia eſſe, ſed firma perpetuò, & inuiolata perſiſtere, nec quemquam ex ipſius Montis Camerariatus deſcriptis creditoribus, aut ab eis causã & ius habẽtibus, ſuper integris fructibus, & emolumentis prædictis, quocunque modo turbari, vel impediri poſſe: Ac nũmularios pręfatos, ſeu annuę præſtationis per eos ſoluendæ Appaltatores, ac pariter dictæ ſalarię Conductores, nunc, & pro tempore exiſtentes, ad ſoluẽdum eidem Monti Camerariatus, ac illius Depoſitario, vt infra per nos deputando, dictas reſpectiuè ſummas terminis, & tẽporibus debitis, & ad id etiam ſe obligandum, iuris, & facti remedijs cogi, & cõpelli poſſe. Vt autẽ perſonæ pecunias ſuas in dicto Monte Camerariatus ponentes, aliquod cõmodum ex noſtra liberalitate conſequantur, attenta præſertim modicitate fructuũ eiſdem aſſignatorum, qui quidem minores ſunt omnium aliorum Montium vacabiliũ. Volumus, & dicta auctoritate ſtatuimus, eiſq; indulgemus, quòd ipſius Mõtis loca, ſeu portiones, quæ ſeu quas perſonæ ipſæ emerint, per quadriennium à data præſentium computandum, per mortem ciuilem, aut naturalem, vel violentam perſonarum ipſarum, vel ab eis cauſam dicto quadriennio durante, habentiũ, nõ vacent, ſed ad hæredes, vel ſucceſſores quoſcunque morientium, eodem quadriennio durante, deueniant, ipſique hęredes, & ſucceſſores loca, ſeu portiones huiuſmodi retinere, vel reſignare, illorumque; ſeu illarum precium recipere poſſint, & reſignationes huiuſmodi admitti debeant, ac ex nũc eas liberè, & omni cõtradictione remota admitti mandamus. Quòdque perpetuis futuris tẽporibus, quicũq;, tã eiuſdẽ Mõtis Camerariatus creditores, quàm etiã aliqua, ex illius locis per ceſsionem, vel aliter, etiam per primæuam pecuniarum in illo poſitionem, acquirentes, ad loca, ſeu portiones ipſius Montis Camerariatus, quaſuis alias perſonas, ſub quarum nominibus loca, & portiones huiuſmodi ponantur, nominare,

Mõtis Six. priuilegia, & erectionem habes ſup. in coſt. 61. fol. 216.

Exemptio Mõtiſtarum a ſolutione quorumcumq; onerũ.

Pręſentes uim contractus obtineant.

Depoſitarius Montis fruct' quolibet bimeſtri ſoluere debeat.

Mons prædictus, reductioni & alijs contrarijs diſpoſitionibus non ſubiaceat.

Montis loca p quadriẽnium non uacent.

Digitized by Google

& ſibi ipſis, quoad perſonæ nominandæ vixerint, tam locorum, ſeu portionum huiuſmodi, quàm earum fructuum, & emolumentorum omnimodam diſpoſitionem illa interim perſonis ſic nominatis penitus interdicta, & cum alijs ſibi beneuiſis, aliàs tamen licitis pactis, & conditionibus reſeruare poſſint; Ita tamen, quòd per obitum ſic nominatarum perſonarum poſt quadriennium præfatum, niſi prius reſignauerint, omnino vacent. Demum vt preciũ dicti Montis Camerariatus, ſic à nobis erecti, & inſtituti nobis facilius, & integrè vnica tantum vice repræſentetur, ac ſine longioris moræ interuallo, in promptu ſit, dictum Montem Camerariatus, ac eius loca prędicta ſexcenta & quadraginta quatuor, cũ dictis redditibus & emolumentis, vt præfertur aſſignatis, & applicatis, ac omnibus illius iuribus priuilegijs, & facultatibus præfatis, etiã cũ fructibus à dicta die decimanona mẽſis Auguſti proximè præteriti, ad rationem nouem ſcutorum huiuſmodi pro quolibet loco, decurſis, & in futurũ decurrendis, prędicto Ioanni Auguſtino, qui ad faciendum nobis rem gratam, & ad effectum conſequendi Depoſitariam fructuũ & reddituum dicti officij Camerariatus, quam nos illi, intuitu, & contemplatione huius venditionis, vigore noſtri ſupra relati Motus proprij, iam conceſſimus, ac pariter ad effectum conſequendi Depoſitariam Montis Camerariatus huiuſmodi, cum pactis & cõditionibus, & pro precio infra expreſſis, etiam quòd annuus redditus dicti Montis minor ſit, quàm omnium aliorum Montium vacabilium, ſe empturum obtulit, ac illius hęredibus & ſucceſſoribus quibuſcunque damus, concedimus, vendimus, & transferimus, ipſumq; in omne ius, locum, & priuilegium noſtrũ, & dictę Cameræ, quoad dictum Montem Camerariatus, & illius iura ſubſtituimus, ponimus, & ſubrogamus; dictiq; Montis Camerariatus, ac illius fructuum, & iurium poſſeſſionem, ex nunc concedimus, & interim eius nomine illam tenere conſtituimus, eundemq; Ioannem Auguſtinum, ex cauſa, & titulo huius venditionis dicti Montis Camerariatus Depoſitariũ, eius vita durante (ita tamen quod per decenniũ dicta Depoſitaria non vacet, etiam ſi intra decennium mors illius ſequeretur) facimus, conſtituimus, & deputamus, cum onere fructus dicti Montis Camerariatus, de bimeſtri in bimeſtre, in fine, pro rata creditoribus dicti Montis Camerariatus ſeu Montiſtis, perſoluendi, & in fine cuiuſlibet anni, quicquid ſupererit ex fructibus, & redditibus, eidem Monti Camerariatus aſsignatis (demptis tamen, & deductis dictis quinq; millibus ſeptingentis & nonaginta ſex ſcutis, pro fructibus Montiſtarum,) in manibus Depoſitarij noſtri generalis ſoluendi, & reſtituendi: ac cum facultate à dictis Nummularijs bancherottis nuncupatis, dictæ Vrbis vel annuæ præſtationis per eos ſoluendæ, ac ſupradictæ ſalariæ Vrbis Appaltatoribus, nunc & pro tempore exiſtentibus, dictas reſpectiuè ſummas Monti Camerariatus huiuſmodi conceſſas, & aſſignatas exigendi, & de illis quietandi, ipſis vero nummularijs, & appaltatoribus, vt dictas ſummas eidem Monti Camerariatus aſſignatas, debitis terminis, & temporibus ipſi Ioanni Auguſtino, donec vixerit, vel alteri ab eius hæredibus, & ſucceſſoribus, ſi eum intra decennium proximum obire contingat, & poſt eius obitũ elapſo tamen dicto decennio, cuicunq; alteri Depoſitario, ab ipſis montiſtis conſtituendo liberè, & integrè, omni contradictione remota, perpetuò, etiã ſine aliquo mãdato Sedis, vel Camerę huiuſmodi deſuper expediendo, ſed earundẽ pręſentium vigore tantummodo perſoluant; quas ſolutiones in eorũ computis admittimus, ac admitti & acceptas ferri mandamus, Eidẽq; Ioanni Auguſtino, ac illius hęredibus & ſucceſſoribus, Secretariũ & Computiſtam dicti Montis Camerariatus, cum ſalarijs, & emolumentis, quę idẽ Ioannes Auguſtinus duxerit ſtatuenda, deputandi, & ad eius, vel eorum beneplacitum, & nutum ponendi, & amouendi, ſemel vel pluries, & quoties eisdem videbitur, etiam ad vitam deputandi: Ipſique Ioanni Auguſtino dicta ſexcenta & quadraginta quatuor loca, quibuſuis perſonis in vna, vel pluribus vicibus, & partitis, & pro quocunque pretio maiori, vel minori, ad ſui beneficium, & damnum reſpectiuè, abſque aliqua noſtra, Sedis, & Cameræ præfatarum, vel alterius requiſita, aut obtenta licentia, & ſine aliqua ſolutione, cuiuſcunque compoſitionis, ac regaliorum facienda, vendendi, alienandi, & diſponendi facultatem, & auctoritatem concedimus. Hanc autem venditionem, conceſſionem, deputationem, aliaque pręmiſſa facimus, pro pretio dictorum centũ & vnius ſcutorum cum dimidio alterius ſcuti monetę pro quolibet loco, ſeu portione,

Mons cũ prouentibus antedictis d. Io. Auguſtino Pinelijs, conceditur.

Depoſitariuſq; per decennium & vita ad eius vitam idem Pinellius deputatur.

Facultas deputandi ſecretariũ, & Computiſtã dicti Montis, eiuſq; loca vendendi, eidẽ Pinello conceditur.

Quæ

Quæ omnia, ſeu omnes inſimul, ſummam ſexagintaquinq; millium trecentorum & ſexagintaſex ſcutorum in totum conſtituunt, prædicto Guidoni de Pepulis Theſaurario noſtro generali, aut cui, vel quibus à nobis ordinatum fuerit, per totum menſem Decembris proximè venturum, omni, & quacunque exceptione remota, per ipſum Ioannem Auguſtinum ſoluendam. Volentes tamen, quod ſolutionem pręfatam facere poſſit, aut in moneta argẽtea, aut in ſcutis aureis, quæ ad rationem vndecim iuliorũ, & octo bolendinorum cum dimidio alterius ſimilis bolendini calculari, & appretiari debeant, & ad quod pretiũ nobis, vel pręfato Guidoni Theſaurario infra dictum tempus perſoluendum, & creditoribus dicti Montis Camerariatus, de redditibus, & prouentibus, vt præfertur de bimeſtri in bimeſtre, & in fine cuiuſlibet bimeſtris, pro rata vnicuique ſatisfaciendũ in executione earundem pręſentium, eundem Ioannem Auguſtinum in Camera Apoſtolica, ſe, & ſuos hęredes, & bona in forma eiuſdẽ Camera per acta publici Notarij, ac pariter de reſtituendo Depoſitario noſtro generali, quicquid ſupererit (dictis quinq; millibus ſeptingentis & nonaginta ſex ſcutis deductis) obligari, illiuſq; obligationẽ in eadem Camera recipi debere.

Venditio iſta fit d. Pinello, vt ipſe ſoluat Ca. Apoſt. ſcuta ſexagintaquinq; millia, ac trecẽtũ ſexaginta ſex, Montiſtiſq; ſoluat quolibet bimeſtri, fructus prædictos.

Necnon decernentes eaſdem pręſentes litteras de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtrę, vel alio quouis defectu notari, argui, vel impugnari, aut reuocari, reſtringi, vel limitari nullatenus poſſe, & ſi ſecus id fiat, quoties id fiet, toties illas in priſtinum ſtatũ reſtitutas, & plenariè reintegratas, validaſq; & efficaces, etiam perinde ac ſi Conſiſtorialiter, & de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio & aſſenſu emanaſſent, perpetuò fore & eſſe, ac cenſeri, vimq; validi contractus inter nos & Sedem, ac Cameram pręfatas, ex vna, & dictum Ioannem Auguſtinum, ex cauſa venditionis pręfatę initi, & ſtipulati habere, eaſq; ad omnia, & ſingula plenè probandum omnino ſufficere, nec ad id alterius probationis adminiculum requiri: Ipſumq; Ioannem Auguſtinum, eius vita ac illius hęredes & ſucceſſores, dicto decennio reſpectiuè durantibus in pacifica, & quieta dicti Montis Camerariatus, Depoſitariæ, ac iurium pręfatorum poſſeſſione manutenendos & conſeruandos eſſe, & deſuper nunquam moleſtari poſſe, vel debere, etiam ſub prætextu cuiuſcunq; enormis, vel enormiſſimę læſionis, vel quod ab alijs maius pretium, vel meliores conditiones, & pacta reperta fuerint, vel reperiri potuiſſent, aut reperiri contigerit, cuiuſcunq; quantitatis, & ſummę fuerit, etiam ſi dimidiam, vel quantumuis iuſti pretij maiorem partem excedat, eidem Ioanni Auguſtino, & eius hæredibus, & ſucceſſoribus, etiam donatione inter viuos remittimus, & gratioſè donamus & in omnem caſum moleſtię, ſiue de iure, ſiue de facto inferatur Cameram pręfatam ad litem ſuſcipiendam, & tollendam moleſtiam ad omnem ipſius Ioannis Auguſtini, ac ſuorum hæredum, & ſucceſſorum ſimplicem requiſitionem, etiam extraiudicialem faciendam, & ad omnem, & quamcunq; euictionem teneri, & obligatam eſſe.

Clauſulæ præſeruatiuæ.

Io. Auguſtinus & eius ſucceſſores ſuper præmiſſis moleſtari nequeant etiã ſub prętextu enormiſſimæ læſionis, &c.

Necnon pro omniũ, & ſingulorum præmiſſorum obſeruatione & executione, Nos ſucceſſoreſque noſtros, ac omnia, & ſingula ſedis, & Cameræ prædictarum iura, res, & bona quæcunque, tam præſentia, quàm futura, nedum generaliter, verumetiam ſpecialiter & expreſsè, in ampliſſima eiuſdem Cameræ forma, cum clauſulis, decretis, & cautelis inſolitis, & neceſſarijs latiſſimè extendendis, ita quòd ſpecialitas generalitati non deroget, nec è contra obligamus, ac obligata & hypothecata eſſe; Ipſoſq; Io. Auguſtinũ, ac hęredes & ſucceſſores ad probandũ quòd dicta ſumma pro pretio dicti Montis Camerariatus, vt pręfertur ſoluendo, vel aliqua illius pars in vtilitatem, vel neceſſitatem S. R. E. ſeu Camerę, & ſedis præfatarum, vel Fidei Catholicæ defenſionem conuerſa ſit, minimè teneri, aut obligatos eſſe volumus: Sicque, & non aliàs per quoſcunque Iudices ordinarios, & delegatos, ſublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, vbique iudicari, & diffiniri debere.

Obligatio pro executione, & obſeruatione prædictorum.

Io. Auguſtinus & eius ſucceſſores teneantur probare dictũ pretium verſũ eſſe in vtilitatem Sedis Apoſt.

Irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decretum irritans.

Mandantes propterea dilectis filijs modernis, & pro tempore exiſtentibus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerârio, Vicecamerario, Theſaurario, necnon Clericis, & Præſidentibus dictæ Cameræ, vt eaſdem præſentes, in eadem Camera admittant, & in libris illius deſcribi, & regiſtrari faciant, & inuiolabiliter obſeruent, & obſeruari mandent; ac etiam ad maiorem cautelam dictorum Ioannis Augu-

Executorum, & defenſorum deputatio, & facultates.

ſtini, & hæredum, & ſucceſſorum deſuper, patentes litteras, mandata, & alias ſcripturas opportunas expediant, & expediri curent: Non obſtantibus præmiſſis, ac fe. re. Symmachi, Benedicti duodecimi, Caliſti viij. Pauli ij. Innocentij viij. & Pauli iiij. ac quorumcunque aliorum Roman. Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, de rebus Eccleſiæ non alienandis, ac malè alienatis recuperandis; aliiſque conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon dictæ Cameræ, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, decretis, & reformationibus, earumque innouationibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis, per prædictos, & quoſcunque alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos, & dictam Sedem, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus etiam per viam generalis legis, & ſtatuti pepetui, etiam Conſiſtorialiter, & de fratrum Conſilio, ac ex cauſis quantumuis grauibus, & oneroſis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, aliiſq; efficacioribus, etiam inſolitis clauſulis, etiam vim contractus inducentibus, ac etiam irritantibus, ac aliis decretis in genere, vel ſpecie, ac aliàs quomodolibet, etiam iteratis vicibus conceſſis, approbatis, & innouatis, etiam præmiſſa fieri ſpecialiter, & expreſsè prohibentibus, aut quòd ſuper locationibus, & alienationibus prouentuum, membrorum, bonorum, & rerum dictæ Cameræ ſolutiones, licitationes prænijs debitis tractatibus cum interuallo temporis, & edictis, publicis emiſſis, candela accenſa, & certis diligentiis, ſolemnitatibus, & formis ſeruatis etiam ſub excommunicationis maioris, & aliis grauiſſimis pœnis fieri debeant, & aliter factę cum inde ſecutis quibuſcunque nullius roboris, vel momenti exiſtant. Necnon etiam Iulii ij. Pauli iij. & eiuſdem Pij iiij. Romanorum Pontificum, etiam prædeceſſorum noſtrorum, ſeu alijs quibuſcunque litteris, & conſtitutionibus, quibus prohibetur, quòd perſonæ Camerales, ſeu dictæ Cameræ officiales non participent in contractibus rerum Cameralium, cum idem Ioannes Auguſtinus noſter, & dictæ Cameræ generalis Depoſitarius exiſtat, necnon quibuſcunque alijs, quæ quomodolibet præmiſſorum validitati obſtarent, vel ea infringerent, necnon priuilegijs, & indultis eidem Cameræ, & Fiſco noſtro, quomodolibet conceſſis, ac Cancellarię Apoſtolicę regulis; etiam de non tollendo iure quęſito, aut aliàs quomodolibet etiam per nos, & prædeceſſores noſtros, cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, in genere vel in ſpecie editis, approbatis, vel innouatis; quibus omnibus, etiam ſi de illis, eorumq; totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales, idem importantes mentio, ſeu quęuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, ac forma in illis tradita, obſeruata, inſerti forent, pręſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permāſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & exprſsè derogamus, eaq; omnia in quantum præmiſſis obeſſe, aut illorum executionem, & effectum retardare poſſent, omnino tollimus & abrogamus, ac pro ſublatis, & abrogatis haberi volumus, ceteriſq; contrarijs quibuſcunq;. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ creationis, erectionis, conſtitutionis, applicationis, appropriationis, aſſignationis, exemptionis, liberationis, indulti, venditionis, tranſlationis, ſubſtitutionis, poſitionis, ſurrogationis, conceſsionis, conſtitutionis, deputationis, admiſsionis, voluntatis, decretorum, remiſsionis, donationis, mandati, derogationis, abrogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Clauſulæ derogatoriæ.

Iul. 2. conſtitutionem iſta habes ſup. f. 155. & Pauli iij. fol. 474. Pii iv. f. 822. & ſeq.

Datum Romæ Apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſeptimo, Pridie Idus Septembris, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

B. Seua.

De

LXXII.

De decies alteris centenis millibus nummum aureorum, in Arce S. Angeli ſepoſitis, nullo vnquam tempore, niſi in præſcriptis caſibus, certaque deſuper ſeruata forma depromendis.

Alia centena millia hic idem Sanctiſſ. Pontif. pro S. R. E. præſidio, in primo anno ſui Pont. collegit, & in eadem Arce repoſuit, indeq; promi vetuit, vt ſup. in eius conſt. 33. fol. 94.

SIXTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. ANNO ſuperiore decies centena millia nummum aureorum in Pontificia Sancti Angeli Arce, & certo ſanctiori Aerario repoſuimus, & collocauimus, ac de illis aſſeruandis, ac nunquam, niſi certis præſcriptis caſibus promendis, & erogandis, Conſtitutionem perpetuò valituram edidimus, cuius tenor infra deſcriptus eſt.

Sanctiſſ. Pontifex iſte ex cauſis vrgentiſſimis pro præſidio S. R. E. decies cétena millia nummû aureorum abſque alicuius oneris impoſitione in primo anno ſui Pont. collegit, & in Arce q; S. Angeli repoſuit, indeq; promi vetuit, niſi in quibuſdam caſibus, vt ſup. in eius conſt. 33. fol. 94.

Ommittitur tenor quia habetur ſup. fol. 94.

VERVM cum ob culpas, peccataque noſtra multiplicia, quibus diuinam Maieſtatem in dies magis ad iracundiam prouocamus, vſque eò neceſſitates ſuperius enarratæ multiplicentur, periculaque gregi Dominico impendentia adaugeantur, vt illis, nec dum prioris pecuniæ collectione, ſatis prouiſum eſſe videatur. Nos quamuis in omnibus difficultatibus, curiſque noſtris, in Dei Omnipotentis auxilio ſpem noſtram fixam habeamus, ad illiuſque opem (qui niſi cuſtodierit Ciuitatem, fruſtra vigilat, qui cuſtodit eam) ex intimo cordis affectu confugiamus, tamen ab eo ipſo paſtorum Principe *Chriſto* frequenter admoniti, *vt pro ouibus noſtræ fidei creditis, eorumq; ſalute, & vtilitate modis omnibus vigilemus;* facere non poſſumus, pro noſtro Paſtorali munere, in hac quoque parte obeundo, quin humanis etiam conſilijs, ac viribus (pro eo, ac nobis ab eodem clementiſſimo Domino elargitum eſt) ad tot mala, periculaque propulſanda, noua quotidie præſidia conaremur. Quamobrem alia decies centena millia aureorum nummum, non ad noſtra, aut cuiuſque noſtrorum priuata commoda, ſed ad publicum bonum, ad S. R. E. cui Deo auctore præſidemus defenſionem, ad fidei Catholicæ conſeruationem, ac propagationem, noſtra ſedulitate ac frugalitate collegimus; quę eadem in Arce, vt priora altera decies centena millia reponi, aſſeruari, nec inde amoueri, erogariuè, niſi in ſupradictis expreſſis neceſſitatibus, eodem planè modo volumus. Motuproprio igitur, & ex certa noſtra ſcientia, ac habita ſuper hoc cum venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus in Conſiſtorio noſtro ſecreto, matura deliberatione, de eorum conſilio, & vnanimi conſenſu, hac præſenti noſtra perpetuò valitura conſtitutione, dicta alia decies centena millia aureorum nummum in eadem Arce noſtra Pontificia Sancti Angeli, & ſanctiori Aerario nunc recondimus, reponimus, & collocamus, ac Chriſto Domino Noſtro, Beatæ Mariæ ſemper Virgini, & Sanctis Apoſtolis Petro, & Paulo offerimus & dicamus, ijſdem omnino legibus & conditionibus, quæ in noſtra ſuperius deſcripta conſtitutione pręſcriptæ, & præfinitę ſunt. Declarantes noſtræ voluntatis mentiſque eſſe, vt quod in ipſa conſtitutione, de recuperatione Terræ Sanctæ, & generali expeditione contra Turcas dictum fuit, idem etiam locum obtineat, quo ad vtramque Deo dicatam pecuniæ ſummam, in recuperatione Regnorum à quibuſcunque Catholicæ Romanæ Eccleſiæ hoſtibus occupatorum, & in expeditione, quam contra eoſdem decerni, ac fieri contigerit. Vbi verò in præſcriptis caſibus, pecuniarum aliquid ſumi neceſſitas poſtulauerit, volumus, vt de tota ſumma, tam ſuperiori anno, quàm etiam nunc repoſita, hoc prorſus, & non alio modo pecuniæ ſumantur, & erogentur: nimirum, vt in Conſiſtorio ſecreto pręſcriptarum neceſſitatum qualitate, ac rerum & temporum ratione diligenter perpenſa, atque ita cogente, non duarum, ex tribus partibus Cardinalium, ſicuti in priori Conſtitutione noſtra ſancitum erat, ſed trium ſaltem ex quatuor partibus Cardinalium, qui Conſiſto-

Iohan. 10. Matth. 14.

Et deinde alia centena millia collegit, & modo in eadê Arce ſimiliter reponit, cum eiſdê prohibitionibus legibus, & conditionibus, vt in d. côſt. 33.

Et inter certos caſus, in quib' huiuſmodi pecunias, in d. côſt. 33. depromi poſſe declarauit, nunc declarat comprehendi cauſam Recuperationis Regnorum a S. R. E. hoſtibus occupatorum, & expedi

tionis contra eos fiendæ. Formamq; pecunias in dictis caſibus depromendi deſcribit, & ſeruari præcipit.

rio interfuerint, conſenſu, decreto, & ſubſcriptione adhibitis, ex binis decies centenis millibus aureorum nummum à nobis repoſitis, non vltra quartam partem, ideſt, non vltra quingenta millia nummum promi liceat; & ea quidem quingẽtorum millium ſumma, non tota ſimul, ſed paulatim, moderatè, & ſucceſſiuè depromatur, per certas portiones, quæ in eodem Conſiſtorio, in quo de tota re deliberabitur, à tribus partibus Cardinalium (vt dictum eſt) omnibus diligenter examinatis, decretę, & præfinitæ fuerint. Quòd ſi ipſis quingentis millibus erogatis, & conſumptis, præſcripti caſus, & neceſsitates nouam impenſam requiſierint; tunc iterũ propoſita, & adhibita in Conſiſtorio conſultatione, ſi conſenſus, decretum, & ſubſcriptio trium ex quatuor partibus Cardinalium (vt ſupra dictum eſt) acceſſerint, aliam ſummam, non tamen quingenta millia aureorum excedentem, illamq́; pariter non ſtatim totam, ſed moderatione ea ſeruata, eoq; quem diximus modo limitatam, & præfinitam ſumi poſſe permittimus. Cæterum ſtatuimus, prout alia noſtra Conſtitutione ordinatum eſt, vt partes & portiones pecuniæ ſupradictæ, quæ in aliquo ex præmiſſis caſibus ſumptæ fuerint, cum eius impenſæ faciendæ ratio ceſſauerit, omnino in ærarium, vnde deprompta fuerunt, integrè reſtitui, ac reponi primo quoq; tempore debeant. Has autem Deo dicatas pecunias, nullo vnquam tempore, niſi aliqua ex ijs quas diximus neceſſitas vrgeat, & requirat, neque in totum, neq; ex aliqua parte amoueri, erogariuè quouis modo à nobis poſſe volumus, eamq; amouendi & erogandi poteſtatem, & facultatẽ à nobis ipſis abdicamus: Idq; ſucceſſores noſtros Romanos Pontifices, propoſito ſibi tremendo Iudicio, in quo ſummo patrifamilias de adminiſtrata villicatione exquiſita reddetur ratio, eodem planè modo facturos eſſe confidimus, & ſperamus. Tandemque Deo per præſentes oblatam pecuniam, vnà cum illa priori, nos integram (vt dictum eſt) conſeruaturos eſſe, ac perinde omnino, ac res, & bona Eccleſiæ immobilia nos habituros promittimus, iuramus, & vouemus: & ſicuti omnes Cardinales præſentes, & infraſcripti vouerunt, promiſerunt, ac iurarunt, ita per alios Cardinales nunc, & pro tempore exiſtentes, ac per ſucceſſores noſtros, quando & quoties ſuperius ordinatum fuit, & iuxta formam nunc traditam iurari, promitti, ac voueri debere decernimus. Deniq; cætera omnia, & ſingula in eadem conſtitutione ſupraſcripta, quomodolibet expreſſa, conſtituta, & decreta, etiam in hac pecunia à nobis (vt præfertur) nunc collocata & recondita, & quoad præſentes noſtras litteras, in omnibus & per omnia, penitus, omnino, & inuiolabiliter obſeruari, & locum habere volumus, præcipimus, & mandamus. Si quis autem fortaſſe noſtrorum ſucceſſorum, id quod minimè credimus, huic noſtræ conſtitutioni omnino, aut aliqua ex parte derogare, aut cõtra ſtatnere voluerit, aut depromptam pecuniam (vt ſupra ſancitum eſt) in idem ærarium non reſtituerit, admonemus poſt derogantis, aut contra ſtatuentis, contraq; facientis obitum, liberum eſſe ſucceſſoribus ea derogatione, & quibuſuis alijs quæ contra ſtatuta ſunt non obſtantibus, pro pecunia contra huius conſtitutionis præſcriptum ſumpta, ac deprompta, recuperãda, tam aduerſus Pontificis derogantis, & cõtrafacientis poſteros, ſeu coniunctos omnes, quàm aduerſus Cardinales idem conſentientes, aut quoſcumque eorum hæredes, quibus ab ipſo Pontifice, aut Cardinalibus bona quouis titulo, vel quauis ratione obuenerint, agere, & poſſeſsionem bonorum, quæ ad ipſos poſteros peruenerint adipiſci, retineriq; donec quicqnid pecuniæ depromptum eſt, id omne in ęrarium referatur & reſtituatur, eaque ipſa bona, ſi quo modo (vt ſupra dictum eſt) à forma per nos conſtituta recedi contigerit, huiuſmodi obligationi, atq; oneri obnoxia & addicta eſſe voluimus; Singulis quę in noſtris litteris aduerſari poſſent, vel quoquomodo obeſſe penitus remotis, ac non obſtan. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę reconditionis, repoſitionis, collocationis, oblationis, dicationis, declarationis, permiſsionis, ſtatnti, voluntatum, abdicationis, promiſsionis, iuramenti, voti, decreti, pręcepti, mandati, & admonitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotẽtis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ Apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quingenteſimo octuageſimoſeptimo, viij. Idus Nouembris. Potificatus Noſtri Anno Tertio.

Prædictaq; ſe ſeruaturum iureiurando vouet, & promittit, & ſicut infraſcripti Cardinales præſentes idem iurarunt, & promiſerũt, ita ab alijs Cardinalibus pro tẽpore exiſtentibus iurari, ac promitti iubet, iuxta formam traditam in d. cõſt. 32

Cætera omnia in d. conſt. 31. cõtenta, de nouo decernit, & præcipit.

Succeſſoribusque in aliquo contrauenientibus, indicat, poſt eorũ obitum licere ſucceſſoribus, agere contra Põtificis contrauenientis poſteros & coniunctos, & Cardinales conſentientes, & eorum hæredes, qui aliqua bona a Pont. & Cardinalibus prædictis, quoquomodo obtinuerint, vt hic & in d. cõſt. 34. in fi.

Aduerte quod in hoc eſt aliquid immutatum a prima cõſtit.

✠ Ego

✠ Ego Sixtus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus

✠ Ego A. Card. Farneſius Vicecancellarius Epiſcopus Oſtien.
✠ Ego Iacobus Cardinalis Sabellus Epiſcopus Portuen.
✠ Ego Io. Antonius Epiſcopus Tuſculan. Cardinalis Sancti Georgij.
✠ Ego Alph. Card. Geſualdus Epiſcopus Albanenſis.
✠ Ego In. Aualus Card. de Arag. Epiſcopus Sabinen.
✠ Ego Marcus Antonius Cardinalis Columna, Epiſcopus Præneſtin.
✠
✠ Marcus Siticus Card. ab Altaemps tituli S. Mariæ Tranſtiberim.
✠ Ego Ptolęmeus Cardinalis Comenſis tituli Sanctæ Mariæ de Populo.
✠ Ego Proſper Cardinalis Sanctacrucius tituli Sancti Clementis.
✠ Ego Gabriel Cardinalis Paleottus tituli S. Laurentij in Lucina.
✠ Ego Frater Michael Bonellus Cardinalis Alexandrinus, tituli S. Marię ſuper Mineruam.
✠ Ego Ludouicus Cardinalis tituli Sanctæ Anaſtaſiæ Madrutius.
✠ Ego Nicolaus de Sens tituli S. Praxedis.
✠ Iul. Ant. Card S. Seuerinæ, tituli Sancti Bartholomæi in Inſula.
✠ Ego Hieronymus Card. Ruſticuccius, tituli Sanctæ Suſannæ.
✠ Ego Io. Hieronymus Card. Albanus, tt. S. Ioannis ante portam Latinam.
✠
✠
✠ Ego Petrus Cardinalis Deza, tituli Sancti Hieronymi Illyricorum.
✠
✠
✠ Ego Antonius, tituli SS. Io. & Pauli Cardinalis Caraſa.
✠ Ego Io. Ant. Card. SS. Quatuor.
✠ Ego Io. Baptiſta Cardinalis, tituli S. Marcelli.
✠
✠
✠
✠ Ego Franciſcus Cardinalis de Ioyeuſe, tituli Sancti Sylueſtri.
✠
✠

✠ Ego Antonius Maria Card. Saluiatus, tituli Sanctæ Mariæ de Pace.
✠ Ego Auguſtinus Cardinalis de Verona, tituli Sancti Marci.
✠ Ego Vincentius, tituli S. Mariæ in Via Cardinalis Montis Regalis.
✠ Ego Philippus Cardinalis Spinula tituli Sanctæ Sabinæ.
✠
✠
✠ Ego Scipio Card. Lancelottus, tituli Sancti Saluatoris in Lauro.
✠ Ego Vincentius Cardinalis Gonzaga, tituli Sancti Alexii.
✠ Ego Henricus tituli S. Pudentianæ Cardinalis Caetanus Camerarius.
✠ Ego Io. Baptiſta Card. Caſtruccius, tituli S. Mariæ in Aracæli.
✠ Ego Fed. Card. Cornelius, tituli S. Stephani in Monte Cælio.
✠
✠ Ego Dominicus tituli S. Laurentij Cardinalis Pinellus.
✠
✠ Ego Hippolytus Card. Aldobrandinus tt. Sancti Pancratij, Maior Pœnitentiarius.
✠
✠ Ego Hieronymus tituli S. Petri ad Vincula Cardinalis de Rouere.
✠
✠ Ego Frater Hieronymus Card. Aſculanus, tituli S. Thomæ in Parione.
✠
✠ Ego Frater Conſtantius Cardinalis Sarnanus tituli S. Petri in Monte Aureo.
✠ Ego Guglielmus Alanus, tituli Sãcti Martini in Montibus Cardinalis Ang.
✠
✠
✠
✠
✠
✠ Ego Alexander Cardinalis Montaltus, Diaconus Sancti Euſtachij.
✠ Ego Hieronymus Matthęius, Diaconus Card. S. Mariæ in Coſmedin.
✠ Ego Benedictus S. Agathæ, Diaconus Cardinalis Iuſtinianus.
✠ Ego Aſcanius SS. Viti, & Modeſti & Creſcentiæ, Diac. Card. Columna.

Tho. Thom. Gualterutius.

Regiſtrata apud eundem Thomam Secretarium.

A. de Alexijs.

Anno a Natiuitate Domini, Milleſimoquingenteſimo octuageſimo ſeptimo, Indictione decimaquinta, die vero Veneris, vigeſimaſeptima menſis Nouembris, Pontificatus Sanctiſſ. in Chriſto patris, & D. N. D. Sixti diuina prouidentia Papæ V. Anno eius Tertio. Retroſcriptæ litteræ Apoſtolicæ, affixæ, lectæ, & publicatæ fuerunt in valuis, ſeu portis Sancti Ioannis Lateranen. & S. Petri Principis Apoſtolorum de Vrbe, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ, & aciei Campi Floræ, & per aliquod temporis ſpatium dimiſſæ, per nos Io. Baptiſtam Bagni, & Octauium Taglicttum S. D. N. Papę Curſ. Publicatio.

Alex. Parabiachus Magiſter Curſ.

Contra

LXXIII.

Contra illegitimos etiam legitimatos, Criminoſos, vel ſuſpectos, Aut æri alieno, vel reddendis rationibus obnoxios, ad aliquam Religionem tranſire volentes; Et contra Regulares abſq; Superiorum licentia, de Prouincia in Prouinciam euntes vel tranſmigrantes.

SIxtvs Epiſcopus Seruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. CVM de omnibus Eccleſiaſticis ordinibus, in ea qua conuenit puritate, & dignitate conſeruandis, præcipuam geramus ſollicitudinem, tum verò illud præter cætera nobis cordi eſt, vt à Regularium perſonarum Congregationibus, quas tanquam Deo dicatas, maximè candor ſanctitasque decet, cuiuſcunque criminis aut turpitudinis labes, & ſcandali occaſio quàm longiſſimè arceantur. Siquidem res ipſa nos admonet, quàm indecorum ſit, & ab ea, quæ diuinæ Maieſtati, eique conſecratis perſonis debetur, reuerentia, alienum; ſi eiuſmodi homines, qui propter ſua ſcelera, pœnas graues ſibi in ſæculo propoſitas timent, quiuè propter immunditiam & peccata, ex quibus orti ſunt, notati perpetua ignominia, ab omni mundano honore, & à paterna hæreditate repelluntur, iidem omnipotenti Deo, tanquam hoſtiæ offerantur; atque ad habitandum in domo, quam decet honor & ſanctitudo, inter miniſtros Domini, cui ſeruire regnare eſt, ad ſacras functiones, quacunque profana præeminentia multò nobiliores, ſine vllo delectu admittantur. Cum etiam ſecundum legem Moyſi, immundi ab ingreſſu ſanctuarij excluderetur, ac ſacerdos habens maculam, panes Deo ſuo offerre non poſſet, nec accedere ad miniſterium eius; & quod in holocauſtum Domini aut victimam pacificorum offerebatur, id immaculatum eſſe deberet, vt acceptabile foret, nec vlla macula eſſet in eo; quòd ſi maculam habuiſſet, neque offerendum, neque acceptabile futurum eſſet.

Leuit. cap. 21. & ſeq.

Cauſæ huius conſtitutionis.

Ne igitur contingat illegitimè genitos, qui vt plurimùm parentum vitia & incontinentiam imitari ſolent, nec pietatis ſtudio, ſed temporalium commodorũ intuitu (quia hereditates maiorum, aut dignitates aliquas conſequi non poſſunt) ad Religionem confugiunt, vitam quam animo à Religione alieno ſuſceperunt, ac inſtitutis Religioſis alienam, plerumque cum dedecore, & propriæ ſalutis diſpendio ducere, ſuiſque corruptis moribus, & malis exemplis, quietem & ſtatum cæterorum Deo famulantium perturbare, aut hac quaſi fæce & colluuie, ipſarum Religionum honorem, & exiſtimationem lædi; vt denique homines, qui hac ſpe ad filios ſpurios in peccato gignendos eſſent propenſiores, eò magis abſtineant ab huiuſmodi carnis flagitijs, quò ſuæ proli hoc quoque refugium præcluſum viderint.

Illegitimi ex inceſtu, vel ſacrilegio, etiam legitimati, in religionem cuiuſcumq; ordinis, aut ad habitum, & profeſsionē regulares, recipi nō poſsint, ſed ad habitum conuerſorum, ſeu famulorũ tantummodo recipi ualeant, ea conditione, ut ad religioſorũ habitũ, profeſsionem, ordines, & Eccleſiaſtica officia, aditus ſit ſemper præcluſus.

Hac noſtra in perpetuum valitura conſtitutione diſtrictè interdicimus, & prohibemus, ne illegitimi, procreati ex inceſtu, aut ex ſacrilegio (quorum ſcilicet Parentes conſanguinitate, vel affinitate, intra tertium gradum inuicem coniuncti fuerint, vel quorum alteruter parens caſtitatem Deo vouerit) etiam Apoſtolica, Imperiali, vel Regia, aut quauis alia auctoritate legitimati, aut natalibus reſtituti, ad aliquam quorumcunq; ordinum, etiam Mendicantium & non Mendicantium, Fratrum, Monachorum, Eremitarum, vel Canonicorum, aut Clericorum regularium, Congregationum, aut Hoſpitalium Religionem, neque ad habitum, nec profeſsionem regulares recipi, vel admitti quoquomodo poſsint. Quòd ſi eorum quiſpiam habitum poſt publicationem præſentis Conſtitutionis in futurum receperit, vel profeſsionem poſthac emiſerit, decernimus habitus ſuſceptionem, & profeſsionem, ex nunc, prout ex tunc, irritam, nullam, & inualidam, nulliuſque roboris vel momenti fore, ac nullum exinde, aut ex huiuſmodi voto penitus annullato, obligationis vinculum oriri poſſe; quinimo illos habitu regulari, ad quem reaſſumendum perpetuò inhabiles ſint, quamprimùm exui, & ab ipſa Religio-

Digitized by Google

Religione eijci exterminariuę debere. Et nihilominus quicunque Superiores, tam Monaſteriorum, Prioratuum, Præpoſiturarum, Domorum, Collegiorum, & locorum regularium, quàm etiam præfatorum ordinum, Congregationum, Hoſpitalium, & quarumcunque Religionum Prouinciales, vel Generales, quouis nomine nuncupati, qui ex prædictis inceſtu, vel ſacrilegio genitos, poſt dictam publicationem ad habitum receperint, vel ad profeſsionem admiſerint, excommunicationis ſententiam eo ipſo incurrant, à qua eorum nemo, niſi in mortis articulo conſtitutus, ab alio quàm Romano Pontifice abſolutionis beneficium valeat obtinere. Sed ne ijs, qui in humilitatis Spiritu, Deo, & Religioni ſeruire, & pænitentiam agere intra Monaſteria vel domos regulares cupiunt, ad ſanctum huiuſmodi propoſitum via penitus præcludatur, permittimus, vt præfati illegitimi, ex dictis inceſtu aut ſacrilegio geniti, ad habitum Conuerſorum, ſeu famulorum, in Monaſterijs, vel domibus regularibus ſeruientium recipiantur; & in ipſis Monaſterijs, ſeu domibus regularibus, ad ſeruilia miniſteria, viliora obſequia, humiles functiones, atque abiecta ſeruitia admitti poſſint; ea tamen conditione, vt ad habitum religioſorum, vel ad profeſſionem quam Religioſi emittere ſolent, emittendam, necnon ad omnes non modo ſacros, ſed etiam minores ordines, vel ad Clericalem characterem, denique ad cuncta Eccleſiaſtica officia, & functiones, & ad aſcendendum altiores gradus, ſint eis portę perpetuò clauſę, & obſeratę.

Quo ad reliquos verò non ex inceſtu præfato, nec ſacrilegio, ſed ex quouis alio minus legitimo toro natos, ſpurios, vel naturales, etiam vt præfertur, vel aliàs legitimatos, qui ob meliorem vitæ frugem, Religionem ingredi cupiunt, ſtatuimus & ordinamus, eos ad Religionem admitti non poſſe, aut debere, niſi prius illorum vita & moribus diligenter cognitis, & circumſtantijs vniuerſis, quæ circa idoneitatem perſonæ attendendæ erunt, conſideratis, ac de Religionis zelo, pietate, integritate, & doctrina fidedignis teſtimonijs adeò commendati fuerint, adeò bonam indolem, & ſpecimen virtutis præſeferant, ac tot merita eis ſuffragentur, vt defectum natalium ſuppleant, eorumque receptio vniuerſæ Religioni commodo & vtilitati profutura videatur. Et ſuper hoc ipſo in Generali, vel Prouinciali Capitulo, matura deliberatione habita, generalis vel Prouincialis Superioris, ac Diffinitorum vnanimi conſenſu approbati, & ad habitum regularem admiſſi extiterint: & tamen hi ſic recepti ad gradus, honores, & dignitates ſui Ordinis obtineñ. perpetuò inhabiles & illorum incapaces remaneant, niſi ſuper hoc cum eis fuerit auctoritate Apoſtolica ſpecialiter diſpenſatum. Si quis autem eorum aliàs quàm vt præfertur, recipietur, profeſſio ſimiliter nulla ſit, atque ipſi habitu priuari, & à Religione eijci debeant, eorumque receptores, excommunicatione, vt ſupra, innodati ipſo facto exiſtant.

Alii autem illegitimi etiam legitimati, ſeruata forma hic tradita, recipi poſsint, & ſic recepti inhabiles ad quoſcũque gradus, & dignitates ſui Ordinis obtinendas remaneant, donec fiat auctoritate Apoſt. deſuper cum eis ſpecialiter diſpenſatum.

Cæterum quoniam ſępè ſe vitia ingerunt, & ſe eſſe virtutes mentiuntur, ac multi decoctores poſt dilapidatam rem familiarem, & contractam ingentem vim ęris alieni, aut interuerſam alienam pecuniam eorum fidei creditam, vt ratiocinia effugiant, Alij poſt furta, latrocinia, rapinas, homicidia, aliauè facinora patrata, etiam banniti aut damnati, ſeu qui meritas pro ſuis delictis pœnas metuunt, non pia intentione, ſed ad euitandam legum & iudiciorum ſeueritatem, quia tutò in ſæculo viuere non poſſunt, tunc demum quærunt à Religione auxilium, quando aliunde illud non ſperant, vnde ſub habitu & nomine Religioſorum, animum Religioni inimicum, & inueterata vitia retinent, neque alios qui ſancta vocatione vocati ſunt, patiuntur tranquillè diuinis obſequijs inſiſtere, in grauem Dei offenſam, Religionis opprobrium, & ſcandalum plurimorum, vt his quoque ſubterfugij, & impunitatis ſpes omnis tollatur, auctoritate Apoſtolica, & tenore præſentium, etiam perpetuò ſtatuimus & ordinamus, iuuenes, aut viros adultos, maiores ſexdecim annis, non aliter in aliquam Religionem recipi poſſe, nec debere, niſi prius de eorum parentibus, patria, deque anteacta vita, & moribus diligenter inquiratur, & ex accurata informatione, & fide digna relatione compertum, & exploratum ſit, eos neque aliquorum criminum, qualia ſunt homicidia, furta, latrocinia, vel alia ſimilia, aut grauiora, reos vel ſuſpectos exiſtere, vt

Kk pro-

Criminoſi, vel ſuſpecti, aut æri alieno, vel reddẽdis rationibus obnoxii ad Religionem non admittantur; & in recipiẽdis religioſis in futurum, fiat iuxta formam hic traditam diligens inquiſitio.

vt propterea damnati ſint, aut ne damnentur formident, neque ingenti ære alieno ſupra vires facultatum ſuarum grauatos, vel reddendis ratiocinijs ita obnoxios, vt ex huiuſmodi cauſa, lis, vel moleſtia eis iam illata, vel timendum ſit ne inferatur: Niſi deniq; conſtet, ipſos non humana aliqua ratione, ſed tantum deuotionis, & pietatis feruore, vitam Religioſam ſponte & ex animo elegiſſe; Deq; his omnibus in Generali, vel Prouinciali Capitulo plena & indubitata fide facta, tam Superioris generalis, ſeu Prouincialis, quàm Diffinitorum conſenſu approbati, & ad habitum regularem admiſsi fuerint. Omnes autem, & quoſcunque, vt dictum, eſt criminoſos vel ſuſpectos, aut æri alieno, vt etiam diximus, vel rationibus reddendis obligatos, ad Religionem perpetuò inhabiles declaramus. Et ſi qui eorum contra præſentem noſtram conſtitutionem temerè admittentur, tam ſuſceptionem habitus, quàm profeſsionem, & inde ſecuta, ex nunc, prout ex tunc pari modo irritamus, & annullamus, viribuſq; & effectu carere decernimus: ac iubemus eos qui ſic de facto recepti erunt, habitu ſpoliari, & à Religione expelli, & nihilominus ſi expulſi non fuerint, volumus, & pariter declaramus, habitus ſuſceptionem, & profeſſionem penitus nullam eſſe & cenſeri, ac propterea attenta nullitate habitus & profeſſionis, licere quibuſcunque Iudicibus, & Curijs etiam ſæcularibus, ad quos, ſeu quas ſpectat, contra eos, vt prius iuris & facti remedijs opportunis, ex officio, vel ad cuiuſcunque inſtantiam, vel querelam ciuiliter, criminaliter, aut mixtim procedere. Quare volumus, vt cuiuſque iuuenis, aut viri maioris xvj. annis, à ſæculo ad Religionem tranſeuntis, approbatio, admiſſio, & receptio in Generali vel prouinciali Capitulo, vt ſupra ordinatum eſt, pro tempore fiant; Necnon Religioſi ſic recepti nomen, & cognomen, quibus in ſæculo vtebatur, & patria in actis ipſius Capituli deſcribantur, & notentur. Et inſuper quoſcunq; Religioſos, eorumq; Superiores, qui aliquas perſonas, vt dictum eſt, inhabiles poſt hanc Conſtitutionẽ publicatam receperint, voce actiua & paſſiua, necnon officijs, gradibus, honoribus, & dignitatibus quibuſcunq; per eos obtentis, eo ipſo in perpetuum priuamus, & tam illis priuatos, quàm ad illa, & alia quæcunque in poſterum obtinenda, perpetuò inhabiles, eorumque incapaces decernimus, & declaramus.

ij. Corin. 11.

Sed, & quia interdum Satanas in Angelum lucis ſe callidè transfigurat, ac perditi quidam, & facinoroſi homines, quod ſæpè vidimus & experti ſumus, inſtigante antiquo Pacis & Religionis hoſte, non veriti ſunt temerario auſu habitum Religioſorum aſſumere, ea mente, vt veluti ſub ouina pelle lupi rapaces, per dolum & inſidias Chriſtifideles incautos, & nihil mali à Religioſis ſuſpicantes, opprimerent, ſiue vt poſt ſcelera perpetrata, viam faciliorem ad fugam haberent, ſiue vt banniti Curiæ ſæcularis, quæ eos propemodum interceptos perſequebatur, manus effugerent; & contigit aliquando ipſos Sicarios, Religioſis veſtibus indutos, à veris Religioſis hac fraude deceptis, intra domos Regulares hoſpitio receptos fuiſſe. Prohibemus eodem modo atq; interdicimus, ne quis regularis ex vna Prouincia ad aliam Prouinciam ſui ordinis tranſeundo, etiam in itinere, intra aliquod Monaſterium, domum, vel locum alterius Prouinciæ ad habitandum, vel tanquam hoſpes recipi, vt ad modicum tempus diuertere poſsit, niſi à Superiore eius loci vbi reſidet, expreſſam licentiam diſcedendi in ſcriptis obtentam, ſeu litteras obedientiæ vel commendatitias ſecum deferet, atque exhibeat, vel niſi ita cognitus ſit ijs, ad quos diuerterit, vt de eius perſona, nullus omnino dubitationi, aut ſuſpicioni locus relinquatur. Ideoque præcipimus vniuerſis, & ſingulis locorum Ordinarijs, eorumque Vicarijs in ſpiritualibus generalibus, vt per ſuos Officiales, Miniſtros, vel executores curent, ab omnibus perſonis regulari habitu indutis, quas per ſuas Ciuitates vel diœceſes iter facere, vel tranſire, & ad quæcunque Hoſpitia, vel diuerſoria ſe recipere contigerit, diligenter perquiri, num huiuſmodi litteras obedientiæ, ſeu commendatitias ſecum deferant. Quòd ſi eos dictas litteras non habere, vel ignotos eſſe deprehenderint, poſſint contra ipſos, etiam tanquam dictorum criminum ſuſpectos procedere; & tamdiu illos ſub cuſtodia detinere, donec certa de eiſdem notitia habeatur. Et tamen volumus, vt ij qui etiam pietatis vel hoſpitalitatis prætextu, regulares alterius Prouinciæ ignotos, aut ſine licẽtia, vel litteris vt ſupra receperint, dictas pœnas priuationis vocis actiuæ & paſsiuæ, necnon officiorum, graduum,

Regulares de vna Prouincia ad aliã ſui Ordinis tranſeuntes ſuperiorũ licentiam ſecũ deferre debeãt alioquin hoſpitio recipi nequeant, & a locorum ordinariis carcerẽtur.

duum, honorum & dignitatum obtentorum, atque inhabilitatis perpetuæ pariter incurrant. Decernentes ſic in præmiſſis omnibus per quoſcu nq; iudicari debere. Necnon irritum & inane, ſi ſecus à quoquam, quauis auctoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Decretum irritans.

Quocirca Venerabilibus fratribus noſtri S. R. E. Cardinalibus dictorum ordinum, Congregationum, Hoſpitalium, & locorum Regularium, apud nos, & Sedem Apoſtolicam protectoribus, nunc & pro tempore exiſtentibus, ac locorum ordinarijs prefatis, per Apoſtolica ſcripta mandamus, vt eorum vnuſquiſq;, per ſe, vel alium, ſeu alios, Cardinales quidem in ſuæ protectionis, ordinarij verò in ſuarum Ciuitatum, diœceſum, & diſtrictuum regularibus locis, curent præſentes litteras publicari, eaſq; perpetuò firmiter, & inuiolatè obſeruari; Inobedientes, cenſuras & pœnas prædictas incurriſſe declarando, illaſq; etiam iteratis vicibus aggrauando; Inuocato etiam ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis.

Executorum deputatio facultates.

Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon quorumcunq; ordinum, Congregationum, Hoſpitalium & religionum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoq; indultis, & litteris Apoſtolicis quorumcunq; tenorum exiſtant, per quę præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus pręſentis Conſtitutionis impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumq; totis tenoribus habenda ſit in his litteris mentio ſpecialis. Quæ omnia, quatenus eidem conſtitutioni in aliquo aduerſentur, illorum tenores pro expreſſis habentes, perpetuò tollimus, annullamus & abrogamus, ac nolumus cuiquam ſuffragari, aut ſi Superioribus, & perſonis dictorum Ordinum, Congregationum, Hoſpitalium, communiter, vel diuiſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem.

Clauſulæ derogatoriæ.

Mandamus verò eaſdem præſentes ad valuas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, ac Cancellariæ Apoſtolicæ, de more publicari, & affigi, illarumq; exemplis etiam impreſſis, Prælati Eccleſiaſtici ſigillo, & Notarij publici ſubſcriptione munitis, eandem fidem in iudicio, & extra illud haberi, quæ eiſdem originalibus haberetur, ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum interdictorum, prohibitionum, ſtatutorum, ordinationum, declarationum, decretorum, voluntatum, permiſſionis, irritationis, annullationis, iuſſionis, priuationis, præcepti, ſublationis, abrogationis, & mandatorum infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Forma publicationis.

Datum Romæ Apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſeptimo, vj. Kal. Decemb. Pontif. Noſtri Anno Tertio.

Hypp. Card. Aldobr. pro Dat.

Tho. Thom. Gualterutius.

A. de Alexijs.

Anno à Natiuitate Domini, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſeptimo, Indictione decima quinta, die vero Veneris vigeſima ſeptima Menſis Nouembris, Pontif. Sãctiſſ. in Chriſto Patris, & D. N. D. Sixti diuina prouidentia Papæ Quinti Anno eius tertio: Retroſcriptæ litteræ Apoſtolicæ affixæ, lectæ, & publicatæ fuerunt in valuis ſeu portis S. Ioannis Lateraneñ. & S. Petri Principis Apoſtolorum de Vrbe, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ, & acie Campi Floræ, & per aliquod temporis ſpatium dimiſſæ, per Nos Io. Baptiſtam Bagni, & Octauium Taglietum S. D. N. PP. Curſ.

Publicatio.

Alex. Parabiachus Mag. Curſorum.

LXXIV.

Elargitio Indulgentiarum,& applicatio, ijs, qui Chriſtianorum, qui inſeruntur, Imperatorum numiſmata deuoto animi affectu penes ſe tenuerint, aut alijs fidelibus accommodauerint, vel tandem Eccleſias in quibus ea fuerint aſſeruata, viſitauerint.

Eccleſ. 44. SIXTVS Epiſcopus Seruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.
LAVDEMVS viros glorioſos, Chriſtianos præſertim Imperatores,
in ijs, quæ pro Chriſtiana religione tuenda & propaganda, piè ac præclarè
geſſerunt, dum pietatis zelo, virtutis magnitudine, & Imperij maieſtate ve-
rè Auguſti, eiuſdem religionis, quam omnibus gentibus, omnibuſque nationibus
Deus voluit Apoſtolicis vocibus prædicari, cultum totis in Chriſto viſceribus am-
plexi, vſqueadeò ſuis quiſque temporibus de hac Sacroſancta Sede, cui, auctore Do-
mino, licèt immeriti præſidemus, egregiè promereri ſtuduerunt, vt vera & orthodoxa
fides, ex Apoſtolico hoc fonte dimanans, tunc eorum ope & patrocinio munita, pro-
pulſatis hoſtium oppugnationibus, toto terrarum orbe diffuſa floreret, omniſq; lingua
Phil. cap. 2. confiteretur, quoniam Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris; eorum ſanè
ipſorum, quos conſtituit Dominus propugnatores & defenſores Eccleſiæ ſuæ, Illuſtria
piè rectèq; factorum exempla, ad omnem gloriam inſignia, imitationiſq; ſtudio digniſ-
ſima, ac merita præclara, cùm ſemper pro grati in eos animi teſtatione & officio cōme-
morare debemus; tum hoc potiſſimùm tempore, quo nobis eorum memoriam reno-
uandi mirifica diuinitus oblata eſt occaſio, id impenſiùs faciendum arbitramur. Nam
cùm ab ipſo noſtri Pontificatus initio, ad exornandam nouis ædificijs Lateranenſem
præcipuè Baſilicam, nullis parcentes impenſis, animum adieciſſemus, effectum eſt,
non obſcura diuinæ voluntatis ſignificatione, vt demoliendis quibuſdam Aulæ Late-
ranenſis peruetuſtis, ac penè collabentibus parietibus, complura antiqua diuerſis in
locis recondita numiſmata, ex auro puriſſimo obryzo confecta inuenirentur, in qui-
bus ex vna parte ſalutiferæ Crucis ſignum, aut imago aliqua eadem Cruce inſignita
cernitur; ex altera verò vultus effigieſq; expreſſæ ſunt diuerſorum veterum, qui ante
annos circiter mille floruerunt, Auguſtorum Imperatorum, nimirum Theodoſij Se-
noris, duorum filiorum eius Arcadij, & Honorij, necnon Theodoſij Iunioris, Valen-
tiniani Tertij, Marciani, Leonis, Iuſtini, Iuſtiniani, Tyberij, Mauritij, Phocæ,& Hera-
clij: qui etſi longo locorum interuallo diſiuncti, Vrbem Romam, ne fortaſſe quidem
omnes vnquam viderint, Magni tamen Conſtantini pijſſimi Imperatoris exemplo, &
munificentia excitati, ad declarandum pietatis ſuæ ſtudium erga glorioſos Apoſtolorū
Principes, & fortiſſimos Chriſti Martyres, quorum innumerabilis multitudo in hac
Sancta Ciuitate requieſcit,& quorum præſenti ope & auxilio, domi foriſq; votis ſuſce-
ptis, ſæpenumerò Rempublicam fortiter,& feliciter adminiſtrauerant, & clariſſimas de
hoſtibus victorias reportauerant, huius Almæ Vrbis ſacras Baſilicas, atque hanc in pri-
mis Sacroſanctam Lateranenſem donarijs & oblationibus quamplurimis, Auguſtali
pietate & magnificentia dignis, cumularunt, diuerſiſq; aut nouorum ædificiorum ex-
tructionibus, aut veterum inſtaurationibus, pro temporum varietate, ornarunt. Quod
cùm alia multa antiquitatis monumenta, tum vel hæc ipſa nuper reperta aurea tot in-
clytorum Imperatorum numiſmata teſtantur; religioſo planè conſilio & occulto quo-
dam Dei inſtinctu in his ædificijs repoſita, vt poſt multa ſæcula, aliquando tandem pa-
tefacta, in lucemq; prolata, eorundem Imperatorum ſingularem religionem, & perpe-
tuam erga Sanctam Romanam Eccleſiam deuotionem, inſigni apud poſteros teſtimo-
nio comprobarent. Qua in re diuinam prouidentiam agnoſcimus, ſuſpicimus, atque
admiramur; quòd calamitoſo hoc tempore, cùm tam multi Crucis Chriſti Domini ho-
In Dedica. Eccleſiæ in breuiario. ſtes Catholicę fidei veritatem impiiſſimè oppugnant, prædictorum Imperatorum effi-
gies in ipſa Lateranenſi Baſilica, vbi primus idem Magnus Conſtantinus Auguſtus ſa-
cri Baptiſmi lauacro emundatus eſt, ſimul reperiri voluerit, quæ ſummam eorum erga
inuictiſſimam Crucem, pietatem, & eximiam religionem apertè palāq; profiterentur.

Theo-

Theodoſij igitur Senioris Imperatoris religioſiſsimi memoria in benedictione ſit, qui ſe Nicęnę fidei defenſorem acerrimum pręſtitit, qui lege edita, eam ſe tãtùm fidem ſequi, quam à beatiſsimo Apoſtolo Petro Romanis traditam Damaſus Pontifex docebat, apud cunctos populos publicè teſtificatus eſt; qui in Eccleſiæ cultu ac veneratione, diſciplinam imitatione dignam, non ſolùm legibus edictiſque profeſſus eſt, ſed etiam mirificè coluit: qui deniq; ob grauem Theſſalonicenſium cædem, à Sancto Ambroſio Epiſcopo publicè correptus, & ab ingreſſu Eccleſię repulſus, inſigni Chriſtianę humilitatis exemplo, reuerenter abſtinuit, & impoſitam ab eodem Ambroſio pænitentiam humiliter ſuſcepit, libentiq; animo adimpleuit: quo obedientiæ & pænitentię exẽplo, is qui clauſtra Imperij Chriſti Domini ſic validis pręſidijs ante munierat, non ſolùm Reipublicę hoſtes ſummouit, verum etiã Chriſtiani nominis gloriam feliciter adauxit.

In geſtis S. Ambroſii à Breuiario Romano die 7. Decẽbris

Sed & duorum filiorum eius Arcadij & Honorij nomen cum benedictione meminiſſe libet, qui pietatis ac diſciplinæ pręceptis, inſtitutiſq; à Sancto Arſenio Romanæ Eccleſiæ Diacono inſtructi, vt Chriſtianam religionem propagarent, vbique terrarum ſimulacra idolorum confringi, ęorumque templa dirui, legibus ſanxerunt. Catholicæ porrò fidei integritatem conſtantiſsimè retinentes, hęreticos omnes Imperij viribus coercuerunt: quod communes ab eis promulgatæ leges adhuc oſtendunt.

Illud autẽ proprium Honorij Occidentale Imperium regentis, quòd Baſilicam Sancti Pauli à Valentiniano Iuniore amplificari cœptam, omnibus partibus abſolui, atq; exornari curauit, quòdq; Beato Auguſtino firmiſsimæ Eccleſiæ columnæ, in comprimendis & propulſandis Africanis hęreticis, magno adiumento fuit.

Id quoq; laudi potiſsimum Arcadio tribuitur, quòd cùm eius militibus contra Perſas benè pugnãtibus, Cruces aereæ in veſtibus apparuiſſent, vt victoriæ diuinitus partę monumentum vbiq; extaret, is auream monetam cum eodem Crucis ſigno fieri voluit.

Atque Theodoſio quidem Iuniore Arcadij filio, in Oriente, & Valentiniano Tertio, eorundem Arcadij & Honorij ſororis filio, in Occidente imperij gubernacula tenentibus, ſancta tertia vniuerſalis Epheſina Synodus contra impium Neſtorium, ex beatiſsimi Cęleſtini Romani Pontificis auctoritate indicta, & celebrata eſt: quo tempore amborum Imperatorum pietas, in fouenda, tuendaq; eadem Synodo, & Eccleſię pace, per ſanctorum Patrum definitionem procuranda, magnoperè eluxit.

Valentinianus autem beatæ memoriæ Sixti Tertij Pontificis hortatu, ipſius Baſilicę Lateranenſis faſtigium argẽteum à barbaris ereptum, magna in id opus erogata pecunia, refecit, ac Sancti Leonis Pontificis cultor eximius, vberrimum ſuæ pietatis fructum tulit; cùm eius etiam precibus idem beatiſsimus Pontifex, immaniſsimum Attilam, flagellum Dei vocatum, diuina ſua eloquentia atque auctoritate placauit ac deterruit, horribilemq; tempeſtatem iam imminentem, ab ipſa Roma, atq; à tota Italia auertit.

In vita S. Leonis i Breuiario Romano die 11. Aprilis.

Marcianus verò ſimulatq; ad Imperium euectus eſt, ad eundem Sanctiſsimum Pontificem Leonem litteras dedit, pietatis, & erga Apoſtolicam Sedem obſeruãtię plenas. Quare Apoſtolica auctoritate, & Catholici Imperatoris adiumẽto, magnum illud ſexcentorũ triginta Epiſcoporum Calcedonenſe Conciliũ, aduerſus Eutychem & Dioſcorum coactũ eſt, in quo Marcianus ipſe inſigni elogio nouus Cõſtantinus eſt appellatus.

At Leo Cęſar, Dei ſpiritu, & crebris Sancti Leonis Papę epiſtolis roboratus, nullis ſe hæreticorum machinis paſſus eſt à Catholicæ fidei conſtantia, & Chalcedonenſis Synodi propugnatione dimoueri.

Nec verò prętereũdus nobis eſt verè pius & Catholicus Imperator Senior Iuſtinus, qui Sanctum Germanum Capuanum Epiſcopum, Sanctiſſimi Hormiſdæ Papæ Legatum, tanquam Angelum Domini, ſummo cum honore excepit; cuius Imperatoris pietas hoc quoque promeruit, vt beatum Ioannem ſummum Pontificem, Conſtantinopolim ad ſe venientem videret, admirabili ſanctitate virum, & poſtea martyrij gloria illuſtrem, ad cuius ille pedes, Chriſtum in eo agnoſcens, procubuit, Deo clariſſimum illum congreſſum inſigni miraculo comprobante, cùm in ipſo aditu portæ aureæ, cæco ſupplicanti ab eodem Summo Pontifice lumen eſt reſtitutum.

Magnis etiam laudibus efferendus eſt Iuſtinianus ille, qui tot rebus fortiter, ſapienterq; geſtis, Magnus meritò eſt appellatus; ſed profecto ſuis ipſius victoria, & erga Apo

ſtolicam

ſtolicam Sedem obedientia multò maior: nam eum zelo Catholicæ Religionis, confeſſionē veræ ac orthodoxæ fidei, quę in Sancta Dei Eccleſia prędicatur, & ſimul hæreſū damnationē, de Catholicorum Epiſcoporum conſenſu, propoſito edicto, feciſſet omnibus manifeſtā; ac deinde per ſuas litteras & Legatos, reddens Apoſtolicę Sedi, & S. Ioanni Papæ ij. debitum honorē & reuerentiam, pro ſingulari ſtudio quod gerebat de vnitate omnium, præſertim Orientalis tractus Eccleſiarū, illarumq; Sacerdotum, cum ipſo ac eius Sede, tanquam earum capite, ſeruanda atq; cuſtodienda, etiā ſuæ fidei confeſſionem, ac illud ipſum edictum tranſmiſiſſet, humiliterq; poſtulaſſet, ſuis illa litteris, & Apoſtolicę Sedis iudicio comprobari; atq; ipſis quoq; diebus B. Petro Principi Apoſtolorū pretioſa munera obtuliſſet: idē Sāctus Pontifex & dignis eū laudum præconijs extulit, & quę in ipſo edicto continebantur, veluti Apoſtolicæ doctrinæ conſentanea, ſuo iudicio atq; auctoritate confirmauit. Cumq; poſtmodum ipſe Iuſtinianus Imperator à Theodora coniuge deprauatus, à B. Agapito Pontifice vehementiùs contenderet, vt Anthymum hæreticū Patriarcham ad communionē admitteret, eiuſq; electionem confirmaret, eoq; conſtantiſſimè recuſante, minas precibus admiſceret; S. Pontifex zelo fidei incenſus, exclamauit: Ego ad Iuſtinianum Imperatorē Chriſtianiſſimum venire deſideraui, ſed Diocletianum inueni. Qua inuicti animi conſtantia permotus Imperator, ac tandē erroris caligine deterſa, ad veritatis lucem emergens, ſeipſum totum ad parentis in Chriſto optimi voluntatē conformauit, hominemq; hęreticum loco deijci, & Catholicum Epiſcopum Mennam ab eodē Sancto Pontifice conſecrari, non ſolùm patienter, ſed etiam libenter tulit; præclaro Chriſtianis Principibus exemplo relicto, vt paternas Chriſti Vicarij admonitiones, & obiurgationes æquiſſimo animo ferrent, memores verbi Domini: Qui vos audit, me audit; qui vos ſpernit, me ſpernit.

Lucæ cap. 10.

Iam verò Tyberij Conſtantini nomen cum laude commemorandum eſt, quem Vrbis Romæ Conſeruatorē appellare licet, quòd eam à Longobardis grauiſſima obſidione oppreſſam, magnaq; rei frumentariæ anguſtia laborantem, larga frumenti copia ex Aegypto tranſmiſſa, à famis ſimul & obſidionis calamitate, paternis ſanctæ memoriæ Benedicti Primi Summi Pontificis cohortationibus liberauerit. Hic cùm Sanctū Gregorium Magnum adhuc Diaconum diſputātem audiſſet, Eutychij Patriarchæ, veram tractabilemq; corporum reſurrectionem negantis, librum ſtatim comburendum in ignem iniecit. Idem ſanctæ Crucis ſignum ita coluit, vt aliquando, cùm humi eam in lapide ſculptam vidiſſet, ſtatim tolli, & decenti loco collocari iuſſerit; vt iam minùs mirandum ſit, quòd magnus Crucis cultor, Crucis imaginem in aureis nummis, eleganter, vt videmus, curauerit exprimendam.

In vita S. Greg. in Breu. Rom. die 12. Martii num. 28. lib. 1.

Commemorandus eſt etiam iure optimo Mauritius vir fortiſsimus, cuius filium idē Gregorius, cùm adhuc Diaconus Conſtantinopoli Apoſtolicum Legatum ageret, ex ſacro Baptiſmi fonte leuauit, poſtea verò Pontifex factus, eidem Mauritio locupletiſſimum pietatis teſtimonium præbet, dum illum in ſuis epiſtolis, hominem multarum lacrymarum, orationum, ieiuniorum, & eleemoſynarum fuiſſe commemorat: certè de Apoſtolica Sede, & vniuerſa Italia egregiè eſt meritus, quòd exercitu comparato, Ducibus in Italiam miſſis, Francorum auxilijs aduocatis, omni deniq; diligentia adhibita, Longobardorum furorem non mediocriter repreſſerit.

Lib. 9. & 10. epiſtolarū. To. 2.

Nec minori dignus eſt præconio Phocas Imperator, qui cùm de more conaretur ſe Catholicæ religionis defenſorem perpetuum futurum, ſanctiſſimo iureiurando obſtrinxit, & ſummam ab ipſo Chriſto Domino Romanæ Eccleſiæ traditam auctoritatem, & poteſtatem præclarè intelligens, publicè edixit, vt eandem S. R. E. tanquam omnium Eccleſiarum primam, atque caput omnes & agnoſcerent, & profiterentur.

S. Greg. lib. 10. Tom. ij.

Hunc autem clariſsimum cœtum meritò claudit Heraclius Auguſtus, nouiſsimus eorum, quos ſupra enumerauimus, qui ſacroſanctam Crucem illam ipſam, in qua vitæ auctor pependerat, & mortem moriendo ſuperauerat, decimoquarto anno poſtquam venerat in poteſtatem Perſarum, feliciſsimè recipit; eamq; ſuis humeris, abiecto Imperatorio amictu, calceiſq; detractis, in ipſum Caluariæ Montem, in Paſsionis Chriſti memoriam, magna cum humilitate reportauit.

In feſto exaltationis S. Crucis die 14. Sept.

Nos igitur aliquam auguſtiſsimæ eorundem Imperatorum memoriæ gratiam, non immeritò

immeritò referre cupientes, Chariſsimis in Chriſto filijs noſtris Romanorum Imperatori electo, ac Regibus, & dilectis filijs nobilibus viris Principibus, quos in viſceribus Chriſti gerimus, quædam ex ſupradictis aureis numiſmatibus, ſingulare paterni noſtri amoris erga ipſos pignus miſimus, vt ad ſimilem virtutis, & Religionis laudem excitentur, & ſe Eccleſiæ Romanæ filios, Catholicorum Principum ſucceſſores, & Crucis Chriſti defenſores eſſe crebrius reminiſcantur; veteres in hoc quidem Sanctos Pontifices prædeceſſores noſtros, præſertim eundem Beatum Gregorium Papam imitati, qui Regibus, & principibus, ac primarijs viris, aureas Cruces, & claues paruulas, quæ claues Beati Petri dicebantur, mittere conſueuerant; quæq; collo appenſæ, & religioſè geſtatæ miraculis coruſcabant; quædam verò alia ex eiſdem numiſmatibus dedimus Venerabilibus Fratribus noſtris Sanctæ Romanę Eccleſię Cardinalibus, reliqua verò eodem modo pijs & præſtantibus viris iam diſtribuimus.

Vt autem ab omnibus & ſingulis Chriſtifidelibus, quibus à nobis tradita iam ſunt, deuotius, ac Religioſius, & cum ſpirituali animarũ fructu geſtentur, decreuimus, ad Sanctiſſ. Crucis honorem, & glorioſam memoriã Imperatorum, eadem numiſmata, præcipuis gratijs & indulgentijs ampliſsimis, ex noſtra Apoſtolica benignitate inſignire.

Indulgentiæ cõceſſæ numiſmata geſtantibus, & orationes hic contẽtas facientibus

Quamobrem de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Apoſtolorum eius Petri & Pauli auctoritate confiſi; vniuerſis & ſingulis Chriſtifidelibus vtriuſque ſexus, quodcunq; ex his numiſmatibus penes ſe geſtantibus, quoties eorum aliquis ante ſaluiferæ Crucis ſignum, aut ſacram aliquam imaginem pertranſiens, aperto capite venerationem tribuerit, aut genuflexerit, orationem Dominicam vel Salutationem Angelicam pronuntiando, toties ei centum annos & totidem quadragenas.

Orationes hic expreſſas recitantibus.

Singulis autem diebus, ſi ter orationem Dominicam, Salutationemq; Angelicam, aut ſemel pſamum, Miſerere mei Deus, ſeu, De profundis clamaui, deuotè recitauerit, annos ducentos, ac etiam totidem quadragenas.

Diuinumque auxilium eleuata mente implorantibus.

Item quoties ad Deum mentem eleuauerit, illiuſq; diuinam opem implorauerit, etiam ducentos annos & quadragenas.

Feſtis diebus Coronam Beatæ Mariæ recitantibus.

Si verò quocũq; Dominico, aut feſto die, coronã beatiſſimę ſemper Virginis Dei genitricis Marię, etiã pia deuotione recitauerit, annos trecentos & totidem quadragenas.

Examen ſuę cõſcientiæ mane uel ueſperi facientibus.

Ac ſi conſcientiam ſuam mane aut Veſperi, cum emendationis propoſito examinauerit, ac de malè anteacta vita veniam ſupplex à Deo miſericordiarum patre poſtulauerit, ſimiliter trecentos annos, & totidem quadragenas de ſibi iniunctis, vel aliàs quomodolibet per eum debitis pænitentijs, miſericorditer in Domino relaxamus.

Pro hæreticorum reductione, infidelium cõuerſiõe &c. orantibus.

Atque, vt eoſdem fideles ad pietatis opera exercenda, eò etiam magis inuitemus, eorum cuilibet, quoties pro hæreticorum reductione, infidelium conuerſione, Chriſtianæ atque Orthodoxæ fidei propagatione, & ſanctæ matris Eccleſiæ tranquillitate, & exaltatione; ac inter Principes Chriſtianos pace & concordia, Deum precando, orationem Dominicam, Salutationemq; Angelicam quinquies deuotè dixerint, eaſdem illas indulgentias ac peccatorum remiſsiones, quæ vnam è ſeptem præcipuis Vrbis Baſilicis viſitantibus conceſſæ ſunt, concedimus & impartimur.

Opera hic expreſſa facientibus.

Quòd ſi quis peccatorem à via perditionis, veluti ab hæreſi, blaſphemia, alijſuè eiuſmodi ſceleribus & peccatis, ad viam ſalutis conuerterit, aut ſi certè in eo laborauerit, aut ſi inter diſcordantes pacem conciliauerit, aut quantum in ſe eſt, procurauerit; concedimus, vt Sanctorum ſacrificiorum, ieiuniorum, orationum, ac quorumuis aliorum piorum operum, quæ in omnibus ordinibus & Congregationibus regularibus Sanctæ Catholicæ Eccleſiæ fiunt, non ſecus ac ſi vniuſcuiuſque earum proprium membrum foret, eo ipſo particeps afficiatur.

Peccata confitentibus & eucharistiam ſumentibus, aut Miſsã celebrãtibus.

Præterea vnicuiq; verè pænitenti, qui peccata ſua alicui ex Sacerdotibus idoneis, & ad id approbatis confeſſus fuerit, & ſacram ſumpſerit Euchariſtiam, aut Miſſam, ſi Sacerdos fuerit, celebrauerit, quoties id ſecerit, toties ei plenariam.

In mortis articulo numiſma ſecũ habẽtibus & nomen Ieſu inuocantibus.

Aut ſi in mortis articulo conſtitutus, numiſma collo appẽſum, aut quouis modo ſecum habuerit, pronuntiato nomine Ieſu, corde ſaltem ſi ore nequiuerit, etiã plenariam.

Numiſma geſtantibus, & cõtra S.R.E. hoſtes pugnãtib[us].

Atque itidem militibus, aut alijs, qui aliquod huiuſmodi numiſma ſecum habentes contra infideles vel hæreticos, aut alios S. R. E. hoſtes pugnauerint, præſertimq; ſi ibi eos

eos mori contigerit, Ieſu nomine vt ſupra inuocato, pariter plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam & remiſsionem, auctoritate prædicta, tenore præſentium, etiam miſericorditer in Domino concedimus & elargimur.

Geſtātibus numiſma, & dicētibus orationes hic narratas, remittuntur defectus remiſsi in recitandis officij, vel miſsis celebrādis vel audien.

Vtq; defectus, & negligentiæ, animiq; diſtractiones, quæ ex humana fragilitate in diuini Officij recitatione, Miſſarumq; celebratione, vel auditione Sacerdotibus, aut Clericis, vel laicis contingere ſolent, aut horum etiam ob iuſtum impedimentum prætermiſsio, ex deuota huius numiſmatis geſtatione, Corona tamen Beatę Marię Virginis piè recitata, aut ſaltem pronunciato Pſalmo, Miſerere mei Deus, ſuppleri, & compenſari poſſint, eadem auctoritate concedimus & indulgemus.

Numiſma relinqui poſſunt, in vltima volūtate eccleſijs & non alijs abſq; Pontificis licētia.

Quicunque autem aliquod huiuſmodi numiſma habuerit, ipſum pro ſuo arbitrio in teſtamento, aut alia vltima volūtate, cui voluerit Eccleſiæ, nec verò cuiquam alij, abſq; ſpeciali noſtra, aut noſtrorum ſucceſſorum conceſſione, relinquere, aut donare poſſit.

Quis eccleſias qui pœnitētes & confeſsi in feſtiuitatibus S. Crucis viſitauerint, Plen. Indulg. conſequētur.

Quam quidem Eccleſiam, in qua fuerit dictum nimiſma repoſitum, feſtis diebus Inuentionis & Exaltationis ſanctæ Crucis, vniuerſis & ſingulis Chriſtifidelibus vtriuſq; ſexus, verè pœnitētibus, & peccata ſua confeſſis, deuotè viſitantibus, ſimiliter plenariam omnium peccatorū ſuorum indulgētiam, & remiſſionē damus, cōcedimus, & elargimur.

Numiſma ab inteſtato decedentiū, ad propinquiorē eorum eccleſiam cum eiſd. Indulg. pertineat.

Quòd ſi quis numiſma habens ab inteſtato deceſſerit, volumus, vt illud ad propinquiorē eius domicilio Eccleſiam, cū iiſdē gratijs, facultatibus, & indulgētijs pertineat.

Comodariq; poſſunt numiſma in articulo mortis conſtitutis, cum eiſdem Indulg.

Cuicunque nihilominus in articulo mortis conſtituto, de conſilio eius Confeſſarij, ipſum numiſma liceat commodare, qui itidem omnes ſupradictas indulgentias, & peccatorum remiſſiones valeat obtinere.

Fideliū animæ à Purgatorio liberātur, à numiſma geſtantibus, aut eccleſias ubi ea repoſita ſunt, ut ſupra viſitantibus & hic expreſſa adimplētibus.

Poſtremò, vt animabus quoque Chriſtifidelium in Purgatorio exiſtentibus, quæ per charitatem Domino Noſtro Ieſu Chriſto vnitæ, ex hac vita migrauerint, quęq; anteaquàm decederent aliorum Chriſtifidelium ſuffragijs iuuari meruerunt, de cæleſtibus Eccleſię theſauris, quorum diſpenſatores à Domino ad animarum ſalutem conſtituti ſumus, paternè ſubueniamus; diuina miſericordia confiſi, concedimus, vt quoties quilibet aliquod ex huiuſmodi numiſmatibus ſecum habens, pro dictarum animarum ſalute, præmiſſa, eorumuè aliqua adimpleuerit, vel quicunque alius Eccleſias, in quibus eadem numiſmata reponi contigerit, dictis feſtis diebus Inuentionis & Exaltationis Sanctæ Crucis viſitauerit, ipſæ animæ pro quibus id fecerit, efficaciſſimis Ieſu Chriſti Domini Noſtri meritis, ac eiuſdem beatæ Mariæ ſemper Virginis, Sanctorum Angelorum, Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, Virginum, omniumque Sanctorum & Sanctarum precibus, & interceſſionibus ſuffragantibus, eaſdem indulgentias & peccatorum remiſſiones conſequantur.

Clauſulæ derogatoriæ.

Præſentes verò litteras, ſub quibuſuis ſimilium vel diſſimilium Indulgentiarū, & gratiarum reuocationibus, ſuſpenſionibus, abrogationibus, aut alijs cōtrarijs diſpoſitionibus, per nos vel ſucceſſores noſtros Romanos Pontifices, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac in fauorem Cruciatæ Sanctæ, vel alias quomodolibet faciendis, minimè cōprehendi, ſed quoties illæ emanabunt, toties eaſdem præſentes ab illis exceptas, & niſi de eis expreſſa & indiuidua mentio fiat, aduerſus illas in priſtinū & validiſſimū ſtatum reſtitutas, ac de nouo conceſſas eſſe, & cenſeri, & perpetuò validas & efficaces fore, ac ſupradictis perſonis & Eccleſijs, perpetuis futuris tēporibus ſuffragari debere, decernimus & declaramus. Non obſtantibus noſtra de nō concedendis indulgētijs ad inſtar, ac alijs cōſtitutionib' & ordinationibus Apoſtolicis, cęteriſq; cōtrarijs quibuſcūq;.

Fides præſentium exemplis adhibenda.

Volumus autem, vt præſentium litterarum exemplis etiam impreſsis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & perſonę in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ ſigillo obſignatis, eadem prorſus fides vbiq; gentium, & locorum adhibeatur, quæ ipſis originalibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſæ.

Datum Romæ Apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſeptimo Cal. Decemb. Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Tho. Thom. Gualterutius.

Regiſtrata apud eundem Thomam Secretarium. A. de Alexijs.

Reforma-

LXXV.

Reformatio Curię Almę Vrbis Gubernatoris & Vicecamerarij, quo ad cauſas ciuiles.

Gubernatoris facultates, & iuriſdictiones, vide ſup. in Leon. Decimi, conſt. 7. fol. 185. Paul. 4. conſt. 51. fol. 639. & Pij 4. conſt. 73. fol. 754. in fine.

SIXTVS Papa Quintus Motuproprio &c.

IN ſublimi beati Petri ſede, meritis licet imparibus, ſuperna diſpoſitione conſtituti, agriq́ue Dominici curæ præpoſiti, id inter alia noſtri muneris eſſe cognoſcimus, vt ſingula circa omnes gradus & hominum conditiones, deformata ac deprauata, prouidentiæ noſtræ miniſterio corrigamus & reformemus, præſertim Tribunalibus Almæ Vrbis noſtræ, in quibus omnis iuris ratio exigit, vt Iudices primùm, ſtudioſa vigilantia, manuum munditia, & ordinata iuris ſcientia, ſint alijs præſtantiores; Notarij quoque ad conſcriben. acta deputati, Mandatarijq; & alij Miniſtri, vitæ honeſtate, operoſa ſufficientia, moderata mercedis exactione, compaſſiuaq; erga pauperes benignitate, ſint admodum ornati; Litigantesq; demum, & eorum Procuratores, vltimum omnipotentis Dei iudicium præcogitantes, à perniciosis ſubtilitatibus, ſubterfugijs, intricationibus, & extorſionibus ſe abſtineāt, vt deformibus omnibus ſublatis, honeſta ſint omnia, & praua tranſeant in directa; ac ius & iuſtitia ſalubriter, & æqua lance, ac minoribus quàm fieri poteſt diſpendijs, vnicuique miniſtretur. Nos tamen quia humanarum virium fines excedere non valemus, tantaque eſt Apoſtolici officij negociorum moles, vt circa ſingula, per nos ipſos, eiuſdem officii debitum exoluere non poſſimus, plurimùm in Domino lætati ſumus, quòd Venerabilis frater noſter: *Marianus P. Benedictus Epiſcopus Marturanen. & dictæ Vrbis noſtrę eiuſque Diſtrictus Generalis Gubernator, & Vicecamerarius* à nobis deputatus, huic noſtræ ſolicitudini reſpondens, Deiq́ue timore, & virtutis ac iuſtitiæ zelo ductus, diuerſos abuſus, quos in ſuo Tribunali irrepſiſſe cognouit, tollere, & aliis quæ inde irrepere potuiſſent, occurrere cupiens, ſequentem ſuæ Curiæ Reformationem, circa cauſas ciuiles edidit, nobiſque porrexit. Et ideo cupientes Reformationem huiuſmodi accuratè, & debita circumſpectione abſolui, dilecto filio noſtro *Hieronymo S. Mariæ in Coſmedin Diacono Cardinali Matthaio nuncupato*, viro, vitæ integritate, litterarum ſcientia, longaq; rerum, & Romanæ Curiæ experientia inſigni, dedimus in mandatis, vt eandem Reformationem diligenter examinaret, ſuppleret, & corrigeret, & ille maturè omnibus viſis ſigillatimq́; examinatis, nonnulla explanauit, nō nullaq; etiam emendauit & addidit, extremāque dictę Reformationi manum adhibuit, nobiſque exhibuit; Eiuſque tenor talis eſt, Videlicet: *Reformatio* Curiæ Gubernatoris Almæ Vrbis, circa cauſas ciuiles.

Marianus P. benedictus Epiſcopus Marturan. Vrbis Gubernator, hanc ſuæ Curiæ Reformationem edidit.

Cardin. Mattheius eam de mandato Sanctiſs. D. N. Sixti V. examinauit & abſoluit.

D. Locumtenens Ciuilis Gubernatoris Almæ Vrbis pro tempore exiſtentis, vnus dumtaxat in futurum ſit, legum ſcientia, vitæque probitate, & Romanæ Curiæ experientia inſignis, & ex loco qui ab Vrbe diſtet per quadraginta milliaria oriundus. Qui omnes cauſas ciuiles, tàm commiſſarias iuxta formam Commiſſionum, quàm ordinarias, vel aliàs, in ipſo Tribunali introducendas, iuxta ſuas facultates cognoſcat, terminet, & decidat.

Locūtenentis Ciuilium cauſarum Reformatio.

Audientiam terminorum, pro quibus litigantes pro certa hora citati non ſint, in Sala Palatii Gubernatoris, circa horam vigeſimam, pro Tribunali ſedendo, teneat.

Ius reddat ſingulis diebus, exceptis feſtiuis de præcepto, aut conſuetudine Almæ Vrbis, necnon diebus Coronationis Pontificis viuentis, ingreſſus Gubernatoris, Iouis, Lunæ, & Martis immediatè ante cineres, ac ipſius diei cinerum, totius hebdomadæ ſanctæ, commemorationiſque defunctorum, & vigiliæ Natiuitatis Domini.

Significationes per viam recurſus concedendas, ſemper concedat, cum clauſula, non tamen in contumaciam.

In cauſis ordinariis, vel via ordinaria introducendis, etiam ſi ad probationē producan-

tur cędulæ, iura, & Inſtrumenta obligationũ Cameraliũ, non relaxet mãdata exequutiua, (ſi reſpectu ſummæ, vel valoris tei de qua agitur dictæ cauſæ ſint appellabiles) niſi elapſis decem diebus datis ad appellandum, & ſeruatis ſolitis terminis addocendum de legitima appellatione, & eius legitina proſequutione, & conſtito ſibi de re iudicata.

Suſpectus poſt litem conteſtatam, vel pro conteſtata habitam allegari non poſſit, niſi à principalibus met, vel eorum procuratoribus, ad id ſpeciale mandatum haben. & ex certa cauſa per eos in actis ſpecificata, & iurata, à Guber. pro legitima approbatur.

Ab eius ſententiis diffinitiuis appelletur ad Sanctiſſimum in cauſis appellabilibus, in aliis verò nõ appellabilibus, & in quibus de iure recurſus datur, recurratur ad Gubern. qui cauſas huiuſmodi recurſus, per ſe ipſum, vel alium ab eo deputan. iuxta ſuas facultates expediat. Qui deputandus, tàm in ipſis cauſis recurſus, quàm in illis, in quibus in locum D. Locumtenentis, vti ſuſpecti recuſati, à Gubernatore deputabitur: & in cauſis quoq; Commiſſarijs, in quibus ex reſcripto Signaturæ à Gubernatore ſimiliter deputabitur, ea dumtaxat emolumenta recipiat, quæ (vt mox dicetur) D. Locumtenens recipere poterit, & nihil penitus vltra, ſub pœnis ei indictis.

Recurſus vt ſupra ad Gubernatorem à Locumtenentis decretis, & ſententijs petendi, infra decem dies dumtaxat peti debeant, & tunc exequutionem non retardent, vſquequo Gubernator huiuſmodi recurſus non admiſerit.

Sportulas D. Locumtenens non recipiat, niſi in illis cauſis commiſſarijs tantùm, quæ auctoritate ordinaria, à principio ab eo cognoſci non potuiſſent, in quibus circa quantitatem ſeruet taſſam ſel. rec. Pij Papæ Quarti. In cæteris verò cauſis quibuſcunque ſportulas nullo modo accipiat, etiam à ſpontè dantibus, ſed earum loco vltra commodam habitationem, quam in dicto Palatio pro ſe, ſuiſque ſeruientibus habere debeat, & vltra ſcuta auri in auro quinque, à quolibet ex duobus Notarijs cauſarum Ciuilium huius Curiæ, ipſi tantum D. Locumtenenti quolibet menſe, in eius principio ſoluenda, percipere poſſit Iulium vnum pro ſingulis infraſcriptis expeditionibus, videlicet. Pro quolibet mandato executiuo (non tamen in contumaciam). Pro quolibet arreſto in carceribus, Mandato de excarcerando, Significatione dotali, Aut vigore termini, Aut in vim litis pendentiæ, Aut litis finitæ, Aut ſtante depoſito, Vel negatione, Aut datà cautione de ſtando iuri, & iudicatum ſoluen. conceſſa. Et etiam pro qualibet Citatione vel Inhibitione, vigore Commiſſionis, Aut extra Curiam decreta, Dummodo in quolibet ipſorum caſuum agatur de re vel ſumma ſcutorum auri ſepté, qui conſtituunt Iulios ſeptuagintaſeptem.

Alioquin prędictus D. Iudex pœnas in Pij Papę Quarti Cõſtitutione, de Reformatione, Tribunalium contentas, incurrat.

Notariorum reformatio.

Notarij teneant intus, vel iuxta dictum Palatium, eorum officia ſeparata, & in locis ita diſtantibus, vt collitigantium tumultus nullum afferre poſſit impedimentum.

In cauſis Tribunalis, neque officio Procuratoris, vel Sollicitatoris fungantur, neque alio quouis modo ſe intromittant.

In eorum mercedibus recipiendis ſeruent omnino taxam Pij Papæ Quarti, quia in ea omiſſus eſt caſus examinis Teſtium ſuper articulis abſque interrogatorijs: ideo tali caſu Notarij recipiant pro huiuſmodi examine cuiuſlibet teſtis, bolonenos octo vſque ad ſcuta decem, & bolonenos decem vſque ad ſcuta viginti, & bolonenos quindecim vſque ad quamcunque ſummam: Et non vltra,

Citationes, & alias Mandatariorum & Curſorum relationes, nullatenus in actis apponant, niſi Curſores & mandatarij eas in cartulis octauæ partis folij prius ſubſcripſerint, & ſupra ſubſcriptiones nomen notarij cauſæ appoſitum fuerit.

Citationes, & alios actus pro aliquo, vel contra aliquem non recipiant, niſi tam actoris, quàm rei nomen cum cognomine, aut exercitij, habitationiſque deſignatione ſpecificè in eis exprimatur.

Citationes ad videndum mandari conſignari pignora, non recipiant, niſi appoſitum ſit etiam, ad videndum mandari ſubhaſtari.

Manualia citationum, & Manualia proteſtationum, ſeparatim & diſtinctè teneant.

Expeditionum libros duos habeant, in quorum vno diſtinctè & ordinatim adnotare

debeant

debeant omnes ſignificationes per viam recurſus concedendas,cum expreſſione nominis collitigantium & Curiarum, à quibus D. Locumtenens recurſus, iuxta ſuas facultates concedet, ac etiam ſummæ vel valoris rei, de qua agitur: Necnon & omnia ſequeſtra, & monitoria ex quauis cauſa decernenda. In altero autem ſimiliter adnotare debeant omnia mandata executiua, non tamen in contumaciam; Et omnia arreſta, Mandata de excarcerando, Significationes dotales, Aut vigore termini, Aut in vim litis penden. Aut litis finitæ, Aut ſtante depoſito, Vel negatione, Aut data cautione de ſtan. iuri, & iudicatum ſoluendo conceſſas; Et omnes citationes, vel inhibitiones vigore commiſsionis, Aut extra Curiam decretas;dummodo in quolibet ipſorum caſuum agatur de re, vel ſumma ſcutorum auri ſeptem.

Liſtas expenſarum non conficiant, neque propterea mercedem aliquam,etiam à ſponte dantibus recipiant, niſi præuio D. Locumtenentis decreto, & eiusdem ſubſcriptione in calce citationum,ad videndum taxari expenſas,apponenda.

Examen teſtium ſcribere poſsint duo tantum Notarij pro quolibet officio, quos Gubernator pro tempore approbauerit, & non alij.

Decreta aliqua ex ſeipſis Notarij non conficiant, ſed citationes omnes D. Locumtenenti,in Audientia publicè legant,ab eoq; decreta ſumant,& deinde in actis apponant.

Mandata ſuſpicionis fugæ ſcribere nequeant, niſi prius D. Locumtenenti iura producta, vel probata oſtenderint, illeque poſtea mandata decreuerit.

Iuramenta ſuſpicionis fugæ, ab alijs quàm principalibusmet, vel perſonis ad id ſpeciale mandatum habentibus, non recipiant.

Sequeſtra non ſcribant,etiam in cauſis mercedum, niſi in executionem mandatorũ ſernatis ſeruandis relaxatorum, vel niſi docto de credito, etiam extraiudicialiter arbitrio D. Locumtenentis, iuratoque de dilapidatione, aut fugæ ſuſpicione.

Aduocatos Procuratores, & Solicitatores,pro fide iuſſoribus occaſione litium dandis nullo pacto recipiant.

Significationes per viam recurſus concedendas non ſcribant,niſi cum clauſula, non tamen in contumaciã. Alias verò Significationes non ſcribant niſi vigore termini, Aut niſi productis iuribus vel probationibus ſuper ſolutione, Aut niſi ſtante pendentia litis, Siue lite finita, Vel niſi data cautione de ſtando iuri,& iudicatum ſoluendo,quãdo eſſent relaxata mandata ſuſpitionis fugæ, pro aſſecuratione iudicij, Aut niſi ſtante negatione contra mandata in contumaciam relaxata.

Reſponſiones ad articulos, & iuramenta ſuper partitis deciſiuis, coram D. Locumtenente tantum, recipere poſſint & debeant, niſi ipſe aliter decreuerit, ex cauſa infirmitatis, aut alterius legitimi impedimenti collitigantium.

Quicunque ex Notariis, ſiue actuariis in eorum officiis ſcribentibus, in aliquo pręmiſſo contrauenerit, pro qualibet vice, pœnam ſcut. 25. aliasque pœnas pecuniarias, & corporis afflictiuas, pro modo exceſſus à Gubernatore arbitran. incurrat,damnaque & intereſſe partibus reficere cogatur.

Mandatarij huius Curiæ, citationes & alias relationes in ſcriptis dumtaxat referre debeant, exprimendo an perſonaliter, vel domi copia dimiſſa, vel affixa, & an ad ſtatim, vel ad hodie per totam, ſeu ad primam, vel aliam diem fecerint. Mandatariorũ Reformatio.

Citationes, Intimationes &c. perſonaliter, aut domi dimiſſa copia, non exequantur, poſt ſecundam horam noctis;per affixionem autem, non niſi de die, & tunc in relationibus exprimant feciſſe de die, dimiſſa copia affixa in tali loco.

In citationibus tam actoris, quàm rei nomen cum cognomine, vel cum exercitii, habitationiſque deſignatione exprimant.

In Citationibus ad videndum mandari conſignari pignora, apponant etiam, & videndum mandari ſubhaſtari.

In eorum mercedibus recipiendis,ſeruent eorum taxas,vltra quas,etiam à ſpontè dantibus, nihil omnino accipiant.

Pignora omnia ab Exequutoribus quibuſcunque eis conſignanda, ordinatim ſingulariter adnotare debeant in eorum libris,exprimendo rerum qualitates, & quantitates, & nomen Exequutoris, & Collitigantium.

Mandatariorum reformatio.

pignora ſubhaſtāda, publicè in loco commodo ad id per Gubernatorē deputādo, tenere debeant, à die quo receperint mandata de ſubhaſtando, vſquequo receperint mandata de deliberando.

Oblationes recipiendas adnotare debeant in eorum libris, cum appoſitione anni, menſis, & diei, ac expreſſione nominis, cognominis, exercitijque, & habitationis offerētium. Non recipiant oblationes cuiuſcunque officialis huius Curiæ, nec eis ſeruientium, neque Mandatarij affinium vel conſanguineorum, vſque ad tertium gradum.

Quicunque in aliquo præmiſſorum contrauenerit, pœnam ſcutorum decem pro qualibet vice, aliaſque pœnas pecuniarias, & corporis afflictiuas, priuationiſque officij, pro modo exceſſus a Gubernatore arbitrandas incurrat, damnaque & intereſſe partibus reficere compellatur.

Procuratorum reformatio.

Procuratores non poſſint actualiter exigere nomine ſuorum principalium, etiam ab Vrbe abſentium, & vigore mandatorum ad exigendum, aliqua bona, res, & pecunias, à quauis perſona, in cauſis & negocijs ipſius Tribunalis, niſi præuio Gubernatoris decreto, gratis deſuper interponendo. Et qui contrauenerit, officio Procuratoris omnino priuetur, pœnamque pecuniariam Gubernatoris arbitrio ſoluat.

Executorum reformatio.

Executores cuiuſcunque Curię mandata huius Tribunalis exequentes, nihil vltra eorum taxam, etiam à ſpontè dantibus recipiant, & niſi poſt factam executionem, ſiue capturā. Mandata ciuilia nō exequātur de nocte, neque de die feſtiuo, niſi ſint ſuſpicionis fugæ. Cautiones in executione mandatorum nullatenus recipiant, ſed executiones realiter, vel perſonaliter, prout in mandatis continetur exequantur, pignoraque Baroncello huius Curiæ, infra biduum conſignent, deſcribique faciant in libro, quem præfatus Baroncellus ad id ſpecialiter tenere, in eoque adnotare debeat qualitates, & quantitates rerum ſibi conſignatarum, & nomen Executoris conſignantis.

Reſtituat quilibet executorum prædictorum executiones, ſiue bona in executione capta gratis, quotieſcunque D. Locumtenens mandauerit.

Quicunque in præmiſſis contrauenerit, officio ſuo priuetur, & pro modo exceſſus, corporalibus pœnis Gubernatoris arbitrio plectatur, damnaque, & intereſſe partibus reficere cogatur, pro quibus damnis & intereſſe, quilibet Baroncellus cuiuſcunque Curię pro ſuis executoribus, & Birruarijs obligatus ſit.

S. D. N. Sixti Quinti, confirmatio huius Reformationis.

Nos itaque volentes Reformationem huiuſmodi, tam maximo labore, & tam matura diſcuſſione, ad publicam maximè Collitigantium vtilitatem, Tribunaliſque dictæ Vrbis Gubernatoris directionem, vt præfertur digeſtam, perpetuò, inuiolabiliterque obſeruari. Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, prædictam Reformationem, omniaque & ſingula in ea contenta, tenore præſentium, auctoritate Apoſtolica confirmamus & approbamus. Quinimo eandem Reformationem in eaque contenta quæcunque, Motu & auctoritate prædictis, nos de nouo ſtatuimus, decernimus, & ordinamus, & per præfatum noſtrum, & pro tempore exiſtentem Vrbis Gubernatorem, eiuſque in ciuilibus Locumtenentem, ac Procuratores, Notarios, Mandatarios, Litigantes, Executoreſque ſiue birruarios, & alios quoſcunque, exactiſſimè perpetuòque ſeruari præcipimus, & mandamus; pœnaſque in dicta Reformatione appoſitas, de nouo contrauenientibus quibuſcunque, & pro qualibet vice apponimus, & infligimus. Decernentes omnia quæ contra dictæ Reformationis formam & tenorem decreta, acta, & geſta fuerint, nulla, inualida, & extorta, & ſubreptitia, nulliuſque roboris, & momenti fore, & cenſeri, neminique propterea ſuffragari poſſe, vel debere. Et ita per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios, quauis auctoritate fungentes, etiam S. R. E. Cardinales, & cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, in quauis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari & diffiniri debere. Irritum quoque & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate, ſcienter vel ignoranter, contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtilo, conſuetudine, ac quocunque temporis curſu, etiam immemorabili roboratis, priuilegiis, & indultis, tam ipſi Tribunali Vrbis Gubernatoris, vel ipſis Gubernatoribus, & Locumtenentibus, quàm Notarijs, Mandatarijs, eorumque Collegio, &

Colle-

Collegijs, alijſque quibuſcunque perſonis, quacunque generali, vel ſpeciali nota, & expreſſione dignis, & quomodocunque, & qualitercunque priuilegiatis, etiam Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, etiam conſiſtorialiter, ſub quibuſcunq; tenoribus, & formis, & cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſq; efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & alijs decretis, in genere, vel in ſpecie, & aliàs quomodolibet, etiam per nos conceſsis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica indiuidua, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſsio habenda, aut aliqua exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi præſenti, pro ſufficienter expreſsis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſsè derogamus, & quibuſlibet alijs priuilegijs, indultis, & litteris Apoſtolicis, generalibus, vel ſpecialibus, quorumcunque tenorum exiſtant, per quæ præſenti non expreſſa vel totaliter non inſerta, effectus illius impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus, ſpecifica, indiuidua, & expreſſa, ac de verbo ad verbum habenda eſſet mentio ſpecialis, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Vt autem præſens Motus proprius ad omniũ notitiam deducatur, ac omnes quorum intereſt, ac intereſſe poterit, afficiat, volumus, & mandamus, illius copiam in Cancellariæ Apoſtolicæ, ſeu & Curiæ Reuerendiſſimi Vrbis Gubernatoris, valuis, ac in acie Campi Floræ affigi, & ibi relicta eius copia, aliquandiu detineri. Volumus item quòd præſentis Motus proprij ſola ſignatura ſufficiat, & vbique fidem faciat, in iudicio & extra, regula quacunque contraria non obſtante. Quòdque eius tranſumptis, Notarij publici manu ſubſcriptis, & alicuius perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ ſigillo ſignatis, plena & indubitata fides, eaque prorſus adhibeatur in iudicio, & extra, quæ præſenti adhiberetur, ſi foret exhibitus, vel oſtenſus. Clauſulæ derogatoriæ

Fiat Motu proprio F.

Et cum abſolutione à cenſuris, ad effectum &c. & de cõfirmatione, approbatione, ſtatuto, ordinatione, præcepto, mandato, inflictione, decretis, derogatione, voluntate, aliiſque præmiſsis, quę hic pro ſufficienter repetitis, ad partem habeantur in forma gratioſa latiſſimè exten. & cũ opportuna, ſi videbitur iudicum executorum deputatione, qui aſſiſtant, &c. Cum poteſtate citan. &c. inhibendi, aggrauandi, &c. inuocato &c. ſæcularis, ac derogatione dietarum, non tamen trium, etiam latiſsimè exten. Et ſi videbitur litteras deſuper etiam per Breue S. V. &c. in pręmiſſorum omnium, & ſingulorum, etiam qualitat. inuocat. denominat. nuncupat. annexis, aliorumque neceſſariorum maiori & veriori ſpecificatione & expreſſione expediri poſſit, &c. ſimul, vel ad partem, etiam in vna, non facta mentione de alia, vel aliis expedien. &c. Fiat F.

Anno à Natiuitate Domini, Milleſimo quingẽteſimo octuageſimo ſeptimo, indictione decima quinta, Die vero prima Menſis Decembris, Pont. Sanct. in Chriſto patris, & D. N. D. Sixti diuina prouidentia PP. V. anno eius Tertio, Supradictæ litteræ in valuis Cancellariæ Apoſtolicę, & Curię Reuerendiſs. D. Vrbis Gubernatoris, & in acie Campi Florę, affixæ, lectæ, & publicatæ fuerunt, iuxta formam illarum, necnon intimatæ, & præſentatę fuerunt, cum dimiſsione copiæ Reuerendiſs. Mariano P Benedicto Epiſc. Marturanen. Vrbis Gubernatori, & Mag. DD. Laertio Cherubino, & Thomæ Stellæ in ciuilibus cauſis Locumtenentibus, & DD. Laurentio Iacobino, & Tarquinio Ferrono Notarijs ciuilibus actuarijs Curię eiuſdem Reuerendiſs. D. Guber. ac infraſcriptis eiuſdem Curiæ Mandatariis, Dominico Fabri, Viuantio à Valle, Deodato Villico, Gulielmo Henrico, Deſiderio Degaut, Baſolo Siluestri, & Iacobo Scoccie, Et Capitaneo Octauio Caferro Barongello, per nos Ioannem Baptiſtam Bagni, & Octauiũ Taglietum, S. D. N, PP. Curſ. Publicatio

Alex. Parabiachus Mag. Curſ.

Dein-

Locūtenentis deputatio.

Deinde die quarta eiuſdem menſis Decembris, prædictus Reuerendiſsimus D. Gubernator, auctoritate ſui Officii, verboque facto cum Sanctiſsimo, eius Locumtenentem, ad cauſas ciuiles, pręfatum Mag. D. Laertium Cherubinum deputauit, prout in actis Laurentij Iacobini, & Tarquinij Ferroni Not. act.

LAVS DEO.

Conſtitutiones Anni Tertij, adhuc currentis ſunt nu. 18.

Omnes autem ſunt nu. 75.



Digitized by Google

INDEX INITIORVM

SINGVLORVM CONSTITVTIONVM

Sanctiſſimi D. N. Sixti Papæ V.

1	VIRIVM noſtrarum	fol. 1
2	Onus paſtoralis	3
3	Solicitudo paternuſque	4
4	De Statu noſtri	7
5	In cæli Throno	16
6	Hoc noſtri Pontificatus	18
7	Alias felicis record.	23
8	Sulta & grauia	25
9	Spectata tua fides	29
10	Quia ob diſceſſum	31
11	Intemerata Matris	34
12	Ab immenſa æterni	35
13	Cum à primæua	39
14	Ex ſuperne diſpoſ.	40
15	Et ſi nos diuina	42
16	Cum alias conſiderantes	43
17	Romanus Pont.	45
18	Sancta Romana	48
19	Immenſa diuina	49
20	Pia Sanctorum	51
21	Cæli & Terra	52
22	Pro ea quam præcipuam	56
23	Superna diſpoſitione	58
24	Egregia populi	63
25	Quanta Apoſtolica	67
26	Et ſi ex noſtri	68
27	Cum benigna Mater	78
28	Ex omnibus	77
29	Inuictorum Chriſti	78
30	Ro. Pontificis	79
31	Cum primum	84
32	Circumſpecta Rom.	86
33	Ad clauum	94
34	Pro excellenti	100
35	Poſtquam diuina	103
36	Camera noſtra	115
37	Cum ſicut accepimus	118
38	Cæleſtis Pater	123
39	Quemadmodum prouidus	128
40	Cum ſicut nobis	132
41	Afflicta & crudeliter	134
42	Expoſitum nobis	136
43	Inter varias	137
44	Ad excelſum	140
45	Vt ingens negociorum	149
46	Deteſtabilis auaritia	154
47	Ad compeſcendam	157
48	Super vniuerſas	160
49	Superna diſpoſitione	162
50	Poſtquam verus	164
51	Diuina Dei	171
52	Vt litium	177
53	Cum in vnaquaque	184
54	Paſtoralis Rom.	192
55	Volentes quantum	197
56	Religioſa Sanctorum	199
57	Non ſine maxima	204
58	Quamuis infirma	206
59	Diuinæ charitatis	212
60	Cum noſtra	214
61	Quantis ærumnarum	216
62	Romanus Pontifex	221
63	Cum in Curia	223
64	Cupientes pro officij	224
65	Decet Rom. Pont.	225
66	Paſtoralis officij	227
67	Sacri Apoſtolatus	230
68	Humani plerumque	233
69	Apoſtolici muneris	240
70	Et ſi Mendicantium	244
71	Non ſecus	246
72	Anno ſuperiore	253
73	Cum de omnibus	256
74	Laudemus viros	260
75	In ſublimi	265

Digitized by Google

INDEX RVBRICARVM

SINGVLARVM CONSTITVTIONVM

SANCTISSIMI D. N. SIXTI PAPAE V.

1 IVBILEI indictione, ad implorandum lumen & auxilium, pro bono regimine Reip. Chriſtianæ fol. 1
2 Cardinalium deputatione, ad audien. grauamina ſubditorum 3
3 Prohibitione vendendi bona in ſtatu Eccleſiaſtico exiſtentia, alijs perſonis, quam Vaſſallis eiuſdem ſtatus, abſque licentia Sedis Apoſtolicæ 4
4 Theſaurariatus generalis Officij erectione, in officium vacabile perpetuum, eiuſq; collatione in perſonam Reuerendiſſ. Benedicti Iuſtiniani Ianuen. vtriuſq; Signaturæ Referendarij 7
5 S. Franciſci de Paula feſtiuitatis inſtitutione 16
6 Bannitorum, Homicidarum, eorumque Complicum Fautorum, & non perſequentium pœnis 18
7 Bannitis à Regno Neapolis, ad proregem remittendis, & èconuerſo 23
8 Montis Pacis non vacabilis erectione 25
9 Mariani P Benedicti, Epiſcopi Marturan. in Gubernatorem Vrbis & Vicecamerarium deputatione 30
10 Michaelis Peretti, in Gubernatorem Burgi, & generalem Capitaneum Cuſtodiæ Sanctiſſimi deputatione 31
11 Præſentationis Beatæ Mariæ Virginis feſtiuitatis inſtitutione 34
12 Contra Henricum Borbonium, aſſertum Regem Nauarræ, & alium Henricum Borbonium, aſſertum Principem Condenſem, declaratione 35
13 Indulgentiæ plenariæ conceſſione, pro feſtiuitatibus SS. Franciſci, Antonij de Padua, Ludouici, Bonauenturæ, Berardini & Claræ.
14 Chordigerorũ Archiconfraternitatis inſtitutione, & Indulgentiarum cõceſſione 40
15 Officialibus dantibus participationem officiorum, pro illis obtinendis &c. 42
16 Artis lanæ in Vrbe introductione, & priuilegijs 43
17 Viſitandis liminibus Apoſtolorum, ab omnibus Epiſcopis &c. 45
18 S. Nicolai de Tolentino feſtiuitatis Inſtitutione 48
19 S. Antonii de Padua feſtiuitatis inſtitutione 49
20 S. Ianuarii Epiſcopi & Sociorum Martyrum feſtiuitatis inſtitutione 51
21 Aſtrologiæ Iudiciariæ, Incantationum, & ſortilegiorum prohibitione 52
22 Fratribus de Obſeruantia, à Capuccinis abſque licentia non recipiendis 56
23 Monaſterij Monialium S. Bernardi in Vrbe erectione 58
24 Cappellarum Pontificalium, in certis Almæ Vrbis Baſilicis, & Eccleſijs, celebrandarum, renouatione 63
25 Caſtris & locis S. R. E. non infeudan. nec alienandis 67
26 Militiæ Hieroſolymitanæ priuilegiorum confirmatione 68
27 Archiconfraternitatis Confalonis Vrbis, priuilegiorum, Indulgentiarum, annuorumq; redditũ conceſſione, pro Captiuorum ſtatus Eccleſiaſtici redẽptione 70
28 Societatis Miniſtrantium infirmis Hoſpitalium, & aliorum locorum Vrbis confirmatione 77
29 S. Petri Martyris feſtiuitatis Inſtitutione 78
30 Secretarij domeſtici deputandi ad expeditionem Breuium, officio 79

31 Abſo-

31 Abſolutione & gratia, pro ijs, qui cum Barinitis verſati fuerint, aut eis auxilium præſtiterint 84
32 Conclauiſtarum nouiſſimi Conclauis priuilegijs 86
33 Decies centenis millibus nummum aureorum, in Arce S. Angeli ſe poſitis, & non niſi præſcriptis caſibus detrahendis 94
34 Lauretani Oppidi, ex Prouincia Marchiæ, in Ciuitatem ſublimatione, eiuſque Collegiatæ Eccleſiæ in Epiſcopalem erectione 100
35 Lauretanorũ Militũ Collegii erectione, gratiarũq; & priuilegiorũ cõceſſione 103
36 Conſtitutionum Apoſt. circa ſolutionem annatarum, Communium, & quindeniorum, confirmatione & extenſione 115
37 Iudicis Archiconfraternitatis Confalonis Vrbis Iuriſdictione 118
38 Furnariorum Vrbis priuilegiis 123
39 Referendariorũ Vtriuſq; Signaturæ reformatione, & priuilegiorũ conceſſione 128
40 Declaratione pro Fratribus de Obſeruantia, circa retentionem Conuentuum, de quorum titulo docere nequeunt 132
41 Hortatione ad Chriſtifideles, vt Rhemenſi Collegio, pro Catholicis Anglis inſtituto, ſubueniant 134
42 Indulgentia plenaria, pro feſto Conceptionis B. Mariæ Virginis, 136
43 Communitatibus pro aliis obligatis, infra annum liberandis, 137
44 Commiſſariatus R. Cameræ Apoſt. in officium perpetuum vacabile erectione, Iuriſdictionisq; priuilegiorum, ac redditum aſſig. 140
45 Theſaurarij Datariatus erectione, Iuriſdictioniſque, priuilegiorum, & emolumentorum aſſignatione 149
46 Pactionum illicitarum, in ſocietatibus opponendarum, reprobatione 154
47 Tori temeraria ſeparatione & publicis adulterijs certis caſib⁹ ſcueri⁹ puniẽdis 157
48 Montis Alti Oppidi, ex prouinciæ Marchiæ, in Ciuitatem ſublimatione, eiuſque Eccleſiæ in Epiſcopalem erectione 160
49 S. Seuerini Oppidi, ex Prouincia Marchiæ, in Ciuitatem ſublimatione, eiuſque Eccleſiæ in Epiſcopalem erectione 162
50 Cardinalium creandorum numero, ordine, ætate, qualitate, & officio 164
51 Auditoratus cauſarum Confidentiarum erectione, iuriſdictioniſque & priuilegiorum ac emolumentorum conceſſione 171
52 Collegii Notariorum Curiæ Capit. erectione, iuriſdictionumque & priuilegiorum conceſſione 177
53 Dotium ornamentorum veſtium & cęt. in Vrbe reformatione 184
54 Bulla in Cæna Domini 192
55 Inceſtis, in quibuſdam caſibus, pœna mortis puniendis 197
56 Titulorum & Diaconiarum, pro S. R. E. Cardinalibus ordinatione 199
57 Scripturas R. Cam. Apoſt. detinentibus, & eorum pænis 204
58 Hoſpitalis pauperum Mendicorum in Vrbe erectione, annuorumquę redditum, & priuilegiorum conceſſione 206
59 Chordigerorum Archiconfraternitatis confirmatione, Indulgentiarumque & priuilegiorum conceſsione 212
60 Arbentij Eremitæ eiuſque ſociorum facultate, ædificium in Vrbe conſtruendi, pro Eremitis, alijſque pauperibus hoſpitio excipiendis 214
61 Montis Sixti, cum fructibus ad decem pro centenario erectione 216
62 Cardinalium ad cauſas & negocia Religioſorum cognoſcendum, deputatione 221
63 Dominici Blondi, de Monte Alto, Prouinciæ Marchiæ, Almæ Vrbis Senatoris, in cauſis criminalibus facultate 223
64 Commiſſarij ſuper conſeruatione & reſtauratione Pontium, Fontium & viarum publicarum Status Eccleſiaſtici deputatione 224
65 Aedificantium vel habitantium in via Felici, & in Monte Quirinali Almæ Vrbis, priuilegijs 225

66 Conſtitutionibus Pij iiij. & Pij v. circa confidentias, beneficiales editis, etiam in Regno Galliæ exequen 227
67 Rectoratus Studii Almæ Vrbis officii applicatione ad Collegium Aduocatorum Conſiſtorialium 230
68 Montis Fidei ampliatione, eiuſque fructuum ad ſex pro centenario reductione 233
69 Ordinis Fratrum Reformatorum Sancti Franciſci confirmatione, gratiarumque & Indulg. conceſsione 240
70 Priuilegiorum Ordinis S. Franciſci de Obſeruantia confirmatione 244
71 Montis Camerariatus vacabilis cum fructibus ad nouem pro centenario erectione & venditione priuilegiorumq; conceſsione 246
72 De decies alteris centenis millibus nummum aureorum, in Arce S. Angeli repoſitis, nullo vnquam tempore, niſi in certis caſibus certaque deſuper ſeruata forma depromendis 253
73 Contra illegitimos etiam legitimatos, Criminoſos vel ſuſpectos, aut æri alieno, vel reddendis rationibus obnoxios, ad aliquam Religionem trāſire volentes; Et contra Regulares abſque Superiorum licentia, de Prouincia in Prouinciam euntes vel tranſmigrantes 256
74 Elargitione Indulgentiarum, & applicatione iis qui Chriſtianorum Imperatorum numiſmata geſtauerint &c. 260
75 Curiæ Almæ Vrbis Gubernatoris, quo ad cauſas ciuiles Reformatione 265

INDEX MATERIARVM

& rerum notabilium ſelectarum ex Conſtitutionibus Sanctiſsimi Domini Noſtri Sixti Papæ V.

A

ADVLTERIIS publicis in quibuſdam caſibus ſeuerius in Alma Vrbe puniendis conſt. 47. fol. 157
Aduocati Conſiſtoriales obtinuerunt officium Rectoratus ſtadij Vrbis conſt. 67. fol. 230
Aduocati Conſiſtoriales facultatem habent Doctores in Vrbe creandi. ibid.
Aduocati Conſiſtoriales præcedunt alijs Aduocatis & Doctoribus ibid.
Aedificantibus in Via Felici & in Monte Quirinali Almę Vrbis priuilegia conceſſit Six.V. conſt. 65. 225
Alienari & infeudari Caſtra, & Loca S R E. prohibitum eſt conſt. 25. 67
Alienari non poſſunt bona ſtatus Eccleſiaſtici abſq. ſedis Apoſtolicæ licentia alijs perſonis quàm Vaſallis eiuſdem ſtatus conſt. 3. 4
Anglorum Hæreticorum execratione conſt. 41. 134
Anglorum Catholicorum commendatione ibid.
Annatis vide quindennijs.
S. Antonij de Padua Feſtum die xiij. Iunij celebrari, & in Kalendarium Romanum reponi iuſſit, & pro eius Feſtiuitate indulgentias cōceſſit Six.V. ob præcipuā in eius deuotionem. conſt. 13. 39
S. Antonij merita, & laudes recenſentur conſt. 19. 50
S. Antonius à Gregorio IX. Cathalogo ſanctorum aſcriptus fuit. ibid.
S. Antonius Ordinis S. Franciſci Profeſſor fuit. ibid.
Appellantes à grauamine vel futura exequutione litterarum Apoſt. ad laicam poteſtatem excommunicantur in bulla Cœnæ Domini conſt. 54. 193
Appellantes à Papa ad futurum Concilium excommunicantur in bulla Cœnæ Domini. conſt. 54. 193
Archiconfraternitate Confalonis vide Confalonis.
Archiepiſcopis vide Epiſcopis.
Archiuij Scripturarum Cameræ Apoſt. adminiſtratio ſpectat ad Commiſſarium Cameræ. conſt 44. 141
Arma deferentes ad infideles excommunicantur in bulla Cœna Domini conſt. 54. 193
Artis lanę Conſules Iuriſdictionem habent cognoſcendi cauſas artem lanæ cōcernentes, & credita ab Hebræis conſequenda. conſt. 16. 44
Artis lanæ Mercatores habent priuilegia de quibus in conſt. 16. 43
Aſtrologia Iudiciaria artem prohibuit Six.V. cōſt. 21. fol. 52

B

BAnditorum eorumque fautorum & complicum pœnas ibid. & conſt. 6. 18
Banditis, qui auxilium præſtiterunt aut cum eis conuerſati fuerunt remiſſionem petentes gratiosè liberari iuſſit Six. V. in conſt. 31. 84
Banditi etiam in Monaſterijs, & etiam ſi ſint perſonę eccleſiaſticæ capi poſſunt tam in Ditione ſedis Apoſto. quàm in Regno Neapolis conſt. 7. 24
Banditi a Regno Neapolis in locis S. R. E. aſſecurari non poſſunt ſed capti ad Proregem remitti debent, & è conuerſo, vt in conſt. 6. 23
Banditi prædicti, & delinquentes inſequi poſſunt ab Officialibus Proregis etiam intra Territorium eccleſiaſticum. ibid.
Banditorū et aliorum familiæ à Regno Neapolis expellendæ in ſtatu Eccleſiaſtico receptari nequeunt & è conuerſo in conſt. 7. 25
Bariſelli ſtatus Eccleſiaſtici verum numerum Birruariorum tenere, & mercedem iuxta taxam & ſemel tantum pro executione iam perfecta recipere debent conſt 15. 42
Barones eorū Territoria libera à Banditis Sicarijs &c. cuſtodire debent eoſq; inde pertranſeuntes perſequi & capere tenentur ſub pœnis de quibus in cōſt. 6. 18
Barones Feudatarij & alij Banditos &c. auxiliantes, & receptantes incurrunt pœnas de quibus ibid.
Benedictus Iuſtinianus Ianuen. Theſaurarius generalis à Six. V. Pont. Opt. Maximo deputatus & poſtea ob eius ſingulares virtutes & præclara merita Card. creatus fuit die XVII. Decēbris 1586. cōſt. 4. 8
Burgi Gubernator die duodecimo Nouēbris 1585. deputatus fuit Michael Perettus a Six. V. conſt. 10. 31
Burgi Gubernatoris iuriſdictionē & facult. vide ibid.

C

CAmera Apoſtolica Archiuio, vide Archiuio
Cameræ Apoſtolicæ ſcripturas detinentibus vide Commiſſarius
Cappellarum Pont. in Baſilicis certiſque Almæ Vrbis Eccleſiis renouatio conſt. 24. 63
Capitolinis Notarijs vide Notarijs
Capuccini decætero non recipiant neque retineant fratres de Obſeruantia ſine ſpeciali licentia Papę vel ſuperiorū ipſius Ordinis de Obſeruantia conſt. 22. 56
Captiuorum redemptione vide redemptione

Carcerari faciens Fratrem Matrem vel alium tutelam habentem alienus Virginis vel coniugatæ vt illam ſtupraret vel adulteraret eaque occaſione ſtuprum vel adulterium committens pœnam capitis incurrat conſt. 47. 159
Cardinales Apoſtolorum Chriſto miniſtrantium perſonas repræſentant ſuntque Papæ Conſiliarij & Auditores conſt. 50. 164
Cardinales creari poſſunt in diebus Ieiuniorum Menſis Decembris tantum ibid.
Cardinales Diaconi minores annorum vigintiduorum eſſe non poſſunt ibid.
Cardinales Diaconi intra annum ad Ordinem Diaconatus promoueri debent ibid.
Cardinales Diaconi ad presbyteratum ob deuotionem tranſeuntes Diaconi remaneant ibid.
Cardinales pro exaltatione Catholicę Religionis ſanguinem, & ſpiritum effundere debent conſt. 62. ibid.
Cardinales promoueantur ex omnibus Chriſtianitatis nationibus & inter eos aſſumantur ſaltem quatuor Magiſtri in Theologia ibid.
Cardinales mali de quibus ibid. creari nequeunt ibid.
Cardinales ſeptuaginta dumtaxat eſſe poſſunt videlicet Epiſcopi ſex Presbyteri quinquaginta, & Diaconi quatuordecim ibid.
Cardinalis Diaconorum Prior aut ſequens in quarta vacatione Epiſcopatuum promouendus eſt ad Eccleſiam vacantem ibid.
Cardinalium & aliorum Prælatorũ Offenſores eorũq; auxiliatores excommunicantur in Bulla Cœnæ Domini conſt. 54. 193
Cardinalium deputatione ad decidendas cauſas Regularium & Religioſorum conſt. 62. 221
Cardinalium Titulis, & Diaconijs eorumque ordinatione conſt. 65. 199
Cauſis Eccleſiaſticis vide Eccleſiaſticis.
Chordigerorum Archiconfraternitas in Eccleſia Sãcti Franciſci Aſſiſien. erigitur à Six. v. conſt. 14. 40
Chordigerorum Archiconfraternitati Indulgentię conceduntur ibid. & conſt. 59. 212
Chordigerorum Confraternitates à Generali Miniſtro Conuentualium erigi poſſunt in Eccleſiis Ordinis S. Franciſci & aggregari dictę Archiconfraternitati & eiſdem Indulgentiæ communicari. ibid.
Collectoriæ & Spoliorum Officium annexum eſt Officio Theſaurariatus generalis conſt. 4. 7
Collegio Rhemenſi vide Rhemenſi
Commiſſariatus Cameræ Apoſt. officium erigitur in officium perpetuum vacabile & R.P. Ioffredo Lomellino confertur conſt. 44. 140
Commiſſarij Priuilegijs & emolumentis ibid.
Commiſſarius adminiſtrationem ſcripturarum Cameræ Apoſt. habet conſt. 44. 141
Commiſſ. eius Iuriſdictionem habet cõtra detinentes ſcripturas Cameræ Apoſt. & ſcientes, & non reuelantes vt ibid. & in conſt. 57. 204
Commiſſarius Iuriſdictionem habet contra Ingerentes ſe in beneficijs ante expeditionem litterarum Apoſtolicarum ibid.
Commiſſarij deputatione ſuper reſtauratione & conſeruatione Pontium Fontium & Viarum publicarum ſtatus Eccleſiaſtici conſt. 64. 224
Communitatis Terracinen. Frumentus adminiſtratur per Theſaurarium generalem Papæ pro conſtruenda noua Ciuitate conſt. 4. 14
Communitates eorum bona alienare vel pręterquam ratione locationum obligare non poſſunt conſt. 43. 137
Communitates pro alijs obligatæ infra annum a die intimationis liberari debent ibid.
Cõmunitates pro alijs fideiubere nullo pacto poſſũt ibid.
Communitates ſumptibus publicis Oratores ad Sedem Apoſt. abſque licentia mittere nequeant. ibid.
Communitates eorum Territoria libera à Bannitis Sicarijs &c. cuſtodire debent eoſq; inde pertranſeuntes perſequi & capere tenentur ſub pœnis de quibus in conſt. 6. 18
Communitates Bannitos &c. auxiliantes & receptantes incurrunt pœnas de quibus ibid.
Conclauiſtarum nouiſſimi Conclauis Priuilegiis & donatione conſt. 32. 86
Conclauiſtarum prędictorũ omniũ nomina vide ibid. 90
Confalonis Archiconfraternitati de Vrbe datur cura Redemptionis Captiuorum Status Eccleſiaſtici proptereaq; Indulgentię & annui redditus conceduntur conſt. 27. 70
Confalonis Archiconfraternitatis Iudicis deputatione iuriſdictioneque & facultatibus conſt. 37. 118
Confidentiarum beneficialium Auditoratus erectione in officium vacabile perpetuum eiuſque collatione in perſonã R.P. D. Alexandri Catalani conſt. 52. 171
Confidẽtiarum Iudice eiuſque Iuriſdictione Priuilegiis emolumentis ibid.
Confidentiarum beneficialium cõſtitutiones editę à Pio IIII. & Pio v. etiam in Regno Gallię exequen. ſunt conſt. 66. 227
Coniugatę palam impudice in Vrbe viuentes incurrunt pœnas de quibus in conſt. 47. 157
Coniuges ſe à cohabitatione & coniugali toro temere ſeparantes Iudicis arbitrio puniantur. ibid.

D

Datariatus Theſaurario vide Theſaurario
Decies centena millia nummum aureorum primo anno ſui Pontificatus, & alia Decies centena millia Tertio anno in arce S. Angeli repoſuit indeq; promi vetuit niſi in quibuſdam caſibus certaq; deſuper ſeruata forma Six. V. vt in conſt. 33. ſ. 94. & conſt. 72. 213
Decimas & alia onera perſonis Eccleſiaſticis inferẽtes excõmunicantur in bulla Cœnę Domini conſt. 54. 195
Delinquentes & alij Banditi Status Eccleſiaſtici inſequi poſſunt ab Officialibus Proregis etiam intra Territorium Eccleſiaſticum vt in conſt. 7. 24
Delinquentes etiam in Monaſteriis & etiam ſi ſint perſonę Eccleſiaſticę capi poſſunt tam in Ditione Sedis Apoſtolicę quam in Regno Neapolis ibid.
Diuinationibus vide Sortilegiis
Dominicus Blondus de Monte Alto Senator Vrbis deputatus fuit à Six. v. conſt. 63. 223
Dotium reformatione vide veſtium

E

Eccleſiaſticã libertatem tollentes aut perturbãtes excommunicãtur in Bulla Cenę Domini cõſt. 54. 194
Eccleſiaſticas cauſas à Iudicibus Apoſt. auocantes excommu-

Digitized by Google

communicantur in Bulla Cœnę Domini ibid.
Eccleſiaſticas perſonas ad Secularia Tribunalia trahētes excommunicantur in bulla Cœnę Domini ibid.
Eccleſiaſticorum Iudicum Iuriſdictionem impedientes eorumque fautores excommunicantur ibid.
Epiſcoporum cauſas audiunt Cardinales deputati Pontificique referunt conſt. 62. 221
Epiſcopi ad aliquam Eccleſiam ordinandi ſiue transferendi iurare debent ſtatutis tēporibus limina Apoſtolorum ſe viſitaturos & Romano Pont. rationem daturos mandataque Apoſt. diligentiſſimè exequuturos conſt. 17. 46
Epiſcopi omnes limina Apoſtolorum viſitare debent temporibus ſtatutis à Six. v. in conſt. 17. 47
Eremitarum Hoſpitio in Vrbe conſtruendo conſt. 60. 214

F

FAlſificantes aut falſa fabricātes litteras Apoſt. excōmunicantur in bulla Cœnę Domini conſt 54. 192
Fontes aquæ Felicis ad Almæ Vrbis Colles maxima cū impenſa & Pop. applauſu ad Vrbis Ornatum perduci fecit Six. v. conſt. 65. 225
Fontium Pontium & Viarum publicarum ſtatus Eccleſiaſtici reſtauratione & conſernatione conſt. 64. 224
S. Franciſci de Paula Feſtum die 2. Aprilis celebrari & in Calendarium Romanum reponi iuſſit Six. V. conſt. 5. 17
S. Franciſci de Paula merita & laudes vide ibid.
S. Franciſcus de Paula à Leone x. Cathalogo Sanctorum aſcriptus fuit ibid.
S. Frāciſcus de Paula ord. Minimorū inſtituit cōſt. 5. 17
Fratres Ordinis S. Franciſci de Obſeruantia omnes Eccleſias & Conuentus licite retineāt dummodo Ordinariorum conſenſum habeant quoad Conuentus quos poſſident à decem annis citra conſt. 40. 132
Fratrum Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſeruantia priuilegia confirmauit Six. v. conſt. 70. 244
Fratrum Reformatorum Ordinis Conuentualium S. Frāciſci Indulgentiis & priuilegijs habituſque deſignatione conſt. 69. 240
Furnariorum cauſæ occaſione panis in prima inſtantia cognoſci debent coram Conſulibus vel præfecto Annonæ & in ſecunda inſtantia à Conſulibus ad Gubernatorem Vrbis recurſus datur conſt. 38. 123
Furnariorum cauſæ occaſione panis ſola facti veritate inſpecta cognoſcen. ſunt ibid.
Furnariorum credita occaſione panis in diſcuſſionibus non veniunt ſed cęteris creditoribus etiam obligationes Camerales habentibus potiora ſunt ibid.
Furnariorum occaſione panis Debitores ad ceſſiones bonorum vel dilationes admitti nequeunt ibid.

G

GAbellas augentes vel nouas imponētes excommunicantur in Bulla Cœnæ Domini conſt. 54. 192
Galliæ Reges cognomen Chriſtianiſſimi ob eorum merita à Romana Eccleſia conſequuti fuerūt conſt. 12. 35
Galliæ Regni ſucceſſione Henricus Borbonius aſſertus Rex Nauarræ & alter Henricus Borbonius aſſertus Princeps Cōdēſis priuati fuerūt à Six. v. cōſt. 12 37
Grauamina Subditorum Status Eccleſiaſtici audienda commiſit Cardinalibus deputatis Six. v. conſt. 2. 3
Gubernator Almæ Vrbis fuit deputatus à Six. V. Marianus P Benedictus Camerinen. Epiſcopus Marturanen. conſt. 9. 39
Gubernator prædictus ſuperintendens eſt etiā in cauſis Furnariorum conſt. 38. 123
Gubernatoris Vrbis reformatione quoad cauſas ciuiles conſt. 75. 265
Gubernator Burgi die 12. Nouembris 1585. deputatus fuit Michael Peretius à Six V. conſt. 10. 32

H

HAbitantibus in via Felici, & in Monte Quirinali Almæ Vrbis priuilegia conceſſit Sixtus V. conſt. 65. 225
Hebræi circa debita artis lanæ conueniri debent coram Conſulibus dictæ Artis conſt. 16. 44
Henricus Borbonius aſſertus Rex Nauarræ hæreſes Caluini olim ſequebatur, ſed illas abiurauit & abſolutionem a Greg. xiij. obtinuit in conſt. 12. 35
Henricus prædictus omnibus Regnis & dignitatibus priuatus & inhabilis vna cum ſucceſſoribus ad ſuccedendum in Regna Franciæ declaratus fuit. ibid.
Henricus Borbonius Princeps Condenſis natus eſt ex vtroque parente hæretico & eorum ſequutus fuit hæreſes, ſed illis relictis a Greg. xiij. abſolutionem obtinuit. ibid.
Henricus prædictus ad priſtinas hæreſes rediit multaq; neſanda ſcelera perpetrauit & propterea Regnis & dignitatibus priuatus & hæreticus, inhabiliſq; cum ſuis ſucceſſoribus ad ſuccedend. in Regno Franciæ declaratus fuit a Sixto V. ibid.
Hæretici eorumque fautores excommunicantur in bulla Cœnę Domini. conſt. 54. 192
Hoſpitalis pauperum Mendicorum in Vrbe erectione. conſt. 58. 206
Hoſpitalis prædicti annuis redditibus gratiis, & priuilegiis. ibid.
Hoſpitalium infirmis vide ſocietate
Hoſpitio Eremitarum vide Eremitarum.

I

S. IAnuarii Epiſcopi & ſociorum Martyrum feſtum die 19. Septembris celebrari & Calēdario Rom. aſcribi iuſſit Six. V. conſt. 20. 51
S. Ianuarii & ſociorum merita & laudes recenſentur. ibid.
Incantationibus vide ſortilegiis.
Indulgentia plenaria pro Feſto Conceptionis B. Mariæ Virginis conſt. 42. 136
Indulgentia plenaria pro Feſtiuitatibus SS. Franciſci, Antonij de Padua, Ludouici, Bonauenturæ, & Bernardini & Claræ conſt. 13. 39
Infeudari & alienari Caſtra & loca S. R. E. prohibitum eſt conſt. 25. 67
S. Ioannis Hieroſolymitani Militię immunitates & Priuilegia confirmantur conſt. 26. 68
Illegitimi qui & quando ad aliquam religionem ingredi poſſint conſt. 73. 256
Iubileum indixit Six. V. Pont. Opt. Max. ad imploran. à Deo lumen & auxilium pro bono Regimine Reip. Chriſtianæ in eius conſt. 1. 1

Impe-

Imperatorum Chriſtianorũ laudes recenſentur in conſt. 74. 260
Imperatorum numiſmata Indulgentiis decorãtur. ibid.
Indulgentia pro geſtantibus numiſmata Chriſtianorum Imperatorum conſt. 74. 260
Inceſtus in quibuſdam caſibus pœna vltimi ſupplicii punien. conſt. 53. 197

L

LAuretanam Eccleſiam in Epiſcopalem Eccleſiam erexit Diocæſemq; deſignauit, dotem conſignauit dignitates diſtinxit & iuſpatronatus præſentandi Archipresbyterum pro ſua familia Peretta reſeruauit. Six. V. conſt. 34. 100
Lauretanis militibus gratias & priuilegia conceſſit idẽ. Six. V. in conſt. 35 103
Lauretanos milites in honorem Dei eiuſq; Virginis Matris Mariæ laudem inſtituit. Six. V. conſt. 35. 103
Lauretanum Oppidum ex Prouincia Marchiæ in Ciuitatem ſublimauit. Six. V. conſt. 34. 100
Lenocinijs vide ſtupris.
Libros prohibitos habentes excommunicantur in Bulla Cœnæ Domini. conſt. 54. 192

M

MArianus P. Benedictus Camerinen. Epiſcopus Marturanen. die 20. Auguſti 1585. deputatus eſt Almæ Vrbis Gubernator & Vicecamerarius à Six. V. in conſt. 9. 30
B. Mariæ Virginis laudes & merita recenſentur in conſtit. 11. 34
B. Mariæ Virginis feſtum præſentationis die 21. Nouembris celebrari & in Calendario Rom. inſeri iuſſit. Six V. ibid.
B. Mariæ Virginis cubiculum in qua ipſa nata fuit & ab Angelo ſalutata, Angelorum Miniſterio tranſlatum fuit in Oppido Lauretano in Prouincia Marchiæ vbi inſignis Eccleſia ſub inuocatione Beatæ Mariæ conſtructa fuit, in conſt. 34. 100
B. Mariæ Virginis precibus Rom. Pont. electus fuit Six. V. conſt. 35. 103
B. Mariæ Virginis in laudem & honorem Lauretanos milites creauit. Six. V. ibid.
Mariti eorum vxores ad palam luxurioſè viuendum, aut cum aliquo peccandum inducentes pœnam capitis incurrunt. conſt. 47. 159
Maritus qui legitimè Tori ſeparationem obtinuit ſi dein de impudicam vitam ducat ita vt appareat ſeparationem affectaſſe vt luxurioſè viueret pœnam vltimi ſupplicij incurrit. conſt. 47. 158
Mendicorum Hoſpitali in Vrbe erecto vide Hoſpitali.
Mercatores artis lanæ habent priuilegia de quibus in conſt. 16. 43
Militibus Lauretanis vide Lauretanis
Militiæ S. Ioannis Hieroſolymitani immunitates & Priuilegia confirmantur. conſt. 26. 68
Miniſtrantium infirmis Hoſpitale vide ſocietate
Monialium S. Claræ tertij Ordinis de pœnitentia priuilegia confirmauit. Six V. conſt. 70. 244
Monialibus Monaſteriorum Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis Ordiniſq; S. Franciſci de Obſeruantia Indulgentias conceſſit. Six. V. conſt. 42. 136
Monialium S. Bernardi Monaſterium in Vrbe erigitur ſub gubernio Confraternitatis S. Bernardi priuilegiaq; gratiæ & Indulgentiæ conceduntur in conſtit. 23. 58
Montis Alti Oppidi ex Prouincia Marchiæ eiuſq; Collegiatæ Eccleſiæ Commendatione conſt. 48. 160
Montis Alti in Ciuitatem ſublimatione eiuſq; Eccleſiæ in Ciuitatem erectione. ibid.
Montis Camerariatus erectione & venditione cõſt. 71. fol. 246
Montis prædicti fructibus gratijs & priuilegijs ibid.
Montis Fidei ampliatione eiuſque fructuum ad ſex pro centenario reductione conſt. 68. 233
Montis Iulij adminiſtratio conceſſa eſt Theſaurario generali Papæ conſt. 4. 13
Montis Primi, & ſecundi ſuccurſus Auinionen. adminiſtratio conceſſa eſt Theſaurario generali: ibid.
Mons Pacis trecentorum millium ſcutorum non vacabilis erigitur in conſt. 8. 25
Monti Pacis prędicto aſſignãtur fructus ad quinq; cum vno quarto pro centenario conſt. 8. 25
Monti prædicto & eius Montiſtis gratiæ & priuilegia conceduntur ibid.
Montis prædicti adminiſtratio Theſaurario generalis Papæ conceditur ibid.
Montis Sixti erectione & fructuum ac priuilegiorum conceſſione conſt. 61. 216

N

NAufragiorum Chriſtianorum bona ſurripientes excommunicantur in bulla Cœnæ Domini conſti. 54. 192
S. Nicolai de Tolentino merita & laudes recenſentur conſt. 18. 48
S. Nicolai feſtum die 10. Septembris celebrari & in Calendarium Rom. reponi iuſſit. Six. V. in conſt. 18. 48
S. Nicolaus prędictus Ordinis Eremitarum S. Auguſtini profeſſor fuit. ibid.
S. Nicolaus prædictus à Ioanne xxij. & Inn. vi. in numerum SS. relatus & ab Eug. iiij. Cathalogo SS. aſcriptus fuit. ibid.
S. Nicolaus prædictus Ortus eſt ex Oppido S. Angeli dioceſ. firmanea. cuius Epiſcopus fuit Six. V. ibid.
Notariatus cauſarum Confidentiarum applicatus eſt Auditori & Iudici dictarum cauſarum cõſt. 51. 174
Notariorum Capitolinę Curię Collegij erectione & priuilegiorum conceſſione conſt. 52. 177
Numiſmata Imperatorum vide Imperatorum.

O

OCcupantes bona S. R. E. in eiſq; iuriſdictionem vſurpantes excommunicantur in bulla Cœnæ Domini. conſt. 54. 193
Offendentes Cardinales & alios Prelatos excommunicantur in balla Cœnæ Domini. conſt. 94. 193
Officiales ſtatus Eccleſiaſtici pro obtinendis aut retinendis officijs participationes prouentuum alijs dare non debent, nec alij ab eis recipere poſſunt conſt. 15. 42

P

PApa viros optimos & lectiſſimos Cardinales creare debet. conſt. 50. 164

Paren-

Parentes ſuas filias ad palam luxurioſè viuendum aut cum aliquo peccandum ducentes pœnam capitis incurrunt conſt. 47. 159
Patriarchis vide Epiſcopis.
Pecuniario præſidio vide in ver. Decies.
Pedogijs vide gabellis.
S. Petri Martyris feſtum die 29. Aprilis celebrari, & in Calendarium Romanum aſcribi iuſſit. Six. V. conſti. 29. 78
S. Petrus Martyr Ordinis Prædicatorum profeſſor fuit. ibid.
S. Petrus coronam Martyrij ſuſcepit ſanguinem pro Chriſti fide effundendo. ibid.
S. Petrus Inquiſitoris officio functus eſt & hæreticos perſequutus fuit. ibid.
Peregrinorum & aliorum ad Vrbem ex deuotione venientium offenſores excommunicantur in bulla Cœnæ Domini. conſt. 54. 192
Piratæ atque fautores excommunicantur in bulla Cœnæ Domini. conſt. 54. 192
Piſtoribus Vrbis vide furnarijs.
Præſidio pecuniario vide decies.
Primatibus vide Epiſcopis.
Pontibus vide fontibus.

Q

QVindennij, & Annatis Cameræ Apoſt. debitis. conſt. 36. 115

R

REctoratus ſtudij Vrbis officium confertur Collegio Aduocatorum Conſiſtorialium. conſt. 67. fol. 230
Redemptionis captiuorum ſtatus Eccleſiaſtici cura datur Archiconfraternitati Confalonis de Vrbe & annui redditus aſſignantur. conſt. 27. 70
Referendarij omnes ſuper conceſſione ſui Referendariatus litteras Apoſt. infra tres menſes expedire debēt. conſt. 39. 129
Referendarij vtriuſq; ſignaturæ Papæ centum dumtaxat eſſe poſſunt. ibid.
Referendariorum ad vtramq; ſignaturam admittendorum qualitatibus & admiſſionis forma. ibid.
Referendariorum priuilegiis. ibid.
Referendariorum ſignatura gratiæ aſſiſtentium numero & ordine. ibid.
Reformatio circa veſtes dotes ornamenta & conuiuia in Vrbe fien. conſt 53. 184
Reformatione Curiæ Gubernatoris Vrbis quoad cauſas ciuiles. conſt. 75. 265
Regibus Galliæ vide Gallia
Regularium cauſis vide Religioſorum.
Regulares de Prouincia in Prouinciam euntes abſque ſuperiorum licentia capi & carcerari debent. conſti. 73. 258
Rhemenſis Collegij pro Catholicis Anglis a ſede Apoſto. inſtituti ſubuentione. conſt. 41. 134
Religioſorum extra clauſtra degentiū ac quorumcumq; Regularium cauſas cognoſcendæ ſunt coram Cardinalibus deputatis. conſt. 62. 221
Religionem an ingredi poſſint illegitimi Criminoſi, vel ſoſpecti, aut ari alieno, vel reddendis rationibus obnoxij vide. conſt. 73. 258

S

SAnſeuerini Oppidi ex Prouincia Marchiæ commendatione. conſt. 49. 162
Sanſeuerini Oppidi in Ciuitatem ſublimatione eiuſque Eccleſiæ in Epiſcopalem erectione. ibid.
Secretarij Domeſtici Officij Reformatione eiuſque Collegio applicatione emolumentorumque & Priuilegiorum dicti Collegij conceſſione vide in conſt. 30. fol. 79
Senatoris Vrbis facultates procedendi & iudicandi in cauſis criminalibus non ſeruata forma ſtatutorum & iuxta facultates Gub. 63. 223
Signatura gratiæ aſſiſtentium numero & ordine conſt. 39. 129
Signaturæ Papæ Referendariis vide Referendariis
Sixtus V. Pont. Opt. Max. in ſui Pont. initio diuinum lumen & auxilium à Deo implorauit pro bono Regimine Reſpub. Chriſtianæ & propterea Iubileum indixit. conſt. 1. 1
Societas Miniſtrantium infirmis Hoſpitalium & aliorum locorum Romæ nuper inſtituta confirmatur à Six. V. conſt. 28. 77
Societatibus Capitolis ſecuritatem; aut vſurariam prauitatem continentibus earumque reprobatione. conſt. 46. 154
Sortilegia Incantationes Diuinationeſque facientes, libroſque de eis legentes & tenentes, coercendi ſunt conſt. 21. 55
Spoliorum Collectoriæ Officium annexum eſt Officio Theſaurariatus generalis. conſt. 4. 7
Stationales Eccleſiæ caſtè pièq; & prenia peccatorum pœnitentia viſitandæ ſunt. conſt. 14. 66
Stationum conſuetudo antiquiſſima eſt Romæq; vſq; modo retinetur & in antiquis Baſilicis & Eccleſiis certis temporibus viſitandis obſeruatur. conſt. 14. 63
Status Eccleſiaſtici bona alienari non poſſunt abſque Sedis Apoſt licentia, aliis perſonis quàm Vaſallis eiuſdem ſtatus. conſt 3. 4
Status Eccleſiaſtici Officiales pro obtinendis aut retinendis officiis participationes prouentuum aliis dare non debent neque alij ab eis recipere poſſunt cōſt. 15. fol. 42
Statuta locorum ſtatus eccleſiaſtici prohibentia bona ſtabilia in foreſes & non ſubditos alienari confirmauit. Six V. conſt 3. 4
Studij Almæ Vrbis Rectore vide Rectoratus.

T

TErracinen Communitatis prouentus adminiſtrantur per Theſaurarium generalem Papæ pro conſtruenda noua Ciuitate conſt. 4. 14
Theſaurariatus generalis officium erectum eſt in officium perpetuum vacabile & Benedicto Iuſtiniano Ianuen. tunc Referendario nunc vero Card. ampliſſ. collatum fuit. conſt. 4. 7
Theſaurariatus Officio annexū eſt etiam Officiō Collectoriæ ſpoliorū & aliorum iuriū Cameræ Apoſt. ibid.
Theſaurarii Datariatus Papæ officium erigitur in officium perpetuum vacabile & Hieronymo Ruſtico Epiſcopo Tropien. confertur. conſt. 45. 149
Theſaurarii prædicti priuilegia & emolumento. ibid.

Theſau-

Theſaurarii Generalis iuriſdictionem, priuilegia, & emolumenta. ibid

Theſaurum S. R. E. comparauit Six. V. in conſt. 33. fol. 94. & conſt. 72. 253

Tori temeraria ſeparatione. conſt. 47. 157

V

Vias publicas ampliſſimas ad multas Vrbis Baſilicas, & Eccleſias aperuit & ſtrauit Six. V. conſt. 24. fol. 64. & conſt. 65. 229

Victualia & alia neceſſaria ad Vrbem deferentium perturbatores eorumque fautores excommunicantur in bulla Cœnę Domini. conſt. 54. 192

Vxor quę ex aliquo Monaſterio aut honeſto loco ſibi à Iudice aſſignato aufugit & impudicè viuit pœna capitis punitur. conſt. 47. 158

Vxor quę ſeparationem Tori iuridicè obtinuit, impudicèque poſtea viuit & etiam plura adulteria committit pœnam capitis incurrit. ibid.

REGESTVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm.

Omnes ſunt Duerniones.



ROMAE

Apud eoſdem Blados Typographarios Camerales. 1588.